# SYLVAE COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE,

IN TRES LIBROS DISTINCTAE,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V. I. C. AVTHORE,

## LIBER TERTIVS.

Cum rerum & verborum Indice, ad quasuis insigniores & notabiliores decisiones inueniendas, summo studio fideliter edito.





AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium,
Anno Domini, M. D. LXXXII.

# COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE.

## LIBER TERTIVS.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi necessarijs, Authore Francisco Viuio, Iurisconsulto Aquilano.

### *SVMMARIVM.*

1 *AMOVENS termines prædiorum, vel domuum, scienter, ac dolo, gratia occupandorum finium; si est nobilis, relegatur ad tempus; si vilis, fustigatur, & ad biennium relegatur.*

2 *Amouens terminos occasione eos offuscandi, punitur pœna arbitraria.*

3 *Amouens terminos dolo malo, vt lapides confinales furetur, non tamen animo occupandi confinia, punitur pœna quinquaginta aureorum.*

4 *Amouens terminos confinales, nesciens esse terminos, dolo tamen id agit, putà, vt lapides furetur; si est vilis persona, ceditur verberibus; si nobilis, punitur pœna arbitraria.*

5 *Termini, siue limites sunt quæuis signa, siue subsignacula, quæ agros ad inuicem separant, siue lapides, siue pali, siue arbores, siue fossata sint.*

6 *Terminos amotos reponi debere in loco, vnde amoti fuerint, petere potest quis, etiã post triginta annos, si possessio retẽta sit vsq; ad locũ, de quo fuerint amoti.*

7 *Actio finium regundorum quando intentatur post terminos turbatos, & amotos, non datur etiam domino, nisi ipse poßideat, seu poßederit.*

8 *Confiniũ variatione apparente, duo cõcurrere debent, vt actor obtinere poßit; vnum q; debeat articulari, & probari de mutatione finium; & alterũ, vt debeat articulari, & probari identitas rei, quæ intelligitur probata probatis duobus confinibus, & infra nu. 11.*

9 *Confines vbicunque mutati extent, quomodò articulandum sit, traditur forma remißiuè.*

10 *Terminis amotis, quid ab agente, & quid à reo probandum sit in actione finium regundorum, remißiuè.*

11 *Identitas rei in materia confinium capitulari, & probari debet: & probatis duobus confinibus censetur probata identitas ipsa.*

12 *Nominum pluralitas non præsumitur.*

13 *Identitas rerũ est probãda per duas demonstrationes.*

14 *Identitas debet probari per confinia, & alias demonstrationes.*

### OPINIO DCCCLXX.

1 TERMINOS prædiorum, vel domorũ amouens scienter, ac dolo malo, finium occupandorum gratia; si est persona nobilis, relegatur ad tẽpus; si vilis fustigatur, & per biennium relegatur. l. 2. ff. de termi. mo. Cy. Bal. Saly. & Alberi. in l. 1. C. de accus. Abb. & Barba. in c. ex literis, de probat. Iodocus Damhouderius in enchiridio, sub rub. de translatione limitum.

2 Sed vbicunq; illos terminos amoueret quis causa, & occasione offuscãdi eos: tunc puniretur pœna arbitraria. l. fi. circa fi. ff. de ter. mo. Abb. in d. c. ex literis, & Saly. in d. l. 1. de accus.

¶ Et arbitrium hoc tunc per iudicẽ contra amouentes scienter terminos agrorũ extenditur, extendiq; debet vsq; ad mortẽ: secundùm Bossiũ in pract. cri. in tit. de termino moto, post prin. ubi refert ita practicatũ, executumq; extitisse sua tẽpestate Mediolani in facti cõtingentia.

3 Vbi verò quis amouit terminos dolo malo, putà, vt lapides cõfinales furetur, vel vt vicinis negocium facescat, non tamen mouit eos occupandi confinia, nec animo lites confiniũ suscitandi in suum commodũ, nec ea offuscandi, punitur pœna quinquaginta aureorũ. l. fi. in prin. ff. de ter. mo. Saly. in d. l. 1. Abb. in d. c. ex literis, Fely. in c. quia indicante, sub nu. 2. de præscri. & Iodocus in d. rub. de transla. limit. Et ita limitatur, atq; restringitur ipsa l. fi. & ista est cõmunis opinio: secundùm Dec. in d. c. ex literis, in fin. *Cõis opin.*

4 Vbi autẽ quis amouit terminos nesciens illos esse terminos, & dolo tamen id egit, putà vt lapides cõfinales furetur; si est vilis persona, ceditur uerberibus. l. 2. ff. de termi. mo. si vero nobilis extet, punitur pœna arbitraria: secundùm Abb. in d. c. ex literis, col. fi. & Fely. in d. c. quia indicante, sub nu. 2. vel saltem teneetur furti: vt per Salyc. in d. l. 1.

5 Et terminos, seu limites intellige quæuis signa, siue subsignacula, quæ agros ad inuicem separant, sine lapides, siue pali, siue arbores, siue fossata essent: ut per Iodocum in præcitata rub. de transla. limit. in fi. & Glo. & Doct. in d. l. fi.

¶ Nam terminus propriè est signum, quo ager ab agro diuiditur: de quo facit mentionem Ouid. lib. Fastorum:

*Omnis erit sine te litigiosus ager.*

6 Et licèt peti posśit terminos ipsos amotos reponi debere in loco vndè amoti extiterint, etiã post triginta annos, si possesśio retenta quidem sit vsque ad locum, de quo termini fuerint amoti: secundùm Cy. in l. fin. C. finium regund. & Floria. in l. 1. in fi. ff. eod. tit.

7 Nihilominus tamen isthæc actio finium regundorum vbicunque intentaretur post terminos turbatos, & amotos, utique non concederetur modo aliquo, etiam domino, nisi ipse posśideat, seu possederit: & nisi hoc probaret: vt voluit Bal. in d. l. fin. C. fin. regund. Alex. in add. ad Bar. in l. sed & si loci. §. sed si quis. ff. fin. regun. & August. Bero. cons. 77. uiso processu vnà cum attestationibus, vol. 3.

8 Vndè stante uariatione confinium, duo necessariò concurrere debent, vt actor obtinere posśit. Vnum requisitum est, vt debeat articulari, atque probari insimul de variatione ipsa: & sic, quòd confines temporis circulo extiterint mutati: secundùm Bar. in l. demonstratio, col. 3. ff. de cond. & demonst. Afflic. decis. 23. & ibi Cęsar Vrsill. in add. num. 10. & Iacob. Menoch. consil. 21. est mea quidem sententia, circa fi. uol. 1.

9 Quomodò ergò (ne incidas in labyrinthum erroris) articulandum, capitulandumque sit in causa, ubicunque mutati extant confines, tradit ueram normam Bar. in l. 1. C. si unus ex pluribus appellauerit, Hierony. de Mõte Brixiano in tract. de finibus regendis, c. 47. n. 4. cũ aliis seq. & Bosśius ẽt cum aliis cõgestis per eũ, in pract. cri. in tit. de principe, & priuilegiis eius, nu. 274.

10 Et propter terminos amotos quid ab agente, & quid à reo probandum sit in actione finiũ regundorum, rosoluit, & demonstrat Bero. in d. cons. 77. nu. 10. uolu. 3.

11 Alterum uerò requisitũ illud est, vt articulari, & probari ẽt debeat identitas rei, quę quidẽ dilucidè censetur probata, probatis & uerificatis saltẽ duobus cõfinib. ita Soc. cõs. 89. nu. 1. uol. 1. & Cęsar Vrsil. in add. Affli. in d. deci. 23. n. 11. vbi nu. 12. asśignat rõnem hanc, ꝙ in rebus, seu corporibus pluralitas pręsumitur, nisi probetur idẽtitas: exarauitq; post alios aggregatos per eũ istã esse cõem omniũ sentẽtiã, de qua ample meminimus supra in Opinio. 128. Conducens equũ, n. 3. lib. 1. atq; idẽ Vrsil. ibi ipsam cõmunẽ limitauit nõ ꝓcedere in actibus hominũ, & [illegible] in testamentis, & sentẽtiis, & aliis similib.

Cõis opin.

12 Tum quia nõ præsumit̃ aliter pluralitas nominũ, ob id quod pręsumitur identitas corporis probata identitate nominis. ita Bal. cons. 70. cũ appareat, vol. 4. Vndè vbicunq; testator legaret aliquid Marutię talis parochiæ, si tũc accederet aliqua mulier illius parochiæ nomine Marutia, peteretq; legatũ: illi tunc deberetur dubio procul legatũ ipsum, nec audiretur tunc hæres opponens tu non es illa Marutia, probes te esse illã. ita Bar. in l. si quis seruũ. §. si inter duos. ff. de leg. 2. & Ias. cons. 114. col. 5. uol. 1.

13 Tũ etiã quia identitas rerũ probanda venit per duas demõstrationes: vt habetur in l. demõstratio. ff. de cõd. & demõ. & c. auditis, de pręscr.

14 Et ista identitas rei in ꝓsenti casu, ita apertè debet articulari, & ꝓbari, vt facilè appareat, ꝙ locus, & res præsens, sit illamet in specie, quæ cõtrouertitur, & non alia in genere: & sic debet ꝓbari idẽtitas ipsa per cõfinia, & alias demonstrationes: vt firmat docẽdo normã articulãdi, & ꝓbandi in casu hoc, Dec. cõs. 91. & diligenter pro tenui mea facultate, circa fi. & Grauet. consil. 112. in causa magistri Iordani. nu. 3.

## SVMMARIVM.

1 *TESTATOR potest remittere cautionẽ hęredi de præstandis legatis, uel fideicommisśis.*

2 *Testator remittere ualet satisdationem de pręstandis legatis, uel fideicõmisśis hęredi, etiam si hæres ipse esset vnus dilapidator bonorum.*

3 *Testator potest remittere cautionem Mutianam.*

4 *Testator remittere nequit cautionem de vtendo, fruendoque boni uiri arbitrio: quia illa fideiusśio concernit fauorem hęredis, quam testator remittere non potest: quoniam talis remisśio de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri sonat in turpitudinem, quòd usufructuarius posśit dilapidare, & abuti.*

5 *Cautionem de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri potest remittere principalis constituens, ubicunq; vsusfructus reperiatur constitutus inter viuos: quia hoc casu inter uiuos potest constitui ipse vsusfructus.*

6 *Testator cautionem de utendo, fruendoque boni uiri arbitrio remittere non potest indifferenter, tam in bonis stabilibus, quàm mobilibus.*

7 *Testator cur posśit remittere hæredi satisdationem de præstandis legatis, uel fideicommisśis, & non alteram satisdationem de utendo, fruendoque arbitrio boni uiri, asśignantur rationes diuersitatis.*

8 *Testator, licèt remittere non posśit satisdationem de vtendo, fruendoque arbitrio boni uiri; tamen hæres eam remittere ualet.*

## OPINIO DCCCLXXI.

1 TESTATOR potest remittere cautionem de præstandis legatis, uel fideicommisśis. l. 2. C. vt in possess. lega. & ibi Bart. Bald. & alij. & istam conclusionem sequuntur Doct. omnes in l. nemo potest. ff. de leg. 1.

2 Quam amplia primò, vt etiam procedat si heres esset vnus dilapidator bonorum, adhuc testator potest ei remittere huiusmodi satisdatio nem.l.fin.in princ.ff. ut leg. nomine caue. Glo. & alij omnes in d.l.2.

3 Amplia & secundo loco, quòd similiter testator potest remittere cautionem Mutianam. l.fi ff.de manu.testa.& ita notat Ang.in §. prefa.a,per illum text.in auth.de nup col.4.

4 Sed interpretatur primùm ilthæc conclusio ita ampliata in cautione de utendo, ac fruendo arbitrio boni viri, quæ quidem à testatore remitti non potest.l.scire debetis. C. vt in poss. legat.& l.1.C.de vsufructu. Nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quam testator remittere non potest.secundum Glo.in d.l. scire debetis, communiter approbatam à Scriben. in d.l. nemo potest,& vltra Doctor. ibi attestantur de communi: Guido Papæ consil.63.in 2. dubio, Bellonus cons.54 num. 3. Ioan. Annibal in reper. d.l.nemo potest, num. 164. Cornel. Benincasi.in tract.de paupertate, quest.u. speciali 7. iu ultimis uoluntatibus, num.8.& Grauet. cons.174. num. 3. cum aliis seq. vbi frustrà ipse per plura conatur sustinere, fulcireque contrariam partē.

Cōis opin.

5 Sed aduerte, quòd ista cōis uera esset, qā vsusfructus reperiretur constitutus in ultima volūtate, secus si inter viuos: qa inter uiuos potest constitui vsusfructus.§. constituitur, inst.de usu fruct. & tunc principalis constituens potest remittere talem cautionem: ut per Bar. in l. 1. C. de vsufructu, & ita debet intelligi d.l.scire debetis, & eodem modo debet intelligi argumentū a contrario sensu (ibi minimè in testamento remitti posse) ergo extra testamentum, siue per hæredē, siue per testatorem benè potest remitti: quia quilibet potest sibi præiudicare.

6 Et hinc iter communis præmissa de plano procederet in bonis immobilibus: sed in mobilibus testatorem cautionem ipsam remittere posse voluit Pet. in d.l.1.

¶ In contrariam uerò sententiam, uidelicet, quod in utroq; casu testator cautionem remittere nequeat, inclinauit Bar.in d.l.1.num. 10.cuius opinionem communem esse recitat Alex. cō sil.58.num.10.uol.3.& Dec.cons. 565. num. 5. & verissima apparet.

Cōis opin.

7 Veruntamen hic non ab re inuestigandum esse arbitror, quæ sit ratio diuersitatis, cur testator possit remittere satisdationem hæredi de præstandis legatis, uel fide commissis.d.l. 2. & tamen non potest remittere satisdationem de vtendo,& fruendo arbitrio boni uiri. l.1. C. de vsufruct.& d.l.scire debetis. Glos. igitur ibi assignat duas rationes diuersitatis, quarum primā reprehendit Bar.in d.l.nemo potest, & sequitur secundam, col.1. quia testator uideretur ad delinquendum. hanc rationem tenet idem Bar. in l.pactum inter heredē. ff.de pact.& in d.l. 1... de usufruct. quoniā huiusmodi remissio de utendo, ac fruendo arbitrio boni viri sonat in turpitudinem, quòd vsusfructuarius possit dilapidare,& abuti, ideoque nihil ualet.

8 Et dātō quòd exploratum sit, testatorem non posse remittere satisdationem de utendo boni uiri arbitrio: tamen eam potest remittere hæres: vt probat tex.in d.l scire debetis, in uer. Testamento, à contrario sensu. Glos.& Bart. in d.l.1.C. de vsufruct. quorum opinionem audacter scribit esse communem Alber.in l. 4. C. de vsufruct.& Dec. cons. 48. vel 418. cui aduersatur Ias.& Crotus in d.l. nemo potest, Ias. inquā in a lectura circa fin.

Cōis opin.

## SVMMARIVM.

1 *TESTATOR legans Titio centum, praecipiensque, quòd donec non præstentur ipsa centum, certam summam annuam vsurarum nomine soluendam esse per heredem ipsi Titio: id præcipere non potuit: & sic legatarius ex tali iussu testatoris d. ff.as usuras percipere nō posset. Quod equidem procedit non solùm in ipsis testamentis, & vltimis voluntatibus, sed etiā in contractibus, nu. 2.*

## OPINIO DCCCLXXII.

1 TESTATOR legans Titio centum, iubensque, quòd donec, & quousque ab hærede non præstētur dicta 100. certam summam annuam vsurarum nomine soluendam esse per eundem hæredem ipsi Titio: id equidem iubere, efficereque non potuit mentionatus testator; & sic legatarius ex huiusmodi iussu testatoris, donec legatū præstetur, antedictas usuras percipere nequire: secundùm Bart.in l.Iulianus.§.idē Papinianus. ff de act. emp. & in l.3.§.fi.per tex.ibi ff.de aun. leg. Abb. & cęteros cōiter in c. salubriter, de vsuris, Alex.cōs.27.col.2.vol.4. Crotū, col.1. & Ripā, nu.22 in l.nemo potest.ff.de leg.1. Alphonsum Guererium in thesauro christianæ religionis, in tit.de usuris.c.67. Rom.& Alex. col. pen. in l.stipulatio ista.§.alteri. ff. de uer.obli. & Berroū in rub.de vsuris, nu. 39. & ita cōsuluit Soci. cōs.41.vol.4.& eandē opinionē sequitur quoq; Rol.à Valle, cons.55. siue consideremus dispositionē iuris cōis, num.21. cū aliis seq. vol.2. Soc. Iun.cōs.27.nu.3.& 13.uol.4. perhibens ibi magnū uerbū post alios signatos per eū, ita fuisse in Curia Romana iudicatū contra Aret. contrariū consulentem, cons. 152. Et cum memorata opinione cōcurrit et D.Follerius in pragmatica de cēsibus, in tit. huiusmodi cēsualia super rebus, n. 63. dicens ibi istā partē esse securiorē in practica, & cōem esse prędicat Apostil. ad Alex. in d.cons. 27. in litera B. licèt temerè asserat erroneā fore, & Io.de Ana. in d.c. salubriter, col.2.

Cōis opin.

2 Quam quidē communem ita retentam ampliat,& probat Ancha. in c. peccati uenia, numero 10.de reg.iur.in 6.non tantùm procedere in ipsis testamentis,& ultimis uoluntatibus,sed etiam in contractibus.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTATOR prohibens fieri inuentarium per hęredem, non propterea talis prohibitio noceret creditoribus,quibus non obstante huiusmodi prohibitione tenetur hęres insolidum inuentario non confecto. Quia testator ipse suis creditoribus praeiudicium facere non potest.*

## OPINIO DCCCLXXIII.

1 TESTATOR prohibens inuentarium fieri,ac confici per hęredem,non propterea talis prohibitio noceret, fieretque praeiudicium creditoribus, quibus quidem non obstante huiusmodi prohibitione insolidum teneretur hęres inuentario non confecto:quia testator ipse suis creditoribus pręiudicium facere non potest.l.filiusfamilias.§.Diui. ff. de leg. 1. & ista est communis opinio ut resoluit Bald. in l.fin.§.cùm igitur. C. de iure delib.& in l.fin.C.arbitrium tutelae,Deci.consil.418.num.14.Castren.Alex.num. 18. Crotus,num.30. & Annib. num. 596. Ias. in 1. lect.num.51.& seq.& in 2. lect. num.65.& Ripa,num.80.& seq.in l.nemo potest.ff. de leg. 1. & Paris.cons.21.num.54.uol.2.& idem Dec.cōsilio 633.num.7. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTATOR quando prius purè legauerat, & ex interuallo eidem personę eadem res sub conditione legata est: tunc posterius legatum ualet, & sic per secundum legatum eiusdē rei eidem personae factum ex interuallo dicitur à primo legato recessum: Et econuerso,si prius sub conditione,deinde purè eidem legetur, pręsens deberi statuitur, & primum legatū uidetur reuocatum,nu. 2.*

## OPINIO DCCCLXXIV.

1 TESTATOR vbicunque prius purè legauerat, & ex interuallo eidem personae eadem res sub conditione ab eo dem testatore legata est: tunc profectò posterius legatum valet: & consequenter per secundum legatum eiusdem rei eidem personae factum ex interuallo,dicitur à primo legato recessum. l. nam ad ea,vbi Glossa,& Bar.& alij in princ, ff. de cond. & demonst.

2 Et econuerso,si prius sub conditione, deindè purè eidem legetur, pręsens deberi statuitur, & primum legatum censetur reuocatum: vt per Bartol. in l.repetendis, colum. 1. ff de lega.3. Alex.in l.cum proponatis,num.3.C.de codicil. Curt.Iun.consilio 163.num.14.Ioā.Cephalum consil.67.num.17.uol.1.& Ruin. cons. 38. nume. 16.volu. 5.qui scribunt istam esse communem opinionem. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTATOR instituens in testamento suo filium, & reliquam eius familiam: tunc non simul,sed ordine successiuo filius, nepos, & deinceps admitterentur. Et sic nomen familię omnes admittit ordine tamen successiuo.*

## OPINIO DCCCLXXV.

1 TESTATOR instituendo in suo testamento filium,& reliquam eius familiam.tunc non simul, sed ordine successiuo filius, nepos, & deinceps admitterentur: & sic nomen familiae omnes admittit ordine tamen successiuo:secundùm Bar. in l.Gallus.§.quidam rectè. ff. de lib. & posthu. cuius sententiam communem esse dicit ibi Galiaul.nu.26.per tex.in l.fi. C.de uer. sign. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *HAERES qui tenetur ex testamento distribuere aliquam quantitatem inter pauperes,potest uni pauperi tantùm totam dare, secundùm communem opinionem:licet contraria sententia, quòd teneatur in plures distribuere pauperes,uideatur tutior, & uerior.*

2 *Episcopus in dubio ubi non est datus exequutor, ipse est ultima voluntatis exequutor.*

3 *Haeres grauatus post mortem suam distribuere bona inter pauperes,non potest ea distribuere in vita sua in pręiudicium pauperum,qui post mortē eius erunt.*

## OPINIO DCCCLXXVI.

1 TESTATOR iubēs,disponensq; in suo testamento hęredi,vt distribuat aliquā quantitatem inter pauperes:potest tunc distribuere in unum pauperem istam quantitatem : secundùm Bar. in l.vnum ex familia.§.si fundum.ff.de leg. 2.Alex.in l. qui quartā.§.1.& ibi Clau. Aqnen. scribit istam esse cōem opinionem.ff.de lega.1. Cōis opin.

¶ In contrariā uerò partē reuocando sniam in melius inclinauit idē Bar.in l.1.ff.de opt. leg. Quia illa locutio pluralis numeri, in pluribus vera

uera esse debet.l.ubi numerus.ff.de testibus. & c.pluralis,de reg.iur.lib.6.not. Castren. consil. 356.in testamento Michaelis. Et hæc opinio ui detur uerior in puncto iuris: ut probatur argumento.d.l.vbi numerus,& d.c.pluralis. Ité probatur per uerba testatoris,qui loquutus est per uerba denotantia plures pauperes.Præterea ui detur uerior antedicta opinio: quoniam diuersa est ratio in pluribus, quàm in uno; & hoc uerum sic ostendo, vtpotè quia uidetur magis pium pluribus succurrere quàm uni. Item uidetur nescio quo pacto pluribus pauperibus ius quæsitum: ergò non potest in præiudicium ipsorum uni pauperi distribui,nam ptiuaret ali quos pauperes iure suo.

2 Postremò facit ad hoc.Nam episcopus in dubio,ubi non est datus exequutor,ipse est ultimæ voluntatis exequutor.c.si.16.q.1. Et tamen episcopus in casu isto nõ potest eligere vnum pauperem.c.cùm omnes,extr.de testamen. Et hoc videtur esse magis ex mente testatoris,quæ quidem mens semper attendi debet; imò hic deberet cessare omnis quęstio uolútatis: cùm in uerbis testatoris nulla reperiatur ambiguitas.l. ille.§.fin.ff.de leg.3.

3 Et hic accedit vtilitet unum notatu dignũ, quòd hæres grauatus post mortem suam distribuere bona inter pauperes,profectò hoc facere non posset in vita sua in pręiudicium pauperũ, qui post eius mortem erunt: vt not.omnes Doctores communiter in l. post mortem. C. de fideicommis.& Alex.in l.stipulatio ista.§. si quis dolum.ff.de uer.oblig. & de ista opinione communi attestatur Deci.in l.cùm tẽpus.ff. de reg.iur. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TESTATOR uenditionem prohibens,omnem aliam alienationem censetur prohibere, tam in ultima uoluntate,quàm inter viuos.*

## OPINIO DCCCLXXVII.

1 TESTATOR uenditionem prohibens, omnem aliam alienationem censetur prohibere, tam in vltima voluntate,quàm inter viuos.l. pater.§.fundũ.ff.de leg.2.Glo.in l.2.C. pro empt. Bar.& cæteri omnes in l.filiusfamilias.§. Diui. ff.de leg.1. & ibi Ripa, & Alciat.in q.8.vbi firmat istam sententiam communem esse, & Soc. quoque cons.43.col.1.uol.3, *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TESTATOR,licèt de iure posit remittere hæredi confectionem,seu necessitatem conficiendi inuentarium:tamen iudex,si ei visum fuerit id expedire, potest tutorem cogere ad ipsius confectionem non obstante remissione testatoris.*

## OPINIO DCCCLXXVIII.

1 TESTATOR, licèt de iure possit remitt re hæredi confectionem, seu necessitatem conficiendi inuentarium.l.fi. C.arbit.tut.& l.cùm tale pactum.§.1.ubi Bal. & Imol. ff. de condi. & demon. Curt. consil. 29. in Regno Hispaniæ, circa fin.cum allegatis per Dec. consil.308. visa,iterum lecta,colum.3.& Soc. consil. 51.uiso testamento,uol. 3.& copiosè Clarus in tract.de testam.lib.3.q.66.vbi ait istam esse cõmunem opinionem,& declarat illam quomodo procedat. Nihilominus iudex si ei visum fuerit id expedire rerum administrationi potest tutorem cogere ad confectionem mentionati inuentarij, non obstante, seu attenta remissione ipsi tutori facta per testatorem in suo testamento de non conficiendo inuentarium ex l.utilitatem,vbi Bar.ff.de confit.tut.Ang.cons.144.circa fin.Ias.in l.cùm necessitatem.C.de fideicommis.Guid.Papæ decis.352.in fin. Bar. communiter approbatus,& receptus in l. nemo potest, num.12.ff.de leg.1.vbi post alios Crotus col.19. idem Bar.in l.tutor qui repertorium, num. 18. ff.de administ.tuto.Grauet.cons.193.num. 10. in l.si ex legati causa,num.21.& seq.ff.de uerb. oblig.Aret.cons.22.colum.2.& Dec.cons.349. num.5.Ioan.Dilectus in tract.de arte testandi, in rub.de tutore.c.11.& Clarus in d.q.66.in fi. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TESTAMENTVM iure perfectum contraria testatoris uoluntate, etiam multis testibus comprobata non reuocatur.*

2 *Testamentum primum tollitur per secundum testamentum,quando testator diceret, nolo primum testamentum ualere, quia nolo decedere intestatus: & tunc quodammodò dicuntur instituti uenientes ab intestato.*

## OPINIO DCCCLXXIX.

1 TESTAMENTVM iure perfectum contraria testatoris voluntate, etiam multis testibus comprobata non reuocatur,nec tollitur: vt voluerunt Bar.& alij in l.si iure.ff.de leg. 3.Cast.in l.sancimus C.de testa.& Cor.cõs.149. col.2.uol.1.Et licèt Bal.in d.l.sancimus sentiat contrarium, & Imol. etiam in l. si ita scriptum. §.regula.ff.de lib.& posthu.& Barbac.cons. 60. col.2.& seq.uol.2. nihilominus in decisiuis noli aliter discedere à præmissa communi sententia Bar.& sequacium,quæ communior,& tutior apparet:vt demonstrat cum alijs relatis per eum Clarus in tract.de testam.q.91. *Cõis opin.*

2 Sed limitatur ista communis non procedere si testator diceret nolo primum testamentũ ualere: quia uolo decedere intestatus: tũc quippe primum testamentum ipsum tollitur, & dicuntur quodammodo instituti uenientes ab intestato, & sic per secundum testamentum tolleretur primum: secundùm Bar. in d. l. si iure. quia non ex testamento propriè succederetur, sed ab intestato. & istam Barto. opinionem sequuntur Bal. & Saly. in d. l. sancimus, Imol. in d. §. regula, Alex. consulendo cons. 104. paucis utar, per totum, uolu. 2. & Corn. cum cæteris signatis per eum, cons. 39. quoniam in hac cõsultatione, per totum, uol. 2. vbi scribit istam esse communem opinionem, & in decisiuis ab ea non fore recedendum; & de eadem communi meminit quoque Clarus, & ampliatur cum alijs aggregatis per eum in d. tract. de testam. q. 92. Cõis opin.

¶ Alias uerò plures limitationes, & declarationes, & omnes quidem utiles, tradunt, & ponunt Scriben. in d. l. sancimus, & in d. l. si in iure, & Clarus in d. q. 92. cum aliis seq. ad mentio natam communem in ptin. positam.

## SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM imperfectum ratione uoluntatis, quia dum conficeretur superuenit aliquod impedimentum, non ualet etiam quò ad pias causas: secundum unam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit.*

2 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis, etiam inter liberos conditum nihil valet.*

3 *Testamentum conditum inter liberos per patrem solo nutu, vel signis non ualet. Et sic pater loqui non valens si institueret filium in suo testamento mediante nutu ipso non valeret tale testamentum modo aliquo.*

4 *Testamentum dictatum à notario, ex ore testatoris, qui decessit ante lecturam, ualet inter liberos.*

5 *Miles nutu testari non potest, & ita testando eius testamentum nihil ualet.*

6 *Testamentum nutu, aut signis ad piam causam conditum fauore piæ causæ ualet, & tenet.*

7 *Testamentum si foret scriptum per testatorẽ, vel per alium in cedula testamentaria, nec esset lecta, publicataque coram ipso testatore, notario, & testibus, ualeret inter liberos, & ad pias causas conditum.*

## OPINIO DCCCLXXX.

1 TESTAMENTVM imperfectum ratione voluntatis, vt puta, si testator incœpit condere, ac conficere testamentum ipsum, & postmodum non habuisset illud pro absoluto superueniente aliquo impedimento: tunc testamentum hoc etiam quò ad pias causas non ualeret: secundùm Glo. Bart. & omnes in l. si is qui. ff. de testamen. Guil. de Cun. & alios in l. fi. fam. erciscun. & omnes communiter in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. ubi Curt. Iun. latissimè, num. 4. Ruinus cons. 137. sub numero 10. volu. 5. & istorum opinio apparet esse communis ex relatis per Boeri. decis. 93. nu. 10. & decis. 240. num. 44. & seq. & per Tiraquell. in tract. de priuilegiis piæ causæ, priuilegio 7. colũ. 1. uers. Contrarium tamen tenuit. & ita expressè istam fore communẽ asseuerat quoque Fran. de Aret. in d. l. si is qui, Moder. omnes in allegato. §. ex imperfecto, & Couarruuias cum multis aliis congestis per eum, in cap. relatum, il 1. numero 9. de testamen. Et quamuis præcipitanter Abb. in rubr. de succes. ab intesta. senserit contrarium cum aliquibus aliis relatis per Moder. citatos per Tiraquel. in d. priuilegio 7. vbi cõfitmat hanc sententiam, aitque communiorem, per text. in l. in testamento, de fideicommis. libert. tamen quicquid isti Doct. absque aliqua concludenti ratione suadeant, ob hoc fatuum esset recedere à priori opinione tanquàm canonica, & uerissima. Cõis opin. Cõis opin.

2 Imò testamentum hoc ratione uoluntatis imperfectum similiter non ualet inter liberos conditum. d. l. si is qui, & ibi Glo. Bar. & alij, Glo. in uer. Impletum, Gul. de Cun. Bar. & Bal. in d. l. fin. C. famil. ercis. Bar. Alber. Ang. Corne. & recentiores in d. §. ex imperfecto, Bal. consil. 296. licèt regulariter in testamento, uol. 5. Ant. in c. 1. de success. ab intest. Panor. consil. 105. casus in facto sic proponitur, lib. 2. Ang. Aret. in §. ex eo autem, instit. quib. mod. testa. infir. & Corn. cons. 308. pro decisione, colum. 3. volu. 3. & per Doct. in d. §. ex imperfecto, cum congestis per Ias. cons. 155. in causa, & lite, libr. 2. vbi scribit istam esse communem opinionem, & cons. 61. consultus, lib. 1. Barbatius cons. 9. illud, col. 6. uolu. 4. & Dec. cons. 126. ad dubium, in si. Cõis opin.

3 Imò si pater ipse loqui non valens, solo nutu, uel signis institueret filium, vel filios in suo testamento: tunc quippè tale testamentum, & institutio filiorum non ualeret, nec teneret aliquo modo: secundùm Bald. & Angel. in l. iubemus. C. de testamen. ubi Ang. facit mentionem hoc accidisse de facto Perusij in Episcopo Perusino, qui patri suo loqui non ualenti, & in vltimis constituto dixit uerba hæc: si vis pater, quòd hæres tuus sim, stringe manum meam cum tua, & pater ita strinxit; & nihilominus extitit, secundum eum Perusij iudicatum, testamentum hoc nihil ualere; & eandem opinionẽ sequitur etiã, & communem ait Bertran. consil. 129. viso, & ponderato casu mihi exhibito, num. 44. cum aliis seq. volum. 8. Glos. & Ang. in l. in fraudem. §. 1. ff. de testam. mil. Bald. Ang. Ias. num. 4. & Moder. omnes in d. l. iubemus, Bald. & Castren. in l. & in epistola. C. de fideicom. & Fely. in cap. in præsentia, sub num. 43. de probat. & Tiraquel. in tract. Cõis opin.

in tract. de priuilegiis piæ causæ, in 8. priuilegio, colum. 1. sub uers. Contrarium tamen uidetur uoluisse, & sub uers. seq. ubi aperte deducit in Cōis opin. practica periculosum esse ab ista communi opinione recedere.

4 Est benè uerum, quòd testamentum dictatum à notario, ex ore testatoris, qui decessit ante ipsius testamenti lecturam, ualet & tenet inter liberos. ita affabrè Dui. decis. 251. & Crescent. decis. 164. lib. 1.

5 Itē nec miles nutu testari posset. d. l. in fraudem. §. 1. & ibi Glos. & Ias. in d. l. iubemus, nu. 4. & Tiraquel. in d. 8. priuilegio, colum. 1. & seq. vbi refert cum opinione hac omnes transire, & refert etiam distinctionem super hoc per Alex. in l. discretis. C. qui testa. fa. pos.

6 Sed ubicunque quis conderet testamentū ad pias causas nutu, aut signis fauore piæ causæ ualeret, & teneret: secundùm Glos. & omnes in c. cùm tibi, de testamen. Ancha. Imol. & cęteros, in cap. 2. eod. tit. Calderi. cons. 4. de testamen. Bal. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. Ang. Alex. & Ias. Cōis opin. num. 5. in d. l. iubemus, qui scribit istam esse cōmunem opinionem, & magis communem asserit Tiraquel. in tract. de priuilegiis piæ causæ in d. 8. priuilegio in princ. quam sequitur etiā Barba. cons. 43. illud, col. 5. & sequen. nol. 3. Ias. in l. si cui legetur. §. hoc autem, colum. fin. ff. de leg. 1. & Fely. in d. c. in pręsentia, sub nu. 43.

7 Sed hoc non procederet in alio casu, uidelicet, ubicunque testamentum ipsum esset scriptum per testatorem, uel per alium in cedula testamentaria, nec esset lecta, publicataque coram ipso testatore, testibus, & notario: tunc testamentum hoc ualet inter liberos, & ad pias causas conditum: secundùm Bart. in l. fideicom missa. §. quoties. ff. de lega. 3. cuius opinionem se Cōis opin. quuntur omnes Doct. ibi; & communem dicit Franc. de Aret. & Boeri. in præcitatis decisionibus, & sequitur consulendo copiosissimè, atque doctissimè D. Ioan. Cephal. cons. 99. uolu. 1. Et admittit procedere de plano Achill. de Grassis in decis. 359. vt testamentum ad pias causas ualeat etiam sine testibus, si totum scriptum esset manu testatoris. Et de hoc mirandum vtique non est: quoniam fauore piæ causę creditur scripturæ confectæ manu testatoris sine testibus. ita Card. Put. decis. 14. tit. de testamē. tempore pestis. Et ita hæc omnia, & alia quamplura, materiam præmissam concernentia, referebat sub tilitatum princeps, & uir omni scientiarum genere refertissimus D. Ranaldus Ridolfius præceptor meus, interpretando publicè Perusij d. §. ex imperfecto.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTAMENTVM fieri coram iudice, vel coram principe à pari procedit. Et in ipso testamento coram principe confecto requiruntur duo tantùm testes.*

## OPINIO DCCCLXXXI.

1 TESTAMENTVM à pari procedit, quòd fiat coram iudice, uel coram Principe. l. omnium. C. de testam. sed ubi fit coram Principe requiruntur aliqui testes: ut tenet Glos. Bal. Ang. Saly. & Alexan. ibi, licèt non aperiant quot testes. Ang. uerò requirebat septem, Saly. tres, Ferrarien. in sua pract. Papien. in fin. libell. quo petitur hæred. ex testam. §. uallatum, sub num. 3. folio par. 386. unum. sed Bar. Bal. & Alex. duos, & hæc est communis opinio: prout testatur Soc. Cōis opin. Iun. cons. 138. colum. fi. vol. 1. & Couarru. in rubric. de testam. in 2. par. num. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTAMENTVM non solenne, & deficiens in forma obligationem naturalem producere solet, hoc est hæredem obligare naturaliter ad præstandum legata, & fideicommissa. Et hæres cogi nequiret ope actionis ea soluere, tamen si solueret etiam per errorem repetere non posset.*

## OPINIO DCCCLXXXII.

1 TESTAMENTVM non solenne, ac deficiens in forma, obligationem naturalem producere solet; hoc est hęredem obligare naturaliter ad pręstandum legata, & fideicommissa: adeò quod licèt non possit cogi ope actionis ea soluere, præstareque; nihilominus si ea solueret, etiam per errorem, utique, & absque dubio aliquo ea repetere nequireret: secundùm Gloss. Barto. aliosque omnes in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. Barto. numero 17. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & ibi Moder. etiam, qui ostendunt istam esse communem opinionem; & uoluerunt Cōis opin. quoque Gloss. Bar. col. 1. & cęteri omnes communiter in l. 1. ff. de cond. indeb.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTAMENTVM monachi ritè conditum ante ingressum monasterij non rumpitur, nec mutatur, nec reuocatur post professionem.*

OPI-

## OPINIO DCCCLXXXIII.

1 TESTAMENTVM monachi ritè conditum ante ingressum monasterij, utique non rumpitur, nec irritatur: & sic illud monachus post professionem destruere, mutare, aut reuocare nequit: secundùm Ang. & Imol. in l. 1. ff. de testamen. Ant. Butri. Abb. nume. 61. & August. Beroum, num. 513. cum aliis seq. in c. in præsentia, de probat. & Ias. in authen. si qua mulier, sub numero 27. cum cæteris sequen. C. de sacrosan. eccles. ubi existimat istam opinionem veriorem esse, atque communem dicit Dilectus, in tract. de arte testan. tit. 3. de liberis instituen. cautela 9. num. 1. & seq. & Vasquius, in tract. de successionum processu, tit. qui testari non poss. lib. 1. §. 1. numero 52. Cōis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinarunt Barto. Bald. & Pau. Castren. in d. authen. si qua mulier, Dec. in d. cap. in præsentia, num. 242. cum aliis seq. & Vasquius vbi supra. Tamen reiecta sententia hac Barto. & sequacium, inhærendum esse puto in actu practico communi præmissæ, cum qua sensit etiam Rubeus consil. 155. & Couarru. in cap. 2. de testamen. numero 9. & Clarus in tract. de testamen. libro 3. quæstio. 28.

### SVMMARIVM.

1 *TESTIS citatus, & relatus, vt compareret ad deponendum infra aliquem terminum stabilitum, & eo expirato non comparens, nec excusationem mittens: si ob huiusmodi contumaciam excommunicaretur, & postmodum compareret, proponendo, & allegando ex iusto impedimento comparere non potuisse in ipso termino: tunc quò ad ecclesiam erit legitimè excommunicatus, quò ad Deum non erit aliter excommunicatus: & probato tali impedimento sine grauamine deberet absolui.*

2 *Contumacia non est maleficium.*

3 *Condemnatus ex contumacia in absentia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, non præsumitur condemnatus ex causa delicti, sed ex ipsa contumacia.*

4 *Statutum loquens de delinquente, non comprehendit condemnatum ex contumacia in absentia: quia debet statutum intelligi secundùm veram, & propriam significationem. Sed hoc non procederet, quando statutum concerneret actum condemnationis: putà diceret condemnatus ex causa falsitatis &c. Nã tunc comprehenderetur in statuto.*

5 *Contumax ex sola contumacia in non comparendo excommunicari potest, etiam ex causa ciuili: quia maximum crimen est inobedientia.*

6 *Contumax dicitur infidelis.*

7 *Excommunicatus, licèt non possit statim priuari beneficio, tamen redditibus ipsius beneficij est ipso iure priuatus.*

8 *Contumax non est semper excommunicandus, sed ita demum, si aliàs contra eum prouideri non posset.*

9 *Contumax perseuerans in contumacia per annum, an possit beneficio priuari: & ex qua causa: & an ipso iure remissiuè.*

10 *Contumacia quomodò puniatur in ciuilibus, & in criminalibus remissiuè.*

11 *Contumacia committitur multis modis remissiuè.*

12 *Contumax non debet statim, quòd est contumax, condemnari ad pœnam contumaciæ, sed debet ad condemnationem iterum citari.*

## OPINIO DCCCLXXXIV.

1 TESTIS uocatus, & citatus ut compareat ad deponẽdum infra aliquem terminum, & eo expirato non cõparens, nec excusationem aliquam mittẽs: si ob huiusmodi contemptum, & cõtumaciam excommunicaretur, & demum compareret proponendo, ac allegando ex iusto impedimento comparere durante dicto termino non potuisse: tunc quò ad ecclesiam erit legitimè excommunicatus, sed quò ad Deum non erit aliter excommunicatus: tamen probato impedimento ipso sine grauamine deberet absolui sine difficultate à tali excommunicatione: secundum Glos. Archid. Gemin. Præpos. & omnes in c. quisquis, in verb. Occurreret. 4. q. 5. & Glos. in cap. cùm super causa, in uer. Depositionis, de testi. cogen. Io. And. Ant. Cardin. Imol. & cæteros in cap. p. & g. de offic. deleg. circa fin. Et licèt opinio hæc non careat aliquibus contradictionibus: secundùm Mantuam in d. c. p. & g. nu. 24. nihilominus sententia prædicta Glos. & sequacium communis est. teste Fely. ibi. quam vtiliter ibidem limitat in tribus casibus, & in quatuor limitat Mantua, nu. 24. cum aliis seq. Cōis opin.

2 Quia contumacia ipsa non est delictum, secundum magis communem opinionem relatã, ac citatam per Alex. in l. si m . ra. ff. solut. matri. & per Fely in c. ex literis, de constit. & diximus uberius supra in Opinio. 770. in 2. lib. Statutum disponens quòd bannitus, in 1. limitatione, uer. Limitatur primum istud statutum. nu. 12. Cōis opin.

3 Et quia etiã condemnatus ex contumacia in absentia, non præsumitur condemnatus ex causa delicti, sed ex ipsa contumacia: iuxtà l. si ideò. ff. de euict. & idem in ciuilibus, per illam l. cum similibus.

4 Et ideò talis condemnatus non comprehẽderetur

derctur in statuto loquente d: delinquéte:quia debet intelligi secundum ueram, & propriam significationem:iuxta not.in l.quicquid astringendæ.ff de uerb.oblig.cum vulga.

¶ Sed hoc singulariter sublimita, vt non procedat, quando statutum concerneret actum cõdemnationis, putà diceret, cõdemnatus ex causa falsitatis &c. Nam tali casu comprehenderetur in statuto: vt per Barto.& Alex.in l. cùm filius.ff.de uerb.oblig.& per Fely. in cap. Bertoldus,de re iudic.colum. 10.uers. Secundò fallit. licet, & malè,contrarium tenuerit Imol. ibi. & adde ultra Fely.quæ posuit Marsil.in l.unica.C. de raptu virgin.num. 129.usque ad num. 135. & quotas tradit Corn.cons.37.vol.1.circa prin. & cons.42 eod.vol.in fi.

5 Sed adu rte hic, quòd contumax ex sola cõtumacia in non comparendo potest excommunicari etiam ex causa ciuili: quia maximum crimen est inobedientia.c.sciendum.8.q.1.

6 Et contumax dicitur infidelis: vt per Abb. in c.1.de iud.nu.9.& seq.

7 Et taliter excommunicatus, licèt nõ possit statim priuari beneficio: tamen redditibus beneficij est ipso iure priuatus: vt per eundẽ Abb. in c pastoralis.§.fin.de appel.

8 Verùm non est semper excommunicandus contumax,sed ita demum, si aliàs contra eum prouideri non potest: ut per Glos. in c. contingat,extr.de dolo,& contum.& in cap. tuæ, vt lit. non contest.

9 Et an perseuerans in contumacia post annum possit beneficio priuari,& ex qua causa,& an ipso iure sit priuatus: vide eundem Abb. in d.c.1.num.24.& seq.vbi de intellectu.c.rursus, & c.quicunque.11.q. 3.& nota quia hoc habui in facto.

10 Et de dicta contumacia punienda in criminalibus,uide in cap. veritatis,de dolo, & contu. & in ciuili, vide d.c.tuæ,cum ibi not.per Doct.& in c.prout,de dolo,& contum.

11 Et contumacia committitur multis modis, de quibus in cap.ex literis,eod.tit.ubi Glo. & omnes.

12 Et aduerte etiam,quòd contumax non debet ad pœnam contumaciæ statim quòd est cõtumax condemnari,sed debet ad condemnationem iterum citari:ut not.in l. 2. ff. si quis in ius voc. non iuer. & in c. 1. de iud. & in c. ueniens, de accusat.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS dignæ fidei supplet defectum alterius, cui non erat habenda fides, quod ampliatur, num.3.& dupliciter declaratur & n.m.4.& 5.*

2 *Notarij duo rogati de aliquo actu, si unus ex eis probatæ fidei foret, & alter infamata,ob fidem alterius ualeret instrumentum.*

## OPINIO DCCCLXXXV.

1 TESTIVM numerus supplet defectus eorum: & sic si testibus aliquæ qualitates deessent, vtique per numerum testium notæ, spectatæque fidei, & integritatis suppleréntur, atque eorum depositiones ab illis ita sustentarentur, vt omnes facerent plenam probationem:secundùm Glo. communiter approbatam, in l.3.in uer.Numerus.ff. de testib. Alberic. in tract. de testib. qui ad hoc multa cumulat, Alex.cons.5. num. 7.& sequen.uol.1.& cons.43.num.33.uol.4.& consil.149.viso processu inter Michaelem, num. 6. volu.5.& Curt.quoque in tract. de testib. conclus.1.in princ.& Io.Ant. de Nigris in capitulis Regni,in c.260.vulgaris famæ proloquium,numero 34. & ista est cõmunis opinio, de qua per Ang.consil.1.vbi consuluit, quòd si in numero testium reperiatur vnus domesticus, quod respectu aliorum sustinetur eius dictum. Et plus dicit, quòd licèt dicto testis uilis, ac deploratæ fidei non sit creden lum: tamen si factum probaretur per alios testes, crederetur illi: ut per Bal.etiam in l.si quis ex arg n ar is.§.cogeretur. ff.de eden.Saly.in l.bonæ fidei,col.8.C.de rebus cred.per Fely.in c.tertio loco,num.9. de proba. Ioan.de Amicis,cons. 8. num. 38.& consil. 25. num.3.Bertran.cons.139.num.7.uol.1.& consil.161.etiam si uerum, num.6. uol.6.Soc. Iun. cons.32.num.34.vol.2.Grammat.cons.crim.1. sub num.3.Grauet.cons.169 in fin.Alex. de Neuo cons.19.in causa Francischini,num.2.& Tiraquel.copiosè in tract.de pœnis temperandis, aut remittendis,causa 31. nume. 119.cum aliis sequen.ubi istam communem,num 123.& seq. utiliter limitat in duobus casibus, & Bernus quoque in c.licèt causam,num.45.& sequẽ. de probat. Marsil.cons. 109.num. 4.& sequẽ. Natta cons.354.num.6.vol.2.& consil.473. quædam, num.23.eodem vol.& Grammat. in d. cons. 1. num.4.Ruin.consil.149.num. 37.& consil. seq. num.18.volum.5.& Ioan. Ant. de Nigris in prę citato cap. vulgaris famæ proloquium, nu. 39. Sed ulterius in terminis determinauit Iac. But. in d.l.3.ff.de testib.in prin.& Ioan.de Imol.in l. qui testamento, colum. 1. ff. de test. quòd licèt duo testes amici non faciant, inducantque integram fidem.d.l.3.in vers.Amicus: nihilominus si tres testes amici producantur in causa, ubi duo aliàs integri, & vndique idonei sufficiebant, supplebitur tunc per illum tertium fides duorum:& sic propter maiorem numerum supplebitur defectus resultans ex amicitia.& ubertim prosequitur Alex. in add.in d.l.3.& Fely. in cons.36.magnifice pętor,nu.11. Cõis opin.

¶ In

¶ In contrarium uerò opinionem, quòd numerus amicorum non suppleat defectum resultantem ab amicitia, inclinarunt aliqui Doct. relati per Fely. in cap. testimonium, sub num. 5. de testib. ubi prudentissimè concludit hoc residere in arbitrio iudicis inspecta amicitiæ qualitate.

2 Et ad hoc facit d ctum Bald. in l. Imperator. ff. de sta. homi dicentis, quòd si duo notarij rogati essent, & unus probatæ fidei foret, & alter infamatæ, propter fidem alterius ualeret instrumētū. & idē voluit in d. §. cogētur, vbi casus.

3 Et antedicta communis opinio ita enucleata ampliatur vtiliter intantum etiam procedere, ut in causa matrimoniali quoque numerus testium suppleat illorum defectus: secundùm Glo. in d. l. 3. §. eiusdem quoque. ff. de testibus, Cōis opin. in uer. Numerus, communiter approbatam ibi ab omnibus, præsertimque à Flor. colum. 2. vt per Alex. cons. 5. in causa, colum. 3. volu. 1. & cō silio 47. abundè, colum. 1. uol. 2. & Ang in d. cō silio 1. & ita in terminis proprijs consuluerunt Aret. cons. 13. colum. 6. Barbatius cons. 40. uol. 3. & cons. 26. vol. 4 & Dec. cons. 166. colū. pen. uers. Secundò principaliter.

4 Sed prælibata communis ita amplificata choarctatur primò, vt procedat si testis non foret penitus inhabilis, aliàs stante omnimoda eius inhabilitate suppleri nequiret eius defectus per alios testes idoneos: secundùm Bal. & Ancha. in l. si quis testibus. C. de testib. & Saly. in d. l. in bonæfidei. col. 10.

5 Claudicatque secundò eadem communis locum solummodo obtinere, quando alij testes ex semetipsis sufficerent absque illo teste inhabili, aliter non suppleretur ipsius defectus: vt firmat Fulgo. in l. 1. Fely. in utroque casu, in c. testimonium, sub nu. 5. de testib. & Doct. omnes in locis præmemoratis.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS inhabilitas sufficit de præsenti, ut in præteritum præsumatur: Ideo articulus aduersus testes testamentarios ad finem subuertendi, & reprobandi testamentum, debet concludere simpliciter, quòd talis testis seruus sit: nec opus est, vt articuletur, & probetur q tempore conditi testamēti ita habebatur, & reputabatur. & n. 2.*

## OPINIO DCCCLXXXVI.

1 PROBATIO inhabilitatis Testis in teste sufficit de præsenti vt in præteritum præsumatur: & sic probatio seruitutis in teste ad illum reprobandum sufficit de præsenti, id est, quod tempore conditi testamenti erat seruus, vt præsumatur in præteritum: secundum Castren. Aret. & cæteros omnes in l. ad testium. ff. de testamen. Bald. Saly. Ias. Corn. Alex. Riminal. & reliquos in l. 1. C. de testa. & D. Thobiam Nonium, nu. 4. cum aliis seq. & alios Moder. in §. sed cùm aliquis, in stit. de testam. ubi perhibent illorum opinionem communem esse. Cōis opin.

2 Et ideò secundùm dictam communem, ubicunque formatur articulus seu exceptio aduersus testes testamentarios, ad finem subuertendi, ac reprobandi testamentum, debet concludere simpliciter, quod talis testis seruus sit: nec opus est vt articuletur, & probetur, quòd tempore conditi testamenti ita habebatur, reputabatur, & iudicabatur.

## SVMMARIVM.

1 *INVENTARIVM confici debet coram duobus testibus, & in ipsa confectione inuentarij interuenire debent tres alij testes loco creditorum absentium, vt discurritur infra per totam opinionem.*

2 *Testes duo interuenientes in inuentario debent corā ipsa de cognoscere hæredem, & in eorum præsentia res etiam uidere.*

3 *Testes tres benè opinionis, locupletes, & bona stabilia possidentes interuenire debent in confectione inuentarij, qui loco absentium creditorum adhibentur, ultra alios duos testes adhibitos in inuentario ipso pro testibus: qui tres testes debent cognoscere hæredem coram iudice, & in præsentia eorum res videre, & deponere ipsum hæredem in conficiendo inuentarium nullum dolum, uel fraudem commisisse.*

4 *Testes idem, & idem notarius non semper debent adhiberi ad inuentarium.*

5 *Hæres scribere nesciens sufficit loco subscriptionis propriæ manus requisitæ opponere signum crucis sua manus.*

## OPINIO DCCCLXXXVII.

1 TESTES duo interuenire debent in confectione inuentarij; & sic requiritur inuentarium confici debere coram duobus testibus: secundùm Ang. in §. extraneis, instit. de hæred. qualit. & differen. colum. 1. Bar. in l. fin. §. cùm igitur, col. 2. C. de iure deliber. Bal. cons. 145. in prin. vol. 4. Pau. de Cast. cons. 205. & Ias. in d. l. fin. ver. Octauò quæritur.

2 Qui quidem testes debent cognoscere hæredem; & requiritur etiam quòd in eorum præsentia res ostendantur: vt per Paul. Castren in d. cō silio 205. Bar. in d. §. cùm igitur, Dec. cons. 653. colum. penult. in fin. Ang. in d. l. fin. §. sin autem dubius, & Ias. in ipsa l. fin. vers. Nonò quæritur.

3 Et vltra prædictos duos testes adhibitos in inuentario pro testibus, tres alij testes bonæ opinionis,

nionis, locupletes, & bona stabilia possidentes interuenire debent in confectione inuentarij, qui loco absentium creditorum adhibentur, & coram iudice postmodùm recognoscant hæredem, & in præsentia eorum res videant, atque deponant eundem in conficiendo inuentarium hoc, nullum dolum, seu fraudem commisisse: vt in auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid. cum Glos. & in l. fin. ubi Bar. Ias. & omnes alij Scrib. communiter. C. de iure delib. Guid. Papæ decis. 571. sub num. 8. Frãciscus Porcellinus in tract. de confectione inuentarij. c. 2. sub num. 7. & sequen. Dec. consil. 633. num. 15. Bertran. consil. 123. uisis dubiis ex parte nobilis, & generosi uiri, Ioan. Adhermarij, sub num. 2. uol. 7. & Dilectus in tract. de arte testan. tit. 11. cautela 8. sub numero 2. uersicul. Septimò adhibentur duo testes. Cõis opin.

4 Et an testes iidem, & idem tabellio semper debeant adhiberi ad inuentarium, explicat, & concludit quòd non, Monticulus in tract. de inuentario hęredis, in 7. membro, seu quęstione, nu. 24. & seq. fol. par. 28.

5 Et an hæres scribere nesciens sufficiat in inuentario loco subscriptionis propriȩ manus requisitæ apponere signum crucis suæ manus, firmat quòd sic, ex communi opinione Monticulus in d. tract. de inuentario hæredis, post decimum, & ultimum membrum principale, n. 59. & seq. fol. par. 131. & seq. Cõis opin.

## OPINIO DCCCLXXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *TESTES duo omni exceptione maiores reprobant, & subuertunt instrumentum, si instrumentum ipsum aliter non coadiuuaretur per testes in eo descriptos, uel per alios non instrumentarios.*

2 *Testis vnus solus de requisitis à iure in instrumento contradicens ipsi instrumento, illud omninò subuertit, vbicunque in instrumento reperirentur adhibiti duo duntaxat testes.*

3 *Testes si adiuuarent instrumentum, tot alij testes reprobatorij sunt necessarij, quot sunt comprobantes ipsum instrumentum.*

4 *Testes instrumentarij reprobant, & subuertunt instrumentum, non solùm si dicerent aliter fuisse dictum, quàm sit scriptum per notarium: sed etiam si deponerent se non interfuisse instrumento: & isti testes ita, & taliter deponentes non sunt singulares.*

5 *Testis vnus contradicens alteri testi, tunc depositio vtriusque inualidaretur.*

6 *Testes quando sunt contrarij, nullus ipsorum potest puniri de falso.*

1 TESTES duo omni exceptione maiores instrumentarij, reprobant, ac subuertunt instrumentum, si instrumentum ipsum aliter non coadiuuaretur per testes in eo descriptos, vel per alios non instrumentarios: & sic per numerum necessarium testium ad illum actum, putà per septem testes si tractarentur de testamento, uel per quinque si tractaretur de codicillis: secundùm Doct. omnes in cap. accedens, de fide inst. in l. 2. §. si quis neget. ff. quemadmod. testa. ape. & in l. in exercendis. C. de fide instr. & ista est cõmunis opinio. teste Ruino cons. 37. in princip. vol. 4. Lanfran. in repet. cap. quoniam contra, in ver. Instrumentorum productiones, fol. 106. numero 37. de probat. Dec. in c. tertio loco, nu. 55. eod. tit. Ioan. de Amicis cons. 44. nu. 4. & Boer. decis. 118. vbi refert ita fuisse in Sacro Burdegalensiũ senatu pluries iudicatũ; & sequitur ẽt Bertran. consil. 36. pro declaratione boni iuris, n. 5. & seq. uol. 6. vbi firmat etiam cum cæteris aggregatis per eum, quòd isto casu minimè sufficeret, quòd antedicti testes essent simpliciter idonei. Imò qualibet exceptio etiam leuissima repelleret testes ipsos reprobatorios: secundùm Bald. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. & in cap. cùm Ioannes, colum. fin. de fid. instr. vbi adiicit, & constanter asseuerat, quòd quilibet defectus etiam modicus vitiat istos testes reprobatorios. Cõis opin.

2 Imò etiam vnus solus testis de requisitis à iure, contradicens instrumento, illud omninò subuertit: secundùm Bar. Bal. Ang. in d. §. si quis neget, vbi etiam Imol. qui ait istam esse communem opinionem, & Curt. Sen. etiam consil. 55. sub num. 1. & sub num. 25. quam sequitur quoque Cal. Ant. Abb. & Imol. in d. c. cùm Ioannes, & Ioan. de Amicis consil. 44. num. 5. qui pariter testatur de dicta communi. Et sic uno duntaxat teste contradicente de necessariis, requisitisque in testamento, deficit fides omnimoda instrumenti. l. si unus. C. de testa. & ita residet Ioã. de Amicis ubi supra. Cõis opin.

¶ At hoc procederet de plano, vbicunque in ipso instrumento reperirẽtur adhibiti duo duntaxat testes: ut consuluit Ang. cons. 169. super puncto suprascripto breuitatis causa omissis allegationibus, colum. fin. ver. Venio ad secundũ quæsitum, & Io. Bapt. Ferrettus cons. 207. ex late deductis, num. 6. & seq. uol. 1. Et super eo non est necesse multum insistere; quia si duo tantùm testes adhibiti forent in instrumento, & unus ex ipsis testibus contradiceret instrumento, redderet instrumentum suspectum, nec ei credendum esset aliquo pacto: vt respondet Ang. ibi.

3 Sed vbicunque testes adiuuarent instrumen-

mentum, tot alij testes reprobatorij sunt necessarij, quot sunt comprobantes instrumentum ipsum: secundùm Barto. in l. hæredes palàm, in princ. ff. de testa. Innocen. Ioan. And. Card Ant. Abb. & Imol. in c. cùm Ioannes, de fide instrum. Cõis opin. Anchar. consil. 76. Cyn. Saly. & omnes communiter, in l. exercendis. C. de fide instrum. & Alex. cons. 17. ponderatis his, quæ in themate, sub nu. 14. uolu. 3.

4 Et procedit non solùm si dicerent testes instrumentarij aliter fuisse dictum, quàm scriptũ per notarium, uerum etiam si deponerent ipsi testes se non interfuisse instrumento. qui quidẽ testes licèt singulares videantur, attamen reprobant, & subuertunt instrumentum: secundum Fely. in d. c. cùm Ioannes, num. 35. & ita consuluit Grauet. cons. 56. num. 17. dicens dictos testes ita, & taliter deponentes non esse singulares aliquo pacto; & istam ait ibi esse communẽ opinionem: Cõis opin. & prudentissimus D. Follerius in sua pract. crim. in uer. Item quòd commisit falsitatem, num. 64. cum multis seq. ubi explicat abundè istam materiam.

5 Et aduerte etiam hic, quòd vbicũque vnus testis contradiceret vni alij: tunc absque dubio aliquo depositio vtriusque inualidaretur: secundùm Ioan. And. Abb. & alios omnes in c. in nostra, de testib. Bertachi. in suo repert. in uer. Testis, in materia de testium impugnatione, in uer. Testes duo, & Alex. cons. 154. viso themate suprascripto, sub nu. 10. vol. 5. vbi exprimit hoc communiter approbari. cõis opin.

6 Sed testes ipsi recepti hinc indè inter partes, si contrarij in suis attestationibus apparerent, nemo ex eis puniendus foret de falso: secundùm Glo. Bal. Alex. sub num. 2. & Ias. sub numero 16. & seq. in l. duobus reis. §. item Pomponius. ff. de iureiur. Bertachin. in suo repertorio, in uer. Testis, in materia de punitione testium, in uer. Testes inter se contrarij, & Grammat. in voto 26. Saluatoris mundi, sub nume. 14. cum aliis sequen. vbi recitat ita fuisse decisum in magna Curia Vicariæ, & in collaterali Regio Concilio.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTES in scriptura priuata tres necessariò requiruntur, qui debent esse masculi, & non fœminæ.*

2 *Scriptura priuata debet esse subscripta tribus testibus masculis: & in ea non requiritur*

3 *neque dies, neque consul, ad hoc vt probet, uel faciat cõtra scribentem fidem.*

4 *Scriptura priuata recognita per eum, qui eam fecisse prætenditur, uel per eius hæredem, plenam fidem facit contra eum.*

4 *Scriptura priuata vbicunque reperiretur negata per eum, qui eam fecisse prætenderetur: tunc non sufficeret, quòd testes super recognitione ipsius scripturæ deponerent scripturam ipsam per talem factam, seu scriptam esse: sed oporteret, quòd testificarentur, quòd præsentes fuerint, quando scripta, uel facta extitit eadem scriptura, secundùm communem opinionem: licèt contrarium obseruetur in Sacro Palatio Romano.*

## OPINIO DCCCLXXXIX.

1 TESTES in scriptura priuata tres necessariò requiruntur; & sic testimonio trium testiũ dicta scriptura debet esse subscripta. qui quidem testes debent esse masculi, & non fœminæ: secundum Bal. per illum tex. in l. scripturas. C. qui pot. in pign. habeant. cum quo sentiunt omnes Scriben. ibi, Cremen. in sing. 145. Marsil. in sing. 611. post prin. Cotta, in mem. in ver. Mulier regulariter &c. quam opinionem tã quàm verissimam sequitur etiam, & asserit esse communem Dec. in c. 2. aliàs scripta, num. 11. Cõis opin. de fide instr. in c. 3. col. 2. de testi. & in l. fœmine, num. 32. & seq. & ibi Apostil. ff. de reg. iur. & Tiraquel. in tract. de legib. connub. l. 9. num. 54. licèt Barba. in c. quoniam contra, nu. 27. de probat. Ias. in l. 1. colum. 3. ff. de legib. absque aliqua vrgenti ratione, & nonnulli alij Doct. relati per Fely. in d. c. 2. & in c. 3. de testi. conentur, & malè discedere à præfata communi, quorum argumenta non indigent responsione: quia parum, aut nihil obstant.

2 Et nota hic utiliter, quòd in d. scriptura priuata non requiritur neque dies, neque consul. l. cùm taberna. §. item quæritur. ff. de pignor. & not. Ias. in auth. quod sine. C. de testam. ad hoc, vt probet, uel faciat fidem contra scribentem: iuxtà communem sententiam omnium Doct. Cõis opin. quam sequitur Paul. Castren. in l. 1. num. 16. C. de nouo Codice facien. Alex. in cons. 70. ver. Ecce ergò, uol. 1. & cons. 6. vers. Secundò respondeo, & cons. 75. colum. 3. vol. 3. & cons. 132. ver. Quò ad tertiam, uol. 4. & Moder. omnes in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi attestãtur de præfata communi opinione.

¶ Sed hoc intelligendum venit, secundùm optimam distinctionem traditam per Cottam, in memorali, in uers. Dies in libris rationum requiritur.

3 Aduerteque etiam, quòd licèt scriptura ipsa priuata recognita per eum, qui eam fecisse prætenditur, uel eius hæredem, plenam fidem facit contra eum. l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab.

4 Nihilominus, vbicunque huiusmodi scriptura non recognita, sed negata esset: tunc necessarium foret, & oporteret probari tam scripturam esse scriptam, seu factam per eum, qui illam fecisse prætenderetur: nec sufficeret hoc casu, quòd testes deponerent, quòd scriptura

ista

ista per talem facta extitit, aut quòd illius scriptura existat: sed oporteret, quòd testificaretur, quòd præsentes fuerint quando scripta, uel facta est eadem scriptura. auth. de instru. caut. & fid. ... si quis igitur, & ep ibi no. Gio. & fuit de mẽ te G.o. etiam ;& apertius hoc ibi uoluit Iacob. But. in auth. & si contractus. C. de fide instrum. Bertrau. conf. 168. num. 1. viso processu primo cepto. uol. 6. Bar. in l. nuda ratio. ff. de donat. & in d. l. scripturas, But. Abb. & alij communiter in c. 2. de fide instr. Bal. in auth. sed nouo iure. C. si cer. per. & Alex. conf. 123. num. 5. uol. 1. conf. 75. num. 4. 7. & 8. uolum. 3. consil. 80. uiso processu causæ inter Antonium Posidonium, numero 4. cum alijs seq. uol. 4. & Afflict. decis. 181. in quodam processu fuit producta una apodixa, vbi recitat ita fuisse decisum in Sacro Concilio Neap. Et ista probatio ita, & taliter facta, est plena, & sufficiens probatio: secundum Cyn. & alios in l. comparationes. C. de fide instru. & Alex. conf. 181. in causa, & lite vertente coram arbitris, num. 3. uol. 2. Cõis opin.

¶ Sed in Curia, Sacroque Palatio Romano obseruatur contrarium, uidelicet, quòd super recognitione scripturarum plenè probent testes, qui non fuerunt præsentes dum scriberentur, & deponunt cognoscere manum scribentis: quoniam est ei valdè nota: vt meminit Octauian. Vestrius in sua pract. lib. 6. tit. de productione iurium in curia, ac de literis compulsorialibus, illarumque executione in partibus, colum. 6. folio par. 30. ubi similiter probat huiusmodi stylum Romanæ Curiæ non abhorrere à iuris dispositione.

## SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM necessariò requirit septem testes puberes: nec ualet si minor numerus adhiberetur, etiam quando sufficiens numerus testium haberi non posset: nam iste numerus est de eius solemnitate formali, & substantiali, non tantùm probatoria de iure ciuili.*

2 *Testamentum de iure canonico potest confici coram presbytero parochiali, & duobus testibus, etiam ad non pias causas, maximè in terris ecclesiæ, tam mediatè, quàm immediatè ipsi subiectis: dum tamen talestestes sint idonei: & coram quatuor testibus absente presbytero.*

3 *Testamentum tempore pestis potest fieri coram quinque testibus.*

4 *Testamentum ad pias causas coram duobus testibus absque presbyteri parochialis præsentia factum, ualet tam in foro canonico, quam in ciuili, & etiam in terris non subiectis ecclesiæ.*

5 *Testamentum inter liberos cũ duobus testibus ualet.*

6 *Testamentum etiam per cæcum conditum inter liberos, valet cum duobus testibus, etiam si imperfectum sit.*

7 *Testamentum imperfectum, in quo interueniunt duo testes, sustinetur non solùm inter filios primi gradus, sed etiam inter nepotes.*

8 *Testamentum patris imperfectum ualet, etiam si filij inequaliter fuerint instituti.*

9 *Testamentum patris imperfectum ualet, etiam si unus, uel plures filij fuerint exhæredati.*

10 *Testamentum inter liberos factum valet etiam cum duobus testibus pubertibus mulieribus, aut famulis.*

11 *Testamentum inter filios conditum coram duobus testibus ualet, siue sit nuncupatiuum, siue in scriptis.*

12 *Testamentum inter liberos ualet, dato quòd testes rogati non sint.*

13 *Testamentum inter liberos conditum coram duobus testibus valet, dummodo ipsi liberi sint legitimi, & naturales, non autem naturales, & spurij. quod de plano procederet in filijs naturalibus de agnatione paterna, non autem materna.*

14 *Testamentum condere potest mater naturalis inter filios naturales coram duobus testibus, secundùm dispositionem. §. ex imperfecto.*

15 *Testamentum inter liberos conditum, licèt ualeat coram duobus testibus: tamen ad eius reuocationem septem requiruntur.*

16 *Legatum ad pias causas, sicut valet factũ coram duobus testibus omni exceptione maioribus, vt dictum est supra sub nu. 2. ita etiam potest reuocari; & adimi coram alijs solummodò duobus testibus.*

17 *Rusticus condens testamentum in rure, & non valens adhibere septem testes in testamento: tunc sufficerent quinque testes. Quod procedit in testamento nũcupatiuo, non autem in testamento in scriptis.*

18 *Rusticus conficiens testamentum ruri coram quinque testibus, valet, etiam si deinde ciuis euaderet.*

19 *Testamentum conditum per ciuem ruri coram quinque testibus non ualet, etiam si ipse ciuis maiorem numerum testium inuenire non potuisset.*

## OPINIO DCCCXC.

1 TESTES septem puberes in testamentis regulariter requiruntur. l. hac consultissima, & l. in testamentis. C. de testamen. & §. fina. instit. eodem titulo. Nec valet testamentum si minor numerus testium adhiberetur, etiam quando sufficiens numerus testium haberi non posset. l. conficiuntur. §. 1. ff. de iure codicill. Et iste numerus testium, aduerte, quòd est de solennitate substantiali, ac formali, non tantùm probatoria: secundùm Bartol. Aret. colum. 2. & Ias. in 1. lect. numero 17. in l. nemo po test. ff. de leg. 1. vbi Ripa, numero 35. ait istam esse communem opinionem, & Couarruuias, in epit. in cap. cùm esses, numero 8. de testamen. Iacobus Mandellus in l. 1. num. 39. cum aliis seq. ff. de uerb. oblig. & Clarus in tract. de testamen. §. testamentum lib. 3. q. 56. ubi refert effectus istius communis. Cõis opin.

2 Hoc itaq; procedit de iure ciuili, sed de iure canonico uidetur sancitũ cõtrariũ. Nã testator potest disponere de rebus suis corã presbytero parochiali, & duobus testibus, & ualet suum testamentũ etiã ad non pias causas confectũ, maximè in terris ecclesiæ. c. cũ esses, de testa. Spec. not. in tit. de instru. editio. §. compendiosè, uer. Item per ius canonicũ, Io. de Imol. & Abb. in d. c. cũ esses, Zabar. cons. 73. puto de iure, Bal. cõs. 351. quoniam ex facto, & cõs. seq. lib. 4. & Alex. cons. 17. ponderatis his, quę in themate, nu. 15. uol. 3. & 276. uiso processu, col. 3. lib. 5. & ista est *Cõis opin.* cõis opinio. teste Corn. cons. 261. nu. 9. & 30. uolu. 4. Thobia Nonio in §. sed hæc quidẽ, sub nu. 4 limit. 8. inst. de testamentis, & Mod. in d. c. cũ esses, præsertimq; Couarruuias ibi, nu. 12. cum alijs innumeris relatis per eũ, & Boer. in decis. 93. nu. 2. & Claro copiosè in tract. de testa. in §. testamentũ. lib. 3. q. 57. uer. 1. & seq. & Michaele Cifuentes in cõmentarijs super leges Tauri, in l. 3. nu. 3. vbi etiã firmat ex veriori sententia Doct. quòd ius ciuile, seu regium, non corrigatur per ipsum ius canonicum.

¶ Sed aduerte, ꝙ isti duo testes interuenientes ultrà parochianum, debent esse idonei, *Cõis opin.* secundũ cõmunem opinionẽ relatã per Alex. cõsil. 177. sub nu. 4. uol. 2. Et facit in hanc partem, quod scribit Bal. cons. 264. ad euidentiã, in fi. ꝙ sufficiunt duo testes in legato ad pias causas, modò sint omni exceptione maiores.

¶ Et istud testamentũ corã presbytero parochiali, & duobus testibus conditũ, habet uires ẽt in terris Principi seculari, quò ad temporalẽ iurisdictionẽ ab ecclesia concessis: quales sunt Ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria, & Vrbinum: vt declarat, & ponit Corneus in pręcitato cons. & sequitur Thobias Nonius in d. §. sed hæc quidẽ, sub nu 4. limit. 8. sed in alijs non procedit: vt per Bal. cons. 284. dominus, lib. 3.

¶ Vbicunq; uerò presbyter parochialis nõ reperiretur in partibus, & terris ecclesiæ, in quibus condendum est testamentũ, nec haberi posset aliquo modo: tunc nota, ꝙ loco parochialis alij duo testes adhiberi possunt per testatorẽ; & sic requirũtur quatuor testes sine parochiano, & valebit testamentũ. Nam duorũ uox est potẽtior, quã unius, quantumcunq; sit authoritatis. c. licèt, & c. cũ à nobis, de testi. & l. iurisiurandi. C. eo. tit. & ita uoluit Spec. in d. uer. Itẽ per ius canonicum, quem sequitur Calder. cons. 8. testator, in tit. de testa. Gemin. cons. 49. super isto pũcto, Alex. cons. 17. col. pen. uol. 1. cons. 276 lib. 3. & cons. 105. uiso, & diligenter considerato, libr. 4. & istam opinionem Specul. dicit, & asseuerat *Cõis opin.* obseruari in practica Anto. de But. & Panorm. in d. c. cùm esses, in fin. & communem dicunt inibi Moder. præsertimque Couarruuias, num. 13. & Bellonus consilio 14. num. 3. & magis cõmunem esse recitat eam sequendo Clar. in d. q. 57. uer. Sed pone, & Thobias Nonius in d. §. sed hæc quidem. sub num. 4. in 8. limit. vbi ait ab huiusmodi sententia non esse recedendum in iudicando, & consulendo, cum ex ea testamentum sustineatur.

3 Declaratur similiter d. regula in testamento condito tempore pestis: cum eo tempore nõ ita copia testium haberi possit, sicut alio tempore; ideoque numerus septem testium regularis in testamento restrictus est ad quinque, & sic adhibitis quinque testibus in testamento cõdito tempore pestis ualet, & tenet: vt tradit Nicola. de Mata. Bal. Saly. & Ias. in l. fin. C. de test. Aret. in §. fin. instit. de donat. & in suo tract. testamentorum, in uer. Suum testamentum, in fin. Cuma. in l. conficiuntur. §. codicilli, de iure codicill. Florian. in l. milites. C. de test. milit. Barbat. in d. c. cùm esses, colum. 8. & in cons. 87. colum. 2. uol. 4. Marsil. in l. 1. §. prætereà, nume. 121. ff. de quæst. Dec. in l. scriniarios, in fi. C. de test. milit. & in consil. 284. viso puncto, Zhan. decis. 115. & Card. Put. decis. 376. & decis. 386. libro 1. ubi addicit etiam, & expressè firmat, ꝙ in isto numero quinque testium non computatur modo aliquo notarius, Brunus etiam in tractа. de forma, dicens ibi se pro hac parte consuluisse, & quòd in facti contingentia obtinuit, quem refert Paris. cons. 33. num. 26. uolu. 2. ubi subdit, quòd ista est magis communis opinio, *Cõis opin.* magis æqua, & humana, Rubeus consilio 165. Bertran. consilio 179. volum. 1. Ripa, in l. Centurio, numero 8. ff. de vulga. & pupill. Boer. in decis. 228. numero 9. & sequen. Bald. Nouell. in l. 2. ff de leg. 1. vbi concludit post Pontanum, numero 4. istam esse magis communẽ opinio. & magis æquam, & Soc. etiam, qui eam magis ueram esse dicit in consilio 129. nu. 14. uol. 1.

¶ Alexand. uerò in consilio 70. uolumine 2. & Ias. in l. ab antiquis, numero 4. C. de testa. dicit communem contrariam, uidelicet, quòd *Cõis opin.* in testamentis tempore pestis requiratur integer numerus septem testium, & malè, quamuis eam non sequatur, & communem, & ueriorem de iure asseuerat Boer. in præcitata decis. 228. numero 10. Ioan. Bertachinus in tract. de gabellis, seu vectigalibus, in 2. par. de locatione gabellarum, sub numero 50. & Afflict. in decis. 25. incipien. In causa petitionis hæreditatis, & magis communem inquit Clarus in tracta. de testamen. libr. 3. sub q. 65. ubi concurrit cum prima opinione Bald. & sequacium cum quodam moderamine: cui quidem intrepidè inhæremus, tanquàm ueriori, æquiori, & communiori: cui accedit etiam tanquàm magis communi Thobias Nonius in d. §. sed hęc quidem, sub num. 4. limit. 14. aduertens, secundum eandem magis communem opinionem debere iudicari in actu practico, cùm in fauorem testamenti tendat, & Cifuentes in d. l. 3. num. 4.

¶ Imò in tantũ procedit sine scrupulo aliquo isthæc cõis opinio, vt Card. Puteo placuerit quo

que conſtanter aſſerendo deciſ.13.in tit. de te-
ſtam. quòd in ipſo teſtamento tempore peſtis
confecto requirantur ſolummodò duo teſtes.

4 Declaratur quoque præfata regula nõ pro-
cedere in teſtamento facto ad quaſcunque pias
cauſas Nam teſtamentum conditum ad pias
cauſas coram duobus teſtibus abſque presby-
teri parochialis præſentia valet,tam in foro ca-
nonico,quàm ciuili, & in terris Eccleſiæ nõ ſub
iectis:ſecundùm tertiam opinionem Gloſ.in d.
c.cùm eſſes.quam ſequuntur ibi Anchar.Card.
Imol.Barba.& omnes, vbi aiunt hanc ſenten-
Cõis tiam eſſe communem, & uériſsimam ſimul cũ
opin. Moder.Iaſ.quoque in l.1. num. 21. poſt mediũ,
in 1.lect.C.de ſacroſan.eccle.Alex.in l.ſi certis,
num.5.C.de pact.Ciſuentes in d l.3.Tauri,ſub
num.4.verſ.Tertiò dubitatur, Tiraquel.in tra-
cta. de priuilegiis piæ cauſę,poſt præfationem,
ante primum priuilegium,& Boer.in deciſ.93.
ſupra allegata.

¶ Et hoc videtur contra ſententiam Specu.
communem in principio huius regulę relatam.
Tamen iſtas duas opiniones conatur Alex. con
ſil.17.ponderatis iis,colum.pen.vol.3.ad conſo
nantiam,& concordiam reducere,Doct.in d. c.
cùm eſſes, & Boeri. in d.deciſ.93. numero 3.&
ſequentibus.

5 Interpretatur quoque præfata regula non
procedere in teſtamẽto patris imperfecto inter
liberos condito, in quo non requiruntur ſeptẽ
teſtes. Nã vbicunq; pater faceret teſtamentũ
adhibitis duobus teſtibus inter liberos,ualeret
& teneret.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.
C.de teſta.cũ materia,& notat Natta,cõſ.423.
res in hoc conſiſtit,nu.10.& 12.uol.2. vbi red-
dit optimam rationem.

6 Qui quidẽ tex.ampliatur,ut habeat locum
etiã in teſtamento patris cœci imperfecto inter
filios condito,non ſeruata forma,ſeu ſolennita-
te d.l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſ.ſe-
cundũ Bal.Ang.Paul.Caſtren.Saly.Corn.Iaſ.
Cõis & oẽs ibi, ubi aſſerunt hanc eſſe cõem opinio.
opin. quã ſequitur vltrà alios etiã relatos per eum,
Boer.deciſ.240. nu. 20. vbi atteſtatur de dicta
cõi, referendo alios contrariũ aſſeuerantes, &
Bertrã.quoq; conſ.269.ex themate mihi exhi-
bitæ conſultationis,nu.1.& ſeq.uol.8.

7 Et præſens teſtamẽtum imperfectũ,in quo
interuenerunt duo teſtes, ſuſtinetur non ſolùm
inter ipſos filios primi gradus, ſed etiã inter ne
potes:vt doctiſsimè, & religioſè more ſuo con-
ſuluit Natta in d conſ.423.ſub nu.4. & 13.

8 Itẽ ipſum teſtamentum patris imperfectũ
valet ẽt ſi filij inęqualiter fuerint inſtituti:vt fir
mauere Cuma.cõſ.113.ſtatutũ,ꝙ nec in teſta-
mentis,Alex.conſ.146.viſo themate,col.ſi.vol.
2.Pau.Caſt.Corn.& Riminal.in d.§. ex imperfe
cto,Dec.in l.vt liberis.3.not.C.de collat.Iaſ. in
l.hac cõſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſ. & eſt de
mente Bal.in l.filij.q.6.C.fam.erciſ.quãuis Go
meſ.deciſ.106.lib.1. uideatur aſſerere contra-
riũ,ꝙ vbicunq; pater non æqualiter teſtetur in
ter filios,non ſit aliter locus,d.§.ex imperfecto.

9 Itẽ teſtamentũ hoc patris imperfectũ ua-
let,ẽt ſi vnus,vel plures filij fuerint exhæredati:
vt tradunt Aret.& Corn.in d.§. ex imperfecto.

10 Itẽ iſtud teſtamentũ inter liberos factũ ua-
let ẽt cũ duobus teſtibus puberibus maribus,
aut fœminis:ſecundũ Glo.in auth.qđ ſine.C.de
teſta.quã ſequuntur oẽs ibi,Cy.Bar.Pan.Caſt.
Corn.& alij in d.§.ex imperfecto, vbi aſſeuerãt Cõis
eſſe cõem opinio.& Couarruuias etiam copio- opin.
sè in c.relatũ,nu.5.de teſta. & eã ſequitur vltrà
præcitatos Doct.& alios congeſtos per Mod. in
præmiſsis locis,Boer.in d.deciſ.240.n.1.vbi di-
cit ita vidiſſe iudicari in Sacro Concilio Burde-
galen.& ubique.

11 Et ipſum teſtamentũ inter filios conditum
corã duobus teſtib.valet etiã,ſiue ſit nuncupa-
tiuũ,ſiue in ſcriptis:ſecundũ Glo. & Doct. in d.
§.ex imperfecto,& Michaelẽ Ciſuentes in d.l.3.
Tauri;ſub nu.7.ubi oſtendit, & profert magnũ
uerbum,quòd ita quotidie practicatur.

12 Valet etiã teſtamentũ inter liberos,dato ꝙ
teſtes nõ ſint togati,qui in huiuſmodi teſtamẽ-
to aliter non requiritur, vt rogati eſſe debeant:
vt uoluit Glo.in l.ſi.in uer.Excepto.C.de codi-
cillis,cõiter approbata.teſte Dec.conſ.610.ui- Cõis
ſo themate ſupraſcripto,ſub nu.2.Ant.Rubeo, opin.
conſ.6.n.5.& Thobia Nonio, in d.§.ſed hæc qui
dem,nu.6.iuſtit.de teſtamen.

13 Valet quoq; teſtamentũ inter liberos, dum
modo ipſi liberi ſint legitimi,& naturales, non
autẽ naturales,vel ſpurij: quia d. §.ex imperfe-
cto,habet locũ duntaxat in filiis legitimis & na
turalibus,non autẽ in naturalibus, ſeu ſpuriis:
ſecundũ cõem opin.Doct.in d.§.ex imperfecto, Cõis
recitatã,& approbatam per Dec.in d.conſ.610. opin.
ſub nu.2.ubi reſpondit etiam de iure.d.§.ex im
perfecto, minimè ꝓcedere in filiis legitimatis.

¶ Sed hæc cõis de plano procederet in filiis
naturalibus, uel illegitimis de agnatione pater
na,eſto ꝙ pater ipſe naturalis inter filios natu-
rales corã duobus teſtibus teſtari nequiret, ſe-
cundùm antedictam communem, non autem
in filiis illegitimis de agnatione materna.

14 Siquidẽ mater naturalis inter filios natura
les corã duobus teſtibus, ſecundũ diſpoſitionẽ
d.§.ex imperfecto,poſſet teſtamentũ cõdere:vt
per Doct.ibi,Alex.in l.ſi ex facto.§.ſi quis roga
tus,col.31.ff.ad Treb.& Albert. Brun. in tract.
quòd ſtantibus maſculis.q.5.articulo 12. prin-
cipali,nu.38.& ſeq.vbi reddit rationem,& per-
hibet iſtam eſſe magis communẽ opinionem. Cõis

15 Et quamuis teſtamentum inter liberos cõ- opin.
ditum ualeat coram duobus teſtibus;nihilomi-
nus ad eius reuocationem ſeptem requiruntur.
auth.hoc inter liberos.C.de teſta.

16 Sed hoc limitatur non procedere in lega-
to ad pias cauſas, quod, ſicut ualet factum

coram duobus testibus, ita etiam potest reuocari, & adimi coram aliis duntaxat duobus testibus: secundùm Cardin. Imol. & alios in c. relatum, de testa. & ita consuluit Natta, cons. 442. veram arbitror conclusionem, uol. 2.

17 Explicatur etiam antedicta regula non procedere in casu l. fin. C. de testa. quando scilicet rusticus testatur in rure, & non potest adhibere septem testes: quia tunc sufficerent quinque testes. d. l. fi. & ibi Doct.

¶ Quæ quidem l. fin. habet locum in testamento in scriptis: secundùm Michaelem Cifuentes in d. l. 3. Tauri sub num. 4. ubi testatur ita in practica obseruari.

18 Imò si ipse rusticus testamentum conderet ruri coram quinque testibus, deindeque ciuis euaderet: tunc profectò eius testamentum ualidum esset: vt uoluit Bald. in l. si quis hęredem, sub nu. 11. C. de instit. & subst. & Ias. in d. l. fi.

19 Sed si ciuis ruri testamentum conderet coram quinque testibus, vtique non ualeret, nec teneret: secundùm Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codicill. & ibi Card. Alba. num. 1.

¶ Quod de plano procederet etiam si maior testium numerus inueniri non potuisset: vt per mentionatos Doct. & Thobiam Nonium cum cęteris aggregatis per eum in d. §. sed hæc quidem, sub num. 4. limit. 6. vbi corroborat istam opinionem, prædicatque ueram, & magis communem esse. Cōis opin.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTES, tam in testamento in scriptis, quàm in nuncupatiuo sine scriptis redacto, rogari debent.*

2 *Testamentum, in quo notarius dicit testibus præsentibus, non adiecto expressè uocatis ad hoc, & rogatis, est nullum: nec testes in dubio præsumuntur rogati, cùm solennitas sit extrinseca probatoria.*

3 *Testamentum ad pias causas valet cum duobus testibus, etiam non rogatis. Et sic in ipso testamento sufficiunt duo testes, etiam non rogati.*

4 *Testes in dubio rogati præsumuntur, vbicunque testes se subscripserunt in testamento: & sic ex ipsa subscriptione rogati in dubio præsumuntur.*

5 *Testes, ad ualiditatem testamenti, sufficit rogatos esse à notario, seu ab aliquo alio extraneo, non autem à testatore.*

6 *Testis à partibus rogatus admittitur, etiam ad testificandum, licèt inhabilis sit: rogatio enim eum idoneum reddere uidetur.*

7 *Testis quando examinatur, tenetur necessariò iurare manu tactis scripturis.*

8 *[illegible] non aliàs fides adhibetur, quàm si notarius dicat, quod talis testis iurauit manu tactis scripturis [illegible] tactiua scripturarum est solennitas extrinseca [illegible] præsumatur, nisi appareat.*

9 *Clausula [illegible] ueritate inspecta, apposita in literis Reginæ Isabellæ, non tollit, quin in Regno in causis criminalibus procedi possit ordinariè.*

10 *Actum nullum à principio non ualidat, seu confirmat habilitas superueniens.*

## OPINIO DCCCXCI.

1 TESTES, tam in testamento in scriptis, quàm in nūcupatiuo sine scriptis redacto, rogari debent. l hæredes palàm. §. in testamentis. ff. de testam. & l. hac cōsultissima. C. eod. tit. Glos. in §. fin. in uer. Adhibitis, instit. de testamen. & ista est communis opinio. teste Boeri. decis. 34. num. 8. & Thobia Nonio in §. sed hęc quidem, numero 5. instit. de testamen. ubi etiam eam ampliat. Cōis opin.

2 Vndè si notarius in testamento diceret testes pręsentes, non adiiciendo expressè uocatos ad hoc & rogatos, testamentum est nullum. In dubio enim non præsumuntur rogati, cum solénitas sit extrinseca probatoria: secundùm Dyn. & Bar. in d. §. in testamentis, Cyn. Fran. de Aret. & Ias. in d. l. hac consultissima, Bar. & Alex. Ias. & alios in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & Spec. in tit. de testam. §. 1. uers. Sed quid, & Ruinum consilio 1. num. 4. uol. 2. & cons. 12. num. 5. cod. uol. & istam aiunt esse communem opinionem Moder. in d. l. sciendum, Corn. cons. 176. uol. 3. Io. Bapt. Plot. cons. 54. Deus, nu. 37. uol. 1. Soc. in tract. fall. reg. 420. & Ruinus consilio 154. nu. 2. vol. 3. & sequitur etiam Chis. decis. 193. concludens ibi, quòd testes descripti in instrumento præsumuntur rogati: secus uerò in testamento: licèt aliqui Doct. ausi sint tentare contrarium, relati per Moder. in d. l. sciendum. Cōis opin.

3 Sequendo tamen dictam communem tanquàm uerissimam, cui inhæret quoque Clarus in tract. de testamen. lib. 3. §. testamentum. quæst. 6. uers. Tertiò infertur, & Thobias Nonius in dicto. §. sed hæc quidem, sub numero 7. & sequentibus, ubi citat, & tuetur mentionatam communem, & limitat in quatuor casibus. Amplio procedere similiter in testamento condito ad pias causas: eo enim casu testes debent esse rogati: ut per Barbat. in cap. relatum, de testamen. Zabarel. consilio 73. & Alexand. consilio 70. colum. fina. uolum. 2. & alios complures aggregatos per Tiraquell. in tract. de priuilegiis piæ causæ, priuileg. 3. columna secunda.

¶ Soci. uerò in præcitata reg. 420. dicit audacter communem opinionem esse in contrarium, uidelicet, quòd in testamento ad pias causas sufficiant duo testes etiam non rogati. & idē [illegible] Alex. cū ceteris relatis per cū, cōs. 131. super themate, & dubiis supra scriptis, n. 2. uol. 7. cōis opin.

vol.7.& Couarruuias in c.relatum,nu.4. de testa.ubi similiter perhibent illam esse ueram,& cō-
Cōis opin. munem opinionem. & magis cōem Horatius Mandos.in add.Romani in cōs.306.in litera A, prout sacrosancta redditur ex scriptis Bart.Bal. & aliorū in l.1.C.de sacrosan.eccl. & Io. And.& aliorum in c.relatum,il.de testa. & Tiraquel. in tract.præcitato de priuilegiis piæ causæ, priuilegio tertio, per totum.

4 Sed limitatur dicta conclusio cōis ita declarata non procedere, quando testes se subscripsetunt in testamento: tunc ex huiusmodi sola sub scriptione rogati in dubio præsumuntur: secundū Bar.& Soc.in l.Domitius.ff.de testa.& Bart.
Cōis opin. & omnes communiter,in d. l.sciendū. licēt Ias. ibi præcipitanter contrariam partem tueatur.

5 Sed aduerte,quòd ipsi testes ad testamenti validitatem sufficit quòd rogati fuerint à notario,seu ab aliquo alio extraneo, nō autem ab ip
Cōis opin. so testatore:secundū cōem opinionem relatam per Ias.in l.hac consultissima,num.3. quam citat etiam,& approbat Clarus in tract.de testa. lib.3.q.58.uers.Scias tamen.

6 Imò idē testis à partibus rogatus admittitur etiā ad testificandum,licēt inhabilis sit: rogatio enim eū idoneum reddere uidetur: vt sentit Glo.in c.licēt,de testib.in uer. Supplicijs, & in l.inuiti.ff.de testibus,& Bal.& Imol.in l.ad testium.§.1.de test.Et licēt aduersus personā huiusmodi testis opponi nequeat; nihilominus cōtra dictum ipsius opponi permissum esse arbitrantur Abb.& Fely.in c.causam,de re ind.

7 Et quanquàm adhuc tractatum sit vtiliter quidē super te, & materia ad testes rogatos spectante: tamen non inmeritò , & intempestiuè in præsentiarum arbitror repetendum esse, atq; pleniori manu exarandum quod ieiunè quodāmodò absoluimus supra, in Opi.432.Iuramentum sufficit præstari,num.3.& seq.lib.1.uidelicet, quòd notarius in depositione testis nullam faciens de tactu scripturarum mētionem, ꝙ huiusmodi tactus præsumatur, vt ualeat eius depositio.Et quia inuento alto mari nauigandū est: ideò non ab re contrariā sententiā veriorē, cō-
Cōis opin. muniorē, & securiorem esse ostendo, scilicet ꝙ talis tactus scripturarum in dubio nullatenus præsumatur, & ꝙ tunc penitus corruat depositio testis ex huiuscemodi tactus omissione. Et ratio uiuax , & irrefragabilis in mediū adducitur isthæc:quoniam vbicūq; testis examinatur, & deponit,debet iurare re ipsa manu tactis scripturis.c.hortamur.3.q.9.ubi Glo.& Glo.etiam in l.iurisiurandi.C.de testib.

8 Vndē de tali scripturarū tactu necessariò notarius tenetur,& debet mentionē facere:& si tactus ipse fuerit omissus , & solùmodò asseratur,eius medio iuramento, eius dictū sanè non valet,neq; tenet.ita Glo.sing.in c.vt citra,de elect.in 6.Et ratio est,quia tangere scripturas,est solennitas extrinseca,quę porrò nullatenus prę sumitur nisi appareat.l. sciendum,cum vulgaribus.ff.de verb.oblig.& l.quæcunque. §. si à pupillo.ff.de public.Lanfran.in c. quoniam cōtra, in uers.Testium depositiones,sub num. 3.4.& 5. ubi Apostilla complura congerit,ext.de proba. Et quòd inquam sit necesse tangere scripturas, constanter firmat Alex.post Paul. de Cast. in l. ait prætor.§.fin.ff.de iureiur.Fely.in c.fraternitatis,post Abb in uers.& aduerte,num. 12.ext. de testib. Boss.in sua pract.crim in tit.de oppos. contra test num.83.& seq. Alexan. in d.l.sciendum,colum. 17.circa principium, Fely. in c.inhærentes,num.21.extr.de iur.cal.& in c.in tuis ext.de testib.Pau.Castrensis d.l.ait prætor.§.iurari,num.3.Bal.in repet.l.2.fol.11.vers. Sed nū quid.ff.de iureiur. Gloss. in Clem.1.§. porrò, in ver. Tacta,de hæret. vbi Abb. secundū nouissimam impresionē in fol.par.nu.18.& seq.Alex. cons.70.nu.20 vol.2. aliàs ipsi testes non præsumerētur modo aliquo iurati: vt concedit Boss.in loco præcitato. & quicquid testi astipulatur,est vigoris absq; dubio iuramenti . & hoc eo magis de plano,& sine scrupulo procederet, ubicunq; in processu in aliquibus nimirū depositionibus extitisset facta de tactu ipso scripturarū mētio, & in aliquibus nō: quia tunc cōpertū esset illos testes ex omissione tactus scripturarū nullatenus iurasse. Et huic opinioni,ꝙ testi non aliàs fides adhibeatur,quā si notarius dixerit , ꝙ talis testis iurauit manu tactis scripturis, innititur Rota Rom.teste Caputaquen. in decis.213.lib. 1.& ita iudicatū vidi in anno 1579.de mense Februarij in Curia magnifici D.Gubernatoris Ciuit. Regalis, ad fauorem Pōpeij Mariscoti de eadem terra, inquisiti de blasphemia . qui eo tēpore mediante patrocinio sui strenui, prudentisq; aduocati D.Terentij Turcanici mei cōterranei,post longā,& horribilē disceptationem extitit à tali crimine religiosè absolutus,stante quòd notarius in plerisque ex depositionibus testium omiserat tactum scripturarum.

9 Quæ cōclusio licēt indubitata quidē sit de iure cōi: tamen illa videtur ēt in Regno sortiri locū absq; scrupulo, non obstante cap. Regina Isabellæ,inserto inter ritus magnæ Curiæ Vicariæ,nu.289.exordiente, Isabella,disponente, ꝙ tā in causis ciuilibus , quā in criminalibus sola facti ueritate inspecta procedatur, non attenta ineptitudine libelli,ac nullitate,etiā si totū processum respicerent: quia illud cap. de facto non seruatur,& limitatatè loquitur,videlicet in magna Curia Vicariæ: vt cōstanter, & rectè firmat Io.Ant.de Nigris super cap.Regni,in c.107. frequēs,n.62.circa fi.& D.Carauita in d.ritu 289. ideò in criminalibus proceditur ordinariè : vt concedit Paris de Put. in tract. syndicat.in uer. Sententia.5.an per dictū capitulū,cū sequentibus,in 2.parte, Afflict.decis.250.& in consti.lite legitimè contestata,in 6.not.& in consti. si dū ua clandestina, in 9.notabili. quamuis & malè

Annibal Troiſius Cauen.in d rifu 289.& in pragmat. Diſpendia litium, contrariũ aſſeueret,& Alex.conſ.6.circa proceſſum cauſę,nu.1.uol.3.

10 Imò iſthæc opinio adeò uera eſt etiam, vt ſi per reum inquiſitum fuerint habiti teſtes ita examinati abſque tactu ſcripturarum,pro iuridicè, legitimeque citatis, & repetitis, & quòd ob hoc uideatur quodammodò nullitas validata,quòd adhuc,non obſtante huiuſmodi declaratione,remaneret cauſa vulnerata, & nullitas ipſa in ſuo ſtatu penitus immutata Nam habilitas ſuperueniens non confirmat aliter actum à principio nullum,irritum,& inualidũ.ita Roma.conſ.509. circa propoſitam cõſultationem, ſub num. 19. & Marſil. in l.pen. num. 4. ff. de quæſt.& in pract.crim.§.Diligenter,ſub numero 187.& ſeq.

¶ Imò ob talem repetitionem factam per reum inquiſitum de habendo teſtes contra ipſum receptos , pro iuridicè citatis, & repetitis, non videtur approbare dicta,& depoſitiones ipſorum teſtium nulliter emanata Sed eſto quòd ob hoc eſſet approbata receptio teſtium, prout non eſt; adhuc teſtis non ritè receptus minimè probaret, etiam de conſenſu partium.ita Inno. in c.ſignificauit, in Glo.1.in fine,de teſtibus,& Franc.de Cap.Liſtæ, in l. procurator, colum.8. C.de eden.

¶ Quod ſanè procedit ſine ſcrupulo non ſolùm ſi pars conſenſerit repetitioni prǽmemoratæ, ſed etiam publicationi eorundem teſtium: vt voluit Bal.in auth.ſi quis in aliquo,colum. 1. C.de eden.

¶ Et circa intellectum illius pragmaticæ,ſuper illis uerbis:Facti ueritate inſpecta , aliquid tetigimus in primo libr. in Opin.95. Clauſula, vel aliàs Legatus de latere, per totam, & præcipuè num.15.uſque ad finem,ubi etiam fuerunt repetita illa uerba, quòd in cauſis in Regno debeat porrigi talis qualis petitio cum ſtabilito termino ad probandum, adhoc ſciat reus an uelit cedere uel contendere &c.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTI ſolemitas, atque preſumptio poteſt probari per duos teſtes.*

2 *Inſtrumenti tenor non poteſt reprobari, niſi per aliam ſcripturam,excepto quando quis vellet probare ſimulationem, ac fraudem inſtrumenti, hoc enim facere poſſet per teſtes,& nu.3.*

4 *Inſtrumenti tenor per teſtes probari poteſt,quando inſtrumentum fuit amiſſum,& ita teſtes aperti,ac inſtructi ſunt, ut inſtrumenti defectum, & literas notarij cognoſcant.*

5 *Teſtes duo probant tenorem, & ſolemnitatem teſtamenti deperditi.*

OPINIO DCCCXCII.

1 PER teſtes duos quis poteſt probare ſolennitatem, aut præſumptionem inſtrumẽti: ſecundùm Glo.in l. iuriſgẽtium.§.quod ferè,in uer. Contrarium,circa fin.ff.de pactis, quam ſequũtur omnes Docto. communiter ibi,& in l.ſciendum.ff. de uerb.oblig.vbi Iaſ num.10 atteſtatur de dicta communi,Ruinus conſ.1.num.8.& ſeq.vol. 2.& ſequitur etiam Dec. cum aliis coaccru atis per eum in l.ſi librarius,nu.10.ff de reg.iur. *Teſtis* *Cõis opin.*

2 Sed tamen ſi uellet quis probare contra inſtrumenti tenorem, vtique non admitteretur alia probatio,niſi per aliam ſcripturam.l. generaliter.C.de non num.pecu.

3 Cæterùm declaratur hoc non procedere vbicunque quis vellet probare ſimulationem,ac fraudem aduerſus inſtrumentum : tunc enim poſſet per teſtes probare talem ſimulationem: ſecundùm Gloſ.in §.ſi uerò tale , in auth. de inſtru.cau. & fid. quam ſequuntur omnes Docto. communiter in l.1.C plus uale.quod agi. & nõ nulli alij Doct. relati per Tiraquel. in tract. de vtroque retract.§.1.Glo.14.nu.57.fol.99. *Cõis opin.*

4 Declaratur etiam, vt procedere poſsit in probando tenore inſtrumenti:quia tenor ipſius inſtrumenti per teſtes probari poteſt , quando inſtrumentum fuit amiſſum , & teſtes ita aperti,& periti ſunt,vt inſtrumenti defectum cognoſcant:utputà aduocati,uel notarij, & cognoſcãt literas illius notarij. & ita concludit Vrſillus in addi.Afflict.in deciſ.274.ſub num.1. & Bar. in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. cuius opinionem ſcribit eſſe communem Dec. ibi, numero 19. & conſtat ſimiliter communem fore ex congeſtis per Afflic.deciſ.302. num. 3. & 5. & ſic deciſum extitit in Sacro Regio Concilio Neap.teſte Afflict.d.deciſ.274. cum tribus tamen requiſitis traditis ibi per eum. *Cõis opin.*

5 Et ſic licèt in teſtamento requirantur ſeptẽ teſtes:nihilominus tñ illud poſſet, ubicunq; deperditum foret,probari tantummodò per duos teſtes,quòd extiterat confectum,conditumque coram ſeptem teſtibus ; & ipſi teſtes deponentes de tenore teſtamenti deperditi, & publicati coram ſeptem teſtibus plenè probant, etiam ꝙ alij teſtes minimè examinentur uſque ad numerum ſeptẽnarium: ſecundùm Bal. & Saly. in l.teſtium,per illum text.C.de teſtib. Ioan.Bapt. Plot.conſ.5 in cauſa magnifici D.Ioannis Pauli,num.4.uol.1.& Ioan.Dilectum in tract.de arte teſtandi,cautela 2.num.6.tit.de teſtamentis ordinandis,vbi tradit articulandi,capitulandique normam in præſenti caſu.& ſequitur etiam Marſil.cum aliis cateruatim congeſtis per eum in ſing.156.nemo prudẽs eſt qui neſciat. Et ita religioſè quidem iudicauit in facti cõtingentia

poſt

post longam discussionem in iure factam, Excellens D. Hieronymus de Rosis ciuis meus, tanquàm consultor Curiæ oppidi Roccæ Sancti Stephani comitatus Aquilæ, ad fauorem Angeli Gigantis de eodem castro mei clientis, de mense Martij 1580. qui quidem Angelus articulauerat, atque probauerat se institutum fuisse hæredem à suo fratre, per duos testes, atque testamẽtum fuisse deperditum. quæ nempè sententia tanquàm sacrosancta, & ab integerrimo, & peritissimo iudice promulgata, fuit tunc per aduersarium ipsius Angeli approbata.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES, & instrumenta in causis decidendis parem vim obtinent. benè tamen uerum est, quòd probatio, quæ fit per testes viua voce, uidetur fortior, efficacior, & validior quàm ea, quæ fit per instrumenta. quod etiam declaratur num. 3.*

2 *Testium probatio est naturalis, congruitque iuri diuino, secundùm quod in ore duorum, vel trium stat omne uerbum. Sed probatio instrumenti, seu quæ fit per instrumenta, est de iure positiuo.*

4 *Instrumento plus creditur, quàm testi, quando agitur de tempore.*

5 *Instrumenta, & testes, licèt æquiparentur: tamen in multis casibus probatio non potest fieri per testes, sed solùm per scripturas.*

## OPINIO DCCCXCIII.

1 TESTES, & instrumenta, licèt æquiparentur in litibus exercendis. l. in exercẽdis. C. de fide instr. & ibi Doct. & Nellus in tract. de banniti, in 1. par. secundi temporis, num. 134. fol. paruo 52. Carauita in ritu 275. Item seruat ipsa curia nullum denuntiatum, num. 17. Paris de Puteo in tract. de reassumptione instrumenti, rubrica. 14. nu. 5. Vincentius Maxilla super consuetudinibus Ciuitatis Bari, in tit. de testib. §. licèt uiue, num. 1. & in tit. de pensione domus, & vino vendito, num. 3. & seq. fol. 104. & diligentissimus D. Bernardinus Alphanus in collectaneis suis, in collect. 456. Nihilominus probatio, quæ fit per testes viua voce, videtur fortior, efficacior, ualidior, ac dignior quàm ea, quæ fit per instrumenta: secundùm magis communem opinionem Doct. in c. cùm P. tabellio, ext. de fide instr. quam approbat, & citat Dec. in rub. de testib. & Moder. in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. & Fely. in d. rub. de fide instr. nu. 1. Cõis opin.

2 Quia probatio testium est de iure diuino, & gentium; secundùm quod, in ore duorum, uel trium stat omne uerbum. c. in omni negocio, de testib. Sed probatio, quæ fit per instrumenta, est de iure positiuo; & consequenter probatio per testes est naturalis, congruitque iuri diuino. ita Inno. in d. c. cùm P. tabellio, cum quo cæteri cõmuniter transeunt: ut per Moder. ibi, & in d. l. admonendi. Et vt sequitur Inno. in d. c. cùm P. tabellio, miraculosum est quodammodò, quòd credatur pelli unius animalis iam mortui; & sequitur Grauet. conf. 58. num. 21. vbi etiam subdit hoc esse contra ius diuinum. Et hoc patet ad sensum, quòd certiores efficimur uoce, quàm literis. c. de gradibus. 35. q. 8. & probatur in §. si verò aliquid, ibi, Nos quidem existimamus ea, quæ viua voce dicũtur digniora fide, quàm quæ scriptura. in auth. de instru. cautela, & fide. & habetur etiam in l. cum precibus. C. de probat. & in §. si uerò tale, in auth. de fide instr. in c. tertio loco, extra de prob. & in c. cùm Ioannes cremita, extra de fide instr. Cõis opin.

3 Et quatenus regula in principio posita disponat parem vim obtinere instrumenta, & testes; intellige uerum, & procedere, quando ab vna parte producuntur testes, & instrumenta: quia tam per testes, quàm per instrumenta, quis probat intentionem suam. Sed si ex una parte producuntur testes, & ex alia instrumenta: quędam sunt quæ melius probãtur per testes, quàm per instrumenta; quędam uero econtrario, melius per instrumenta, quàm per testes: vt firmant Doct. in locis præmemoratis. Et ad hoc vltimũ potest adoptari decisio textus in l. census. ff. de probat. vbi monumenta publica sunt potiora testibus.

¶ Adaptari quoque posset hoc idem, vbicunque res acta probaretur solummodò per instrumenta, & non per testes, quemadmodum si esset factum antiquissimum: & tunc scriptura dubio procul uinceret testem: ut concedunt Doct. in locis præcitatis.

¶ Cæterùm aduerte, quòd ubicunque opponeretur defectus, uel falsitas, vel aliqua suspicio, uel aliud vitium in instrumento in modum exceptionis: benè posset hoc probari per testes, & testes ipsi præualerent, si forent idonei, & sine suspitione: deberent etenim esse honestiores, & tot testes reprobatorij, quot essent comprobantes instrumentum: ut profusè conclusum extat supra in Opinio. 888. Testes duo omni exceptione maiores, per totam in hoc lib. tertio.

4 Et sic itaque è semita in viam redeundo, quòd vbicunque ageretur de tempore, melius probaret instrumentum, quàm testis, & ei plus crederẽtur de ipso tempore: secundùm Bal. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul. Et ratio est ista: si quidem per scripturam probatio facilius, & tutius inducitur. l. contrahitur. ff. de pigno. & notat Gloss. in fin. in c. 1. §. postquàm, in ver. In scriptis, de censibus, lib. 6.

5 Et quamuis instrumenta, & testes regulariter æquiparentur: tamen aduerte utiliter, quod reperiuntur quàmplurimi casus à legibus decisi, in

cisi,in quibus probatio non admittitur,nisi per instrumenta,& scripturas:inter quos,quòd probatio non possit fieri per testes, sed solummodo per scripturas, ponit Glos. in d. c. 1. §. postquam,in ver.In scriptis 34. & 24. recitant Hostiens.& Ioan.Mona.ibi,& Specul.in tit.de inst. edi. §. restat. & decem alios discurrit Hippoly. Marsil.in repet.rubr.C.de probat. num. 29. cũ multis aliis sequentibus.

### SVMMARIVM.

1 *TESTES de maiori summa deponentes, non probant de minori summa.*

2 *Minor summa inest in maiori, vbicunque agetur de summa temporis.*

3 *Minor summa inest in maiori,in sententia.*

4 *Testes deponentes de eadem numeratione, probant de minori summa.*

5 *Summa maiori non inest minor in contractu facto ex causa onerosa.*

## OPINIO DCCCXCIV.

1 Teslis IN testium depositionibus, in maiori summa minor non inest:secundùm Archidia.eleganter, in c. nihilominus. 3.q.9. quem sequitur Bal. in l. 1. colum. 6. de testamen. & Doct. omnes communiter in l.1.§.si stipulanti.ff.de uerb.obliga & cum dicta communi transeunt Mod ibi, cum pleno ore attestando, præsertimque Alcia. num.40.cum aliis seq.& Ruinus num.3.& 6 & scripsimus infra in Opin.Testes singulares,in fine. & sequitur quoque Franciscus Marci, decis. 485.num.50.& seq.in 1.par. & Berous consilio 105. viso processu in causa accusationis formatæ,num.6.uol 3. Cõis opin.

2 Sed ista communis interpretatur, nisi sit summa temporis:secundum Imol.in l. inter pares ff.de re iud Gemi.in c. 1. de arbitris in 6. & Alex in d.§.si stipulanti.

3 Limitatur etiam in sententia: quia in maiori summa inest minor in ipsa sentẽtia : ut uoluit Bar & alij in d l 1.§.si stipulanti.

4 Interpretatur quoque utiliter, nisi constaret testes deponere de eadem numeratione: secundum Alex.in d.§.si stipulanti,ubi Alciat.numero 40.cum 4 seq. ponit alias limitationes & Rui.in d.l.1.§.sed si mihi,num.14.16.17.18.& 19 ff.de uerb oblig.

5 Cæterùm istam limitationem declarat non procedere Alexan.cons.18. viso processu causæ vertentis inter Antonium,num.3.uol.1. in contractu celebrato ex causa onerosa:& sic secundũ eum ibi, summæ maiori non inest minor ex causa pla onerosa.

### SVMMARIVM.

1 *TESTES in causis criminalibus debent vltrò reddere causam, & rationem scientiæ etiam non interrogati, aliàs non probant, nec faciunt indicium. quando deponunt ad offensam: secus quando ad defensam. num. 2.*

## OPINIO DCCCXCV.

1 TESTES in causis, ac negociis criminalibus vltrò debẽt reddere causam, & rationem scientię, etiam non interrogati, aliàs non probant, nec faciunt indicium:secũdùm Bal. cons. 182.num. 2.uol.4 Saly.in l.fin.C.de prob. Alex.consil.70.colum. 3. vol. 1. Dec. consil. 27. Soci.in tract regul.in reg. 302. in §.falien. Ias. in l. admonendi, colum. 103. ff. de iureiuran. Marsil.in sua pract.crim.in §.Diligenter,& Grãmat.cons.crim. 12.num. 12.& istam ait esse cõmunem opinionem Bal.in d.cons. 182. Cõis opin.

2 Sed hoc procedit quãdo testis ad offensam deponeret:secus uerò ad defensam. Nam eo casu probat, etiam si non redderet scientiæ causam.Testis enim deponens,quòd Titius vulnerauit,uel interfecit Mæuium ad sui necessariam defensionem:& in ratione scientiæ dicens, quia vidit,sufficit ad probandam talem necessariam defensionem, licèt de aliis circumstantiis nihil dicat:secundùm Bar.cons. 163.Bal.& Saly. in l. solam.C.de test Alex cons.76.colum.fin.vol.1. & cons.109.cod. uol. & uoluit Corn. cons. 204. num. 2. & hoc firmant communiter omnes criminalistæ variis in locis iuris nostri. Cõis opin.

### SVMMARIVM.

1 *TESTES possunt regulariter produci vsque ad publicationem processus, & non vltra: Nam post dicta testificata non possunt vlterius produci super eisdem capitulis.*

2 *Testes in causa principali publicati, non possunt amplius produci in causa appellationis vigente pari timore subornationis in causa appellationis, sicut in causa principali.*

3 *Testium examen ad perpetuam rei memoriam in terminis c.significauit,de test. si dicta illorum fuerint publicata per producentem, excludere illum ab ulteriori examine super eisdem articulis ob subornationis timorem.*

4 *Testes produci possunt post testium publicationem inualidam, & non ritè, & rectè factam.*

5 *Testes nulliter seu non ritè examinati ex facto iudicis, possunt iterum examinari, non obstante publicatione eorum.*

6 *Testes quando non dicantur ritè examinati, atque recepti, ubertim discurritur.*

7 *Teſtes, licèt poſt publicationem non debeant examinari, nec admitti, tamen ſi ſuper nouis articulis dependentibus á veteribus producantur, debent admitti, & examinari.*

8 *Teſtes, licèt poſt atteſtationes publicatas non poßint ulterius produci ſuper eiſdem capitulis: tamen poterit pars uolens vlterius producere, nomina ipſorum teſtium dare iudici, & ſe abſentare, & iudex poterit tunc illos examinare pro ueritate habenda.*

9 *Teſtes licèt recipi nequeant publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem articulis: tamen ſi concurrat conſenſus partium recipi poſſent: & ſimiliter teſtes non legitimè poſſunt conſenſu partium validari.*

10 *Teſtes nouiter reperti, qui tempore publicationis reperiebantur in partibus valdè longinquis, & remotis admitti debent poſt publicationẽ in cauſa ſuper nouis articulis, non autem ſuper articulis productis ante publicationem.*

11 *Teſtes admittuntur poſt publicationem ſuper eiſdem articulis, & directò contrarijs in cauſa matrimoniali, etiam ſi ageretur de probando impedimento ad matrimonium impediendum, quod nondum conſumatum eſſet.*

12 *Teſtes in cauſa criminali poſſunt recipi ad defenſam poſt publicationem vſque ad ſententiam.*

13 *Teſtes poßunt admitti poſt publicationem, ſi superueniret iuſta cauſa mouens iudicem.*

14 *Teſtes poßunt de nouo examinari poſt publicationem deperditis atteſtationibus.*

15 *Teſtes ſuper circumſtantijs opportunis ad inſtantiam partis aduerſæ poßunt examinari etiam poſt publicationem.*

16 *Teſtes in cauſa monachatus poſſunt examinari poſt publicatum in cauſa ipſa.*

17 *Teſtes an, & quando produci, examinari, & repeti poßint poſt didicita teſtificata, & concluſam cauſam, remißiuè.*

18 *Teſtes in negocijs criminalibus ad defenſam ex parte rei accuſati, ſeu inquiſiti, poſt publicationem vſque ad ſententiam, produci, ac examinari poſſunt.*

19 *Teſtes recepti poſt publicationem proceſſus nullam fidem faciunt.*

20 *Teſtes poſt concluſionem in cauſa examinari non poſſunt.*

21 *Teſtes in Regno Neapol. & in Sacro Regio Concilio ex officio conſiliarij poſt concluſionem in cauſa examinari nequeunt, etiam cum decreto, quòd tales atteſtationes ponantur extra proceſſum.*

22 *Teſtes ad concomitantiam ſcripturarum publicarum productarum in proceſſu poſt concluſionem in cauſa, examinari queunt poſt concluſionem ipſam, pro ipſarum ſcripturam corroboratione.*

23 *Teſtes poſt cõcluſum in cauſa ad concomitantiam ſcripturarum publicarum productarum in proceſſu ante concluſionem examinari poßunt.*

24 *Principalis, vti principalis, & melius de ueritate informatus ad ſimplicem partis requiſitionem, atque inſtantiam examinari poteſt per iudicem poſt concluſionem in cauſa vſque ad ſententiam ſuper articulis productis.*

25 *Iudex ſicut poteſt examinare principalem ad partis inſtantiam: ita ex officio etiam in cauſis ſummarijs, mediante iuſta cauſa poſt concluſionem, & uſque ad ſententiam poteſt interrogare, & examinare partem abſque petitione aliqua ad clarificanda, dilucidandaque dubia circa merita cauſæ, etiam ſi ad utilitatem priuatam procedat. Quod intelligitur vt iudex valeat interrogare partes circa dubia occurſa, & orta in actis factis in cauſa ante concluſionem, non autem in alijs.*

## OPINIO DCCCXCVI.

1 TESTES poſſunt regulariter produci uſque ad publicationẽ in cauſa, & non vlterius; vndè poſt dedicita teſtificata non poſſunt vlterius produci teſtes ſuper eiſdẽ capitulis: vt habetur in c. fraternitatis, & in c. intimauit, de teſtib. cum ſimilibus, & in conſtitutione Regni, Iuriſperitorum, & ibi Doct. & in pragmatica, quandoque ſolent partes, & ibi Cauenſis, & Scaglionus. & iſtam regulam ponit Marſil. in l. 1. §. fin. in prin. num. 17. ff. de quæſt. & Doct. in Clemen. 2. de teſtib. & communem opinionem eſſe præſuppo- Cõis opin.
nit Bellonus conſ. 25. nu. 6.

2 Quam regulam amplia non tantùm procedere in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis, propter timorem ſubornationis: vt habetur per Bar. in l. per hanc. C. de temp. app. & Scriben. in d. Clemen. 2.

3 Ampliatur etiam antedicta regula, vt examen teſtium ad perpetuam rei memoriam, in terminis. c. ſignificauit, de teſtib. ſi dicta illorũ fuerint publicata, & didicita per producentem: vtique tunc excluderet illum ab ulteriori examine ſuper eiſdem articulis, propter timorem
ſubornationis: ſecundùm Doct. omnes commu Cõis
niter, præſertimque Abb. col. 1. in d. c. ſignifica opin.
uit, & Bar. & alios in auth. ſi quis. C. de teſti. Qui quidem Scriben. expreſsè concludunt, quòd non obſtante examine hoc, ſuper quo publicatum ſit, vel depoſitiones teſtium publicatæ extiterint, non poſſent repeti, & imputandum eſſet parti, quare non produxerit omnes teſtes.

4 Sed limitatur primo loco iſthæc concluſio ita ampliata non habere locum, quando publicatio non eſſet ritè, & rectè facta: quoniam ſi eſſet inualida, poſt teſtium publicationem inualidam, poſſent produci teſtes: vt not. Gloſ. in l. 2. in ver. Ritè, de teſtib. & in d. Clemẽ. 2. in uer. Publicatis, Bar. in auth. at qui ſemel, colum. 5. de probat. Afflic. in d. conſtit. Neap. incip. Iuriſperitorum &c. & Marſil. in d. §. fi. nu. 17.

5 Et hinc eſt, quòd teſtes non ritè examinati ex facto iudicis, poſſent iterum examinari, non obſtan-

obstante publicatione eorum: secundùm omnes Canonistas, & potissimum Marian. Socin. colum. 10. uers. Testibus non ritè receptis, in c. fraternitatis, de testib. & Bar. in l. qui per salutem. ff. de iureiur. & ista est communis opinio: vt asserit Alex. ibi nu. 2.

Cõis opin.

¶ Imò testes ipsi non ritè recepti, possunt post publicationem, etiam per remissoriam iterum examinari: secundùm Chis. decis. 191.

6 Et quando testes non dicantur ritè recepti, vel examinati, uide Marsil. latè declarantem in l. 1. §. si quis ultrò, num. 36. ff. de quæst. vbi post Soc. in d. c. fraternitatis, ponit unum casum inter alios repetendi testes, quòd tunc dicantur, intelliganturque testes non ritè, rectèque examinati, ubicunque interrogati non forent super interrogatoriis vtriusque partis: & tunc pars, non obstante publicatione, meritò potest petere, quòd testes ipsi repetantur super interrogatoriis: secundùm præcitatos Doctores, & Alexã. cons. 172. num. 9. uol. 2. & cons. 40. vol. 4. & Fely. in c. per tuas, sub nu. 2. de testib.

¶ Sed isti testes examinati sine interrogatoriis, debent cum interrogatoriis repeti expensis petentis. ita Peregri. decis. 313. lib. 2. Testes uerò non examinati super interrogatoriis datis, & præsentatis in prima instantia, non forent aliter repetendi expensis petentis, qui præsentauit interrogatoria congruo tempore: secundùm Peregrin. decis. 282. lib. 3. & ita uidi obseruari in practica in facti contingentia compluribus vicibus in patria mea, in causis meorum clientulorum.

¶ Cæterùm vbicunque non essent producta interrogatoria debito, requisitoque tempore: tunc non venirent ullatenus repetendi testes super ipsis interrogatoriis transacto termino probatorio, & post receptionem eorundem testium productis. Imò etiam minimè restituitur minor aduersus omissa interrogatoria, nisi constet de læsione: vt uoluit Card. Put. decis. 9. de rest. in integrum.

¶ Et hinc est etiam, quòd testes non examinati super interrogatoriis datis à parte, uel non super omnibus examinati, veniunt repetendi: ut firmauit Peregri. decis. 48. lib. 1. Fab. decisio. 49. lib. 1. Card. Put. decis. 13. de testi. & Maran. in tract. de iudiciis, in 6. par. 2. partis, de iuramẽto, actu 7. de productione interrogatoriorum, num. 4. ubi planè deducit, quòd in præsenti casu opponi non posset de nullitate examinis: cũ tunc aduersario remaneat omnimoda facultas procurandi repetitionem testium super suis interrogatoriis, etiã post publicationẽ processus.

¶ Vndè meritò versa vice si non concederetur, impartireturque terminus ad producẽdum interrogatoria, presertimque si is peteretur: examen hoc casu indubitanter esset nullum, & penitus inualidum. ita Card. Put. decis. 10. de testi.

¶ Et isti testes nulliter examinati, si non probant pro producente, nec probant contra producentem: & cõsequenter testibus nulliter examinatis non adhibetur fides, etiam contra producentem: secundùm Achill. de Grassis decis. 366. & Mis. decis. 89.

¶ Et inde inoleuit practica in Curia nostra Aquilana, & in aliis ferè omnibus Curiis, & tribunalibus inferioribus Regni; vt post litis contestationem infra terminum probatorium producuntur articuli per actorem, & citantur testes ad deponendum super eis, & reus solet post productionem ipsam petere copiam prædictorum articulorum pro formandis interrogatoriis, quę conceditur cum termino illa præsentandi ad primam: vt notat, & aduertit Spec. in tit. de teste. §. iam de interrogatoriis, colũ. 1. & Marant. in d. actu 7 sub num. 1.

¶ Et aduerte, quòd testes examinati pendente dilatione ad dandũ interrogatoria, non sunt nulliter examinati, sed veniunt repetendi: vt uoluit Card. Put. decis. 317. libro 2.

¶ Et dum de præsenti mense Maij 1577. esset oppositum in Curia nostra Aquilana, testes receptos ad instantiam Ioannis Bernardini Romani contra Ioannem de Roncetta de Aquila, in causa mota contra eum, non extitisse interrogatos super interrogatoriis productis in processu, obtinuit ipse Ioannes, me patrocinante, testes memoratos, assidente tunc pro iudice D. Grimaldo Alnito Caietano, fore repetendos su per interrogatoriis prædictis.

¶ Et dum etiam in anno 1574. in Curia Capitanei oppidi Sancti Eusanij comitatus Aquilæ, oppositum extitisset in causa mota per Ascẽtium Pauli, & fratres, aduersus Iacobum Antonium Antonutij, & fratres, eiusdem oppidi, in discussione ipsius causæ, testes ad instantiam prædicti Ascentij examinatos nullam facere fidem, neque modo aliquo probare, ex quo in citatione ad testes vocabantur testes ipsi ad deponendum pro tali statuta die, & pars aduersa ad uidendum iuramenta eorundem testium, eodem tempore, seu die; & nihilominus apparebant recepti aliis diebus sequentibus. sed ex replicatione facta pro parte antedicti Ascentij, & aliorum litis consortium, quòd hoc ex defectu, & incuria Capitanei præmemorati euenerat, non obstante publicatione, & conclusione subsecuta in causa fuit; prouisum, me patrocinante, ipsos testes non ritè examinatos repetendos fore: prout repetiri extitere de voto eruditissimi D. Camilli de Benedictis consultoris, & Iurisconsulti Aquilani, omni laude dignissimi.

¶ Posset etiam testis dici non ritè receptus, quotiescunque iudex incautè, improuidè, seu inaduertenter omitteret eum examinare super aliquo articulo ex productis articulis per partes: tunc equidem non obstante publicatione subsecuta in causa, possent testes examinati super articulo omisso. Quoniam iudicis error, & culpa

culpa nullum deberet afferre præiudicium par-
tibus litigantibus.d.c.per tuas, de testib. & ibi
Innoc.Aret.Fely.sub num.2. & alij omnes hoc
notant,& firmant,& Iacob.Philipp.Portius,seu
potius Ant.Gabriel.cum aliis plurimis aggre-
gatis per eum,in conclus.39.limita.2.libr. 1. &
ita fuit decisum in Curia parlamenti Grationo
politani,attestante Guidone Papæ decis. 124. si
iudex,num.1. ubi meminit ita obseruari ex con
Cōis suetudine in aliis omnibus curiis,& ista est com
opin. munis, & concors Doctorum omnium senten-
tia:ut planum faciunt Scribentes in l.velnti. §.
hæc.ff.de eden.

¶ Quam communem opinionem tanquàm
verissimam ampliat etiam Fely.in d.c.per tuas,
sub num.2.obtinere locum non tantum si iu-
dex omitteret examinare super articulis præsen
tatis in processu per partes, uerùm etiam si de-
fereret interrogare testes, & examinare circa
substantialia annexa, & connexa ad articulos
prædictos etiam simpliciter formatos. Vndè te
stes producti super præscriptione,necessariò tūc
per iudicem debent interrogari,& examinari su
per titulo,& bona fide. & si iudex omitteret in-
terrogare super ipso titulo, dubio procul foret
in culpa, & teneretur testes ipsos repetere etiā
post publicationem:secundùm Inn.Ant.de Bu.
Bal.Imol.& Fely.sub num.2.uers.Item habet lo
cum ista fallentia,ubi in medium reserauit cum
Cōis opinione hac Innocentij omnes vnanimiter, &
opin. concorditer transire. & istam materiam ube-
rius, & utilius explicauimus infra in Opinione
Testes nulliter.

7 • Secundò ista regula,quòd post testium pu-
blicationem testes non debent examinari, nec
admitti,limitatur tamen super articulis nouis
dependentibus à ueteribus: vt not. omnes Ca-
noniſtæ,in d.c.fraternitatis,in c.clamor,& in c.
ultra tertiam,de testib. & Legistæ in d. authen.
Cōis at qui semel,vbi Moder.aiunt hanc esse commu
opin. nem opinionem; & Maranta in tract. de iudic.
in 6. part. 2. partis princip. super 6. actu, nu-
mero 22. & Ioan. de Amicis consilio 128. nu-
mero 1.

8 Tertiò limitatur prædicta regula, quòd li-
cèt post attestationes publicatas non possint
ulterius produci testes super eisdem capi-
tulis: tamen poterit pars volens vlterius pro-
ducere testes, nomina ipsorum testium dare
iudici,& se absentare: iudex poterit tunc illos
examinare pro ueritate habenda:secundum do
ctrinam singularem Bal.in l.ampliorem,col. 2.
C.de appel.quam approbat,& sequitur Cepolla
caut. 166.incip. Regulariter.sequitur etiā Pau.
de Cast.cons.309.in casu de quo quæritur,colū.
pen.Roma consil.479.in eo casu, quod quæri-
tur,circa finem.& in repet.rubr.ff.de arbi.colū.
11.Barba.in c.ad petitionem,colum.4.extr. de
accusa.& Alex.in l.4.§.hoc autem iudicium, co
lum.3.ff.de dam. infect. Et licèt opinionem hāc
sæpissimè per curiosos aduocatos uiderim alle-
gari in iudiciis:tamen reipsa fateor in uariis,di
uersisque causis semper contrarium, & meritò
quidem obseruatum extitisse viginti duobus
annis continuis,quibus(Deo annuente) in ad-
uocatione uersor.Et ratio est,quoniam testis de
poneret non citata parte ad uidendum iuramē
tum ipsius, & sine interrogatoriis, & sine aliis
solennitatibus à iure requisitis, & nulliter iuris
ordine prætermisso post publicationem in cau-
sa iuridicè factam.

9 Quartò dicta regula,quòd publicatis atte-
stationibus non sunt alij testes recipiendi super
eisdem articulis,debet intelligi,& limitari, nisi
interueniat consensus partium: ita tenet Abb.
in d.cap.fraternitatis,& Bar.in d.auth.at qui se
mel.quod dicit audacter teneri cōmuniter Pari Cōis
sius in d c.fraternitatis,nu.53. opin.

¶ Et quemadmodum mediante consensu
partiū testes possunt examinari etiam post pu-
blicationem:ita etiam testes non legitimè exa-
minati possunt consensu ipsarum partium vali
dari,& probabunt: secundùm Inno. & Hostien.
in c.cùm causam,de testib.Bar.in l.1.§. 1. ff. de
fer.& Innoc.in c.significauit,de testib.

10 Quintò choarctantur prædicta,uidelicet,quod
post testium publicationem debent testes ad-
mitti, quando testes de nouo reperti scirent rei
veritatem,qui fortè tempore publicationis re- Cōis
periebantur in partibus valdè longinquis,& re opin.
motis à loco iudicij:secundùm Glos.& Doct. in
l.admonendi.ff. de iureiur. & Marsil. sing. 297.
Testes, & in rub.C.de prob.nu.16.

¶ Sed hoc non procedit, quando per partes
petitur testes de nouo examinari super eisdem
articulis propositis ante publicationem: quia
isti testes facta publicatione recipi nō possunt,
cùm immineat falsitatis timor, & subornatio-
nis.d.Clem.2.& Glo.And.de Isernia, & Afflict.
in præcitata constit.Iurisperitorum, & nouissi-
mè per Regiam pragmaticam incip. Quando-
que solent,reperitur sancitum,quòd testes no-
uiter reperti post publicationem super articu-
lis in causa productis recepi nequeant. quam
pragmaticam latè ibi declarat Cauensis, &
Scaglionus.

11 Sextò fallit in causa matrimoniali,si produ
cens iuret non subornasse:secundùm Marsil.sin
gul. 128. Et quod in causa matrimoniali testes
admittantur post publicationem super eisdem
articulis,& directò cōtrariis.tex.est,& ibi Abb.
in c.sicut ex literis,de sponsalib.vbi Glos. com- Cōis
muniter recepta,Soc.num.64.& Fely. num. 9. opin.
in d.c.fraternitatis, & Bal. in auth. nunc si hæ-
res,colum.1.C.de litig. etiam si ageretur de pro
bando impedimento ad matrimonium impe-
diendum,quòd nondum contractum esset.Glo.
& communis Schola,in c.1.de consang. & affin. Cōis
notant Abb. & alij, in c. iurauit, colum. 2. de opin.
probationibus.

12 Septi

12 Septimò in causa criminali:secundùm Bar. in l.1.§.fin.colum.3.& Marsil.num.4.ff. de quæstio.Soc.in d.c.fraternitatis, num. 80.& eũdem Marsil.in pract. crim.in §.sequens,num. 2.& 8. & Franc.de Aret.in d.c.fraternitatis, num. 36. vbi inquit istam esse communem opinionem, de qua infra etiam tractabimus,sub nu. 18. Cõis opin.

13 Nonò ex eisdem capitulis iusta causa iudicem mouente:vt per Marsil.in d.rub. de proba. numero 38.

14 Decimò possunt de nouo testes examinari attestationibus deperditis. Marsil.ibidem , numero 339.

15 Vndecimò super circumstantiis opportunis ad instantiam partis aduersę:secundum Bertran.cons.48.nu.18.vol.1.& Maran in d. tract. de iud. in 6. par. in 7. membro, num. 19. folio paruo 121.

16 Duodecimò in causa monachatus. Glos. in c.præsens.20.q.3.in uer. Patrem, cuius meminit Fely.in d.c.fraternitatis,nume. 9. & Afflict. decis.216.Super examinatione testium, ac eorum productione post publicationem,posuit septem alios casus decisos in Sacro Pretorio Neapol.ex quibus realem practicam nostrates imbibere possunt.

17 Et de productione,examinatione,repetitione que testium post didicita testificata, & conclusam causam.uide Ancha.cõs.223.& Bertrã. 151.num.1.uolum.1.cons.160.num.1.vol.2. & consilio 266.

18 Postremò in negociis criminalibus,in quibus ad defensam possunt post publicationem,& vsque ad sententiam testes produci,& examinari ex parte rei accusati,seu inquisiti : secundùm Bar.in l.Diui fratres, per tex.ibi.ff.de pœnis,& Cæsarem Vrsillum in add Afsli in d.decis.216. num.4.vbi exprimit istam esse communem opinionem. & ita consuluit Natta cons. 359. quidam iudex procedens contra nonnullos de falso,num.1.& seq.uol.2. vbi refert iterum consultum super hoc noluisse respondere ob aliquas difficultates, & obstacula in contrarium adducta per eum ibi,nu. 1. Cõis opin.

19 Ampliatque istam regulam , ita declaratam,in tantùm procedere, quòd testes recepti post publicationem processus nullam fidem faciant: secundùm Bart. in d. auth. at qui semel, Abb.Imol.& omnes in d.c. fraternitatis , Ioan. And.& Butri.in c.constitutus,de testib.& istam opinionem dicit esse communem Ruinus cons. 164.num.4 uol.4. Cõis opin.

20 Ampliatur similiter eadem regula , vt non solùm testes admittendi non sint post publicationem in causa factam;sed etiam post conclusionem in causa testes examinari nequeant aliquo pacto:secundùm Doct.omnes in c.pastoralis de causa posse. & propriet. & Afflict. decis. 272.deinde in alia causa,num.1.

21 Et est textus expressus in pragmatica Regni, post conclusionem causæ, disponens,quòd etiam in Sacro Regio Consilio ex officio consiliarij testes examinare non possint,etiam cum clausula, & decreto,quòd huiusmodi attestationes ponantur extra processum.

22 Quod equidem vtiliter limitatur non procedere, ubicunque post conclusionem in causa factam foret producta, & præsentata in iudicio scriptura publica,& pro eius corroboratione testes producerentur: quia tunc ad concomitantiam scripturarum publicarum productarum, testes recipi,& admitti possent: vt fuit decisum in Sacro Concilio Neap. teste Afflicto in decis. 115.in causa illorum de Palatiis, & in decis. 271. In quodam processu, & in decis. sequen. ubi Vrsillus.

23 Imò possunt examinari etiam testes post conclusum in causa ad concomitantiam scripturarum publicarum,productarum etiam, & præsentatarum ante conclusionem ipsam.teste Vrsillo in add. Afflict.in d.decis.115. sub nu.2. ubi refert bis ita fuisse obseruatum, & obtentum in Sacro Concil.Neap.

¶ Imò testes super habilitate , ac etiam super recognitione signorum , & sigillorum possunt examinari etiam post conclusum in causa: quia tunc similiter durat iud eis officium:vt in c.cùm Ioannes eremita,de fide instrumen.& in l.ubicunque, de interroga. act. & extat decisio Rotæ sexta,in nouis.

24 Limitatur etiam secundo loco,quòd iudex post conclusum in causa potest examinare principales vti principales super articulis productis:& sic iudex ad partis requisitionem,& petitionem potest interrogare partem aduersam pro ueritate eruenda, & pro se instruendo super meritis causę:secundum And.de Iser.in consti. Regni,terminum,colum.fin.Doct. in cap.cum Ioannes,de fide instru.per tex. ibi, Vrsillum in d.decis.115.sub num.2.& Cauensem in d. pragmatica,post conclusionem, ubi num. 3. testatum reliquit istam esse communem opinionẽ quam sequuntur Glo.in Clemen. sæpe , in uer. Cõis opin. Interrogabit,de uerb.signif.Soc.cons.190.memini,in fin.uol.2 Maranta in tract.iudic. in distin.9.principali,num.30.Fely.in c. ad petitionem,in 5.not.de accus.Marsil.in l. 1.§. fin. alias si quis uerò.ff.de quęst.sub num. 43. Dec. in c. 1.in 2.lect.de iudic.& Gratus in cons. 119. uisis dubiis,num.51.uol.2.

25 Et quemadmodum iudex hoc agere potest ad partis instantiam , ac petitionem : ita iudex ex officio etiam in causis summariis mediante iusta causa, & æquitate motus pro eruenda ueritate, potest vsque ad sententiam,& sic post cõclusionem in causa examinare, & interrogare partem absque petitione :& hoc ad clarificãda, vel dilucidanda dubia circa merita ipsius causæ,etiam si ad utilitatem priuatam procdat. d. c.cùm Ioannes,& ibi Innocen.Fely.num.11.& omnes,

omnes, Bald. in l. 1. C. senten. rescin. non posse, Roma. cons. 20. num. 9. & idem Roma. & Alex. num. 18. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dãno infec. Marcus Ant. Bardus in tract. de tempore vtili, & continuo cap. 11. num. 5. & seq. Berous in d. c. 1. n. 56. de iudic. Marsil. in d. l. fi. §. fi.
Cõis opin. num. 43. & ista est communis opinio: secundũ Fely. in d. c. ad petitionem, in 4. not. Marantam in d. 9. distin. prin. iudi. num. 38. & Dec. in d. c. 1. de iud. in 1. lect. licèt, & malè Ripa ibi, in 4. not.
Cõis opin. contrariam sententiam communiorem esse arbitretur.

¶ Sed hęc omnia intellige cũ grano salis, ut iudex interrogare posit partes circa dubia occursa, & orta in actis factis in causa ante conclusionem, non autem in aliis: vt voluit Innocen. in d. c. cùm Ioannes. cui inhęrent ibi Cardin. Fely.
Cõis opin. & alij communiter, & Marsil. in d. l. fin. num. 44. vbi facit mentionẽ de ista communi opinione.

¶ Imò etiam post publicationem possunt examinari personæ ualdè honestæ. ita Card. Pu. decis. 12. de testib. & Ioan. Bapt. Palomba in tractatu seu compendio de regimine officialium, & aduocatorum, reg. 4. sub num. 12. amplificat hoc quoque procedere, vt ipsi testes legalissimi, atq; nobilissimi examinari possint, etiam post conclusum in causa, non obstante Regia pragmatica; quam ait, meritò quidem, in illis non loqui.

¶ Et quamuis in Regno etiam testes citati in termino probatorio examinari queant, non obstante publicatione, infra terminum recipiẽdi copiam examinis: tamen hoc non sortitur aliter locum in festinante, petenteque publicationem ipsam: quoniam expostulans publicationem uidetur iuri suo renunciare, & admitti amplius non potest, nec debet ad examinandũ testes ad eius instantiam vocatos, & citatos in termino: vt concedit Ioan. Bapt. Palomba in d. tract. de regimine officialium, & aduocatorũ, reg. 12. sub num. 33. & seq.

## SVMMARIVM.

1 *TESTES post omnes terminos, seu dilationes partibus præfixas, reijciendi sunt à processu cum expensis: nisi iureiurando pars affirmaret ad se de nouo peruenisse dictos testes.*

2 *Testes iurati infra terminum datum, si post decursum terminum deponunt se fuisse iusta causa impeditos ad deponendum, admittuntur, & eorum depositio valet, quia retrotrahitur ad diem iuramenti: nisi terminus fuerit datus ad probandum, & probatum habendum. & circa materiam hanc ostenditur practica in Regno, num. 3.*

4 *Testibus mediantibus, vel instrumentis volens probare incontinenti, post terminum prolapsum ad probandum, admittitur.*

## OPINIO DCCCXCVII.

1 TESTES post omnes terminos, seu dilationes partibus præfixas, vel præfixos, reijciẽdi sunt à processu, & cum expensis: nisi iureiurando pars affirmaret ad se de nouo peruenisse dictos testes: ut per Bartol. in l. mancipiorum, ver. Vltimo hæc. ff. de opt. lega. per tex. in c. pastoralis, de except. & in c. cum dilectus, de fide instr. Abb. Fely. & alios, in d. c. pastoralis. & idem Fely. in c. licèt, colum. 9. cum aliis sequen. de probat. quorum opinionem tanquàm communem sequuntur Doct. in d. c. pastoralis, & Roma. consilio 125. & communem scribit Conradus, in tract. seu pract. de decurio. lib. 1. c. 9. num. 47. Cõis opi.

2 Sed fallit ista sententia non habere locum, quando testes infra terminum datum iurant, & post decursum terminum deponunt se fuisse iusta causa impeditos ad deponendum: tunc enim deponendo isti testes post terminum transactum, eorum depositio ualeret & teneret: secundùm Bal. in l. si quando. C. de testib. & in rubric. C. si ex falso instrumento, & ista est communis opinio, teste Boer. decis. 294. num. 19. & Curtio in tract. de testib. in 33. conclus. vbi subdit ita practicari in Curia Romana, & vniuersum mundum hoc sequi. Cõis opin.

¶ Et hanc communem opinionem consulendo sequitur, attestatur, similiter & limitat in quinque casibus Iacob. Mãchelli in patrocinio, seu consil. 52. per totum. & secundùm eandem communem sententiam votauit, ac iudicauit Rota Bononiensis: vt deducitur apertissimè per Petrum de Benintendis in decis. 11. dubitatum fuit. & vide per Bar. & Alex. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & Lanfran. de Oria. in repet. c. quoniam contra, de prob. in c. 8. nu. 14. & Petrum de Benintendis in d. decis. 11. per totũ.

¶ Et ratio dictę communis opinionis uidetur isthæc: quia depositio prædictorum testium refertur ad tempus iuramenti: vt tenet Bart. in l. 2. ff. de bo. pos. ex test. mil. Roma. cons. 443. & Hora. Mand. in add. ibi in litera A. & Abb. in c. licèt causam, col. 6. de prob. Curt. in d. tract. de testib. concl. 33 & Io. de Amicis cons. 108. super dubio, nu. 1. Nisi fuisset datus terminus ad probandum, & probatum habendum: in quo non solùm iurare, sed etiam deponere debent. idem Ioan. de Amicis ubi supra, num. 8.

3 Sed in Regno habemus ritũ magnæ Curiæ Vicarię 149. Item quod in quibuscunq;. quo cauetur, quod per tres dies post terminũ testes possunt iurare, & deponere, dummodò fuerint citati in termino, vbi Carauita, nu. 3. & seq. & in ritu 69. In primis detur terminus, nu. 6. in quibus quidem locis docet practicam etiam, quæ obseruatur super hoc in omnibus Regni tribunalibus.

Et habemus similiter pulchram doctrinam Bal.in l.fin.col.2.C.de fideicom.quòd post terminum præfixum, ac concessum partibus ad probandum, admittitur, qui vult incontinenti probare non solùm per instrumenta, verùmetiã per testes, tanquàm, scilicet id videatur probatum infra terminum, quod post terminum incõtinenti probatum est. Idem vult ipse Bal. qui tamen limitat in l.diffamari, colum.1.C. de inge. manu. quod sequitur, & commendat Ias.in l. edita.C.de eden.col.6.uer.5. facit quod signanter, & in l.non solùm.§.morte.ff.de no.oper.nũ. & Carauita in d.ritu 149.num.2.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTES in ijs, quæ percipiuntur sensu corporeo, non autem iudicio intellectus non debent ex se scientiæ causas dicere, nisi super eis fuissent interrogati; quia non debent esse verbosi.*

2 *Testis deponens super his quæ sunt iuris, idest super mutuo, tenetur assignare rationem, causamque scientiæ concludentem sui dicti, etiam non interrogatus, aliás non probat.*

3 *Notarius, seu tabellio non interrogans testem dolosè de causa scientię, tenetur ad interesse parti, & Curiæ ad pœnam in Regno Neapo.*

4 *Testis deponens super fama publica ex se non aliter interrogatus, tenetur dicti sui assignare rationes, & causas probabiles, & concludentes, aliter nõ probat.*

5 *Fama debet probari apud maiorem partem populi. Et sic ad hoc vt dicatur fama probata, requiritur, quòd testes deponant se audiuisse à maiori parte populi. licèt contrarium obseruetur in Rota Romana, quòd famam probent testes deponentes publicè dici audiuisse.*

6 *Fama publica non probatur ex eo, quòd testes deponant se audiuisse á multis: quia multi dicuntur duo. Nec probatur ipsa fama si diceretur inter homines audiuisse: quia dictio inter verificatur, in duobus. minimeque probatur si testes asererent à pluribus. Item neque probatur ipsa fama, quando testis nescit à quibus dicere audiuit.*

7 *Testis interrogatus, quid sit fama publica. & respondens, quòd est audire ea, quæ audiuntur per illum, per illum, uel alium non probat: quoniam colligitur eum non intelligere quid sit fama ipsa.*

8 *Fama publica probatur per duos testes.*

9 *Testis deponens super dominio, seu habitatione, tenetur reddere causam scientiæ etiam non interrogatus: quia habitatio ipsa non probatur per visus, & per commoditates modicę considerationis: idest per deambulationes, per inspectionem à fenestris, & per expensionem pannorum &c.*

10 *Testes deponentes super vltimo articulo de publica uoce, & fama, non probant publicam vocem ipsam, & famam quò ad omnes articulos.*

11 *Testes vt probent tempus immemorabile, oportet quòd deponant de fama publica in eodem articulo, nec sufficit hoc deponere in ultimo articulo famæ.*

12 *Fama publica est probanda, & de ea constare debet in processu: nec creditur assertioni iudicis de fama ipsa.*

13 *Testis iuratus super fama publica eam non probat, si deponat super veritate facti: quia in probanda possessione, uel quasi consanguinitatis, vel alterius similis rei sunt formandi duo articuli: vnus super facti veritate, & alter super fama publica.*

14 *Fama publica legitimè probata sufficit, & probat in his quę sunt difficilis probationis.*

15 *Testes super articulis de tempore immemorabili deponentes probant, si deponunt de auditu á maioribus suis, & de publica voce, & fama.*

16 *Fama sufficit, & plenè probat in antiquis excedentibus viuentium memoriam.*

17 *Fama in factis antiquis facit iuris præsumptionem.*

## OPINIO DCCCXCVIII.

1 TESTES in his, quæ percipiũtur sensu corporeo, non autem iudicio intellectus, non debent suaptè natura scientiæ causas dicere, nisi super eis fuissent interrogati: quia verbosi esse non debent: secundùm doctrinam Ioan. Andr. & Docto. in c. cùm causam, extr. de testib. Specul. in tit. de teste. §. 1. uers. Item quòd non prohibent testimonium. Bal. & Doct. in l. solam, circa fin. C. de testib. Ang. in l. qui testamento. §. fin. ff. de testamen. & in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de transact. & ista est communis opinio, teste Zasio in *Cõis* 2. lib. suorum responsorum. c. 6. Moder. in d. c. *opin.* cùm causam.

2 Vndè si testis deponeret super his, quę non sunt iuris, sed quæ sunt facti directè perceptibilia per sensum corporis: tunc indubitanter, secundùm præallegatam communem, valeret dictum testis absque rationis assignatione, nisi fuisset aliquo modo per notarium interrogatus. Secus uerò si testis deponeret super his, quæ sunt iuris: quia tunc vltrò etiam non interrogatus debet assignare rationem, causamque scientiæ sui dicti, aliàs non probaret. verbi gratia si deponeret super mutuo dictum simpliciter cõsiderandum non caperetur sensu corporis, sed potius iudicio intellectus: quare tenetur assignare rõnem, quæ concluderet: secundum Pau. Cast. & Alex. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. Floria. in l. hoc carmen. §. fi. ff. de testi. Bar. in l. 1. C. de usuris, & in l. nec codicillos. C. de codicil. & in d. l. solam, Caputaquen. decis. 36. lib. 1. & communiter omnes Scriben. in l. 1. ff. si cer- *Cõis* tum petatur, ubi Curtius attestatur de dicta cõ *opin.* muni, numero 29. & Zasius in præalleg. libr. 2. respons. c. 7. licèt eam præcipitanter more suo

suo impugnet pluribus mediis, quę non indigēt responsione aliqua. & dictam communem sequitur etiam, & citat Bettran. consilio 328. viso processu dudum cœpto, sub num. 7. uol. 8.

3 Et his acced. e, quod examinator, seu notarius, qui non interrogauit testem de causa scientiæ, prout tenetur: iuxtà text. & quæ ibi habentur, in d. c. cùm causam, colū. 4. uer. Circa quod & c. & vide similiter in constitutione Regni incip. in pecunia. vbi habetur, quòd si tabellio do losè non interrogauit testem de causa scientiæ, tenetur parti ad interesse, & curiæ ad pœnam.

4 Idemque videmus in teste deponente super fama publica: quia ad probationem famæ requiritur, quòd testis etiam non interrogatus vltro assignare debeat rationem dicti, sui: vt
Cōis per Innoc. Ioan. And. & alios communiter, in c.
opin. cum oporteat, & in c. qualiter & quando, extr. de accusat. Ant. de But. in c. licèt, eod. tit. & in c. super hoc, ext. de renun. Bar. in l. de minore. §. tormenta, de quæst. Ang. in l. ea quidem. C. de accusa. Bal. in l. solam. C. de testib. & in sua Margarita Inno. in uer. Testi non creditur, ubi huius dicti assignar rationem: quia fama debet habere ortum ab honestis, & fide dignis. d. c. qualiter & quando, ideò sciri non potest, nisi testis deponens de infamia, seu bona fama, adiiciat plenam, iustamque causam scientiæ: & sic oportet quòd testis assignet causas probabiles, ex quibus populus fuerit inductus ad sic credendum, aliter diceretur vana vox populi non exaudienda l. decurionum. C. de pœnis, & declarat Bart. in d. §. tormenta. Bal. in l. proprietatis. C. de prob. & in l diffamari. C. de ingeu. & manumis. Ant. de But. in c. ueniens, il primo, ext. de testib. & Saly. in l. ea quidem, colum. fin. C. de accusationibus.

5 Et ista fama, nota, debet probari apud maiorem partem populi: secundum Bart Salyc. & Ant. de But. in locis prçcitatis. & sic ad hoc, vt dicatur fama probata, requiritur, quòd testes deponant se audiuisse à maiori parte populi: &
Cōis ista est communis opinio. teste Curt. Iun. cons.
opin. 172. num. 9. & Imol. in l. hæredes palàm, in princip. ff. de testam. Rota uerò Romana sequuta est Bal. in c præterea, de testib. videlicet, quòd si testes ipsi deponerent publicè dici audiuisse: tunc famā probant testes ipsi: vt refert Cassad. decis. 3. tit. de probar.

6 Vndè si testes dicerent, ac deponerent se audiuisse à multis, non probarent ob hoc publicam famam: quia multi dicuntur duo l. 1. §. hoc rescriptum, vbi Glos. ff. ad Sillan. Bart. in d. §. tormenta, Saly. & Ang. in d. l. ea quidem.

¶ Et idem si diceretur inter homines audiuisse: dictio enim, inter, uerificatur in duobus. l. inter illa. ff. de verb. sig.

¶ Et idem si testes ipsi dicerent à pluribus: argumento. c. pluralis, de reg. iur. in 6.

¶ Et idem concludendum est, quādo nescit à quibus dicere audiuit: secundùm Bart. in d. §. tormenta, Inno. in d. c. qualiter & quando, Specul. in tit. de inquisit. §. nunc tractemus.

7 Et casu quo interrogetur testis, quid est fama, & respondeat, quòd est audire ea, quæ audiuntur per istum, per illū, & per alium: quia apparet eum non intelligere quid sit fama publica, non probabit illam. ita Bar. in d. l. 1. ff. si cert. peta. Bal. in l. 1. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur. & in repet. l. data opera. C. qui accusa. non poss. Imol. in l stipulatio ista. §. hoc quoque. ff. de uerb. oblig.

8 Et ista famā, aduerte, quia probatur per duos testes: secundum Glo. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. Abb. in c. tertio loco, de pręsump. Bar. in l. de minore. §. plurium, col. 5. ff. de quæst. & Doct. pręcitatos, & est communis opinio: ut per Cōis
Saly. in d. l. ea quidem, col. 24. & Dec. cons. 272. opin.
nu. 4. & Io. Bapt. Ferrettum cons. 389. Redemptoris nostri inuocato suffragio, in causa nobilis dominæ Catherinæ, num. 18. & cons. 392. ui so longo processu, & depositionibus testium vtriusq; partis, nu. 4 cum aliis seq. vol. 2. in quibus quidem locis profert vtilissimum uerbum, post Cassadorum relatum per eum, in decis. 3. tit. de proba. nu. 7. quod hęc communis opinio seruatur in Romana Curia.

9 Et idem concludendum est etiam in teste deponente super dominio, seu habitatione. Nam habitatio ipsa non probatur per visus, & commoditates modicæ considerationis, putà per deambulationes, per inspectionem à fenestris, per expansionem pannorum & c. Imò nec etiam per testes, qui dicerent uidisse ibi lectum talis, si non deponat saltem de usu per visum: quia dominium non probat, nisi causam scientiæ reddat, etiam non interrogatus: iuxtà notata in l. solam, & in l. testium. C. de test. & Corn. cons. 64. vol. 1. circa fin.

10 Cęterùm testes deponentes super vltimo articulo de publica voce, & fama non probant aliter publicam vocem ip sam, & famam, quò ad omnes articulos, de stylo Rotæ Romanæ. attestante Mis. decis. 322.

11 Nec non testes deponentes super possessione immemorabili, tenentur deponere de fama publica in articulo peculiariter facto, formatoque pro uerificanda ipsa immemorabili possessione; non autē in vltimo articulo famæ, seu pro duci solito, & cōsueto in fine articulorum super probanda fama publica. ita Signorol. cōs. 70. & Illustris D. Vincen de Franchis, decis. 56. cū Illustrisimus Princeps, num. 24.

12 Quoniā necessariò fama ipsa est probanda: & sic de ea constare debet in processu: nec creditur iudicis assertioni de fama publica: vt voluit Sign. cōs. 156. col. 2. Raph. Fulgos. cōs. 107. col. 2. & Dec. cōs. 256. in causa inquisitionis, num. 11.

13 Imò similiter testis iuratus sup fama publica, nullatenus eā ꝓbaret, si deponeret super ue-

ritate facti. Et sic necessariò in probanda possessione,uel quasi cõsanguinitatis, uel alterius rei similis; sunt formandi, producendique in iudicio duo articuli: vnus sanè formandus uenit super facti veritate, & alter super fama publica, quòd Titius semper publicè, & palàm extitit habitus, nominatus, tractatus, & reputatus: prout hodiemet habetur,nominatur,tractatur, & reputatur in Ciuitate filius, & pro filio Sempronij,natus ex Petrutia eius vxore: vt uoluit tradendo præsentem cautelam, & normam capitulandi,& probandi,Bart.in l. non nudis. C. de probat.& in l. 3.ff.de liber.& posth.Bal. in l. 1.qui accu.& in l.non ignorat,colum. 1.eod.tit. Palæot.in tract. de notis & spuriis, cap. 23. numero 6.Ang.in l. 1. ff. de probat. Alex. consilio 51.viso,& discusso processu,sub num. 2.volu. 1. & Christ.Port.in §.in pluribus.num.4.instit.de adoptionibus,ubi assignat huiusce rationem efficacissimam,quòd ex tali nominatione,ius, & quasi possessio filiationis acquiritur.

14 Potest itidem opportune assignari hæc altera ratio,quòd in his,quæ sunt difficilis probationis,sufficit probatio per famam publicã, benè & legitimè probatam: secundùm Pal. decis. 315.& Mis. decis.235.& eundẽ Palæot.in tract. de not.& spuriis,cap.23.sub num.3.

15 Vndè testes super articulis de tempore immemorabili deponentes,probarent dubio procul,si deponerent de auditu à maioribus suis,& de publica uoce & fama:vt concedit Guid. decis. 63.& Capicius decis. 193. in causa, num. 1. cum aliis seq.

16 Et ista fama tunc sufficit,& plenè probat in antiquis vltra centum annos: secundum Canonistas in c. veniens,de testib. ubi Abb. admittit hoc uerum esse,si probetur memoriam non extare.& Fely.in c.cùm causam,de probat.col.11. & in d.c.ueniens,Bal.in auth.quas actiones. C. de sacrosan.eccle.Alex.cons. 1. sub num. 24. & seq.vol.4.Inno.in c.veniens,de uerb.signific.& Celsus Hugo consil. 107. ex alijs, sub numero 3.6.& 7.

Quoniam fama in factis antiquis inducit iuris præsumptionem,notata Flor.in l.2.§.iudici, in fin.ff.finium reg.Canonist.in c.cum causam,de test.& Bal.in c.vasallus,in fi.si de feud.fue con. inter do.& vasal.in usib.feu.in l.in bonę fidei,de reb.cred.& in l proprietatis.C.de probat.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens de præsentia sua propria, includit intelligentiam.*

2 *Testis deponens de præsentia alterius testis simul cum eo commorantis in aliquo loco,ac asserens illum contestem fuisse præsentem,intelligitur deponere duntaxat de nuda præsentia illius testis, non autem de intelligentia: quia quando testis interrogatus super vno capitulo,respondet se nihil scire, & reprobetur per alios testes, qui aiunt ipsum fuisse præsentem,torqueri non potest pro eruenda veritate: quia non sequitur talis fuit præsens, ergò & intelligens.*

3 *Testis nominans aliquem in aliquo negocio interfuisse secum in aliquo loco, & ille nominatus negaret ibi præsentem fuisse: tunc alter eorum mentiretur, & daretur occasio iudici inquirendi alterutrum: & talis contrarietas inter ipsos testes operaretur, vt nemini ex eis credendum foret.*

## OPINIO DCCCXCIX.

1 TESTIS si deponit mutuum, uel depositum fuisse factum penès Titium; & interrogatus de ratione, & causa suæ scientię dicat, quia præsens fui,dato non deponat aliter, quòd audiuit,uel uidit huiusmodi mutuum, tamen probat: quia testis ipse deponens de præsentia sua propria,includit intelligentiam: secundùm Gloss.in l. 1.in uer. Præsentibus. C. de errore aduoc.Specul.in tit.de teste.§. 1. versic. Item quòd iussum,Abb.Imol.& alios,in c. peruenit,de testib.cogendis,Bart.in l.1.§. fin.ff. de auth.tut.& in tract.de testib.colum.35 Bal.Angel.Imol.& omnes per illum tex.in l.hæredes palàm.ff. de testam. Doct. omnes in c. cum causam,de test.Bald.& Saly.in l. testium. C. de testib.& istorum Doct. opinionem sequitur etiã, tuetur, & dicit esse communem Alexan. num. 10.& Ias.numero 20.cum aliis sequen. in l.2.§. voluntatem autem.ff sol. matr. & Tomates in additio.ad Bart.in d. . fin. super litera H. & A. *Cõis opin.*

2 Interpretaturque ista communis conclusio non procedere, ubicunque testis deponeret de præsentia alterius testis simul cum eo commorantis in aliquo loco:tunc enim deponendo illum contestem fuisse præsentem, intelligitur deponere duntaxat de nuda præsentia illius testis, non autem de intelligentia. Et ita procedit, & intelligitur opinio bal. & sequacium in d. §. voluntatem, contra dictam communem: quia quando vnus testis interrogatus super uno capitulo,respondet se nihil scire,& reprobatur per alios testes, qui dicunt ipsum fuisse præsentem:tunc ipse testis, qui nihil scire dixit, nõ potest torqueri pro eruenda veritate: quia non sequitur talis fuit præsens tali actui,ergo vidit, & intellexit.l.diem proferre.§.coram.ff. de arbit.& ita tenet,& concludit Bartol. in d. § fin. qui dicit, quòd si testis deposuit alium fuisse præsentem: non sequitur ergo intelligentem: potest enim esse, quod vnus esset separatus ab alio, ita quòd non intellexit. & ita tenent omnes Doctores præcitati, & Alexand affabre in consilio 180. in causa Angelorum, numero 1. uolum. 2. & Marsil. in singul. 408. ubi profert magnum

magnum uerbum se iuuasse in facti contingentia quendam tabellionem inquisitum de falso, propter prædicta.

3 Sed quotiescunque testis allegaret, seu nominaret Titium in aliquo negocio interfuisse secum in aliquo loco. tunc si ipse Titius examinatus negaret ibi præsentem fuisse, alter eorum mentiretur, & sic daretur via iudici inquirendi alterutrum.l.de duobus.§.fin.ff.de iureiuran.& ita tener,& concludit Bal.in d.l.testium,col. 4. in tantum quòd isto casu neutri credendū est: secundùm eundem Bal.in d.c.cum causam,colum.5.& ita consuluit Alex.cons.90.colum.fin. vol.4.Ideoque talis cōtrarietas inter ipsos duos testes operatur, vt nemini ex ipsis credendum sit:quia nemini fides adhibenda foret, quando vnus testis alteri contradicit: secundùm Ioan. And. & omnes magis communiter, in c.in nostra.de testib.Feder.de Senis cons.142.Bal. consil.33.quidam tabellio,uolu.3. & istam doctrinam Ioan.And.& sequacium scribunt esse communem Moder.in d.c.in nostra,& Grammat.cōsilio crim.26.num.20.& seq.& cons.31.nu.8.& ita consuluit Alex.cons.34. colum.fin.uol.3. & cons.43.uol.4. Cōis opin.

### SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnicus, & solus deponens in facto proprio in causis ciuilibus, probat, & plenam fidem facit, præsertim in fauorem alterius, secundùm communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit.*

## OPINIO DCCCC.

1 TESTIS vnicus,& solus deponens de facto proprio in causis ciuilibus probat, & plenam fidem facit, præsertimque in fauorem alterius.l.quarto.§.fin. de ædil. edict. per quem tex.ita uoluit consulendo Paul.de Castr.in aliquibus consiliis suis, & præsertim consilio 368. visis actis, vol.1. & legendo similiter in l. seruos. C. de testib.in l.quicunque,in fin.C.de ser.fugit.& huic sententiæ inhæret etiam Oldra.consilio 95.colum.pen.Saly.& Bald.in l. si quis decurio, in 4. opposit. per illum text. C. de fal. Marsil in sua pract.in §.diligenter,nu.131. Dec. consilio 56. colum.2.& consilio 342.colum.1. & alij quam plures relati per Tiraquel. in tract. de utroque retract.in §.1.Glos.4.num.17.cum aliis sequē. fol.98. & per Petrum de Beninteudis decis.63. dubium erat in certa causa.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Cyn.in d.l.si quis decurio,in 4 oppos.Bartol. in consilio incip.in quæstione proposita, Innoc. in c.dilectus,de accus.Ant.de But.in c. cùm à nobis,colum.penul.de testib. Cephal.consil. 179. multum,num.31.cons.185.num. 14. & consil. 225.num.33.vol.2.Alex.in l. 1.§.si absens ff. si absens. ff.si ex noxa.cau.agatur,colum.penult. vbi respondet ad iura, quæ in contrarium allegantur,& ait hanc opinionem esse ueriorem; & in cons.192.colum.5.vol.6.& communem dicit Boer.decis.221.nu.15. Cōis opin.

¶ Tamen in tam magnis Doct.altercationibus,casu eueniente,in iudicando,& consulendo intrepidè sequerer primam opinionem tanquā in iure uerissimam. cui inhęret etiam Marcus Ant.Natta,consil.285.circa conclusionem habitam superioribus diebus,sub num.1.uolu. 2. Alex.de Neuo,consil.31.num.14.& seq. & Boer.in d.decis.221.hoc idem præmittendo,& nō nulli alij Doct.congesti per Tiraquel. in præcit. loco,& per Iacob. Philipp. Port. seu potius per Ant.Gabriel.in conclus. 5. unus testis, in 2. limit.libro 1.& ita iudicauit Sacrum Concilium Neap.vt refert Afflict.decis.369.num.6.

¶ Sed opiniones istas quàm optimè ad realem concordiam reducere nititur Rota Bononiensis,teste Petro de Benintēdis, in d.decis.63.

### SVMMARIVM.

1 *TESTES duo regulariter sufficiunt ad probandum.*

2 *Testis vnicus in causa possessorij probat possessionem absque alio iuramento necessario in supplementum probationis, etiam si agatur de possessione magnę rei, secundum communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit.*

3 *Testis vnicus ubicunque remedio reintegrandę agitur non probat possessionem, si aliis testibus ex aduerso productis, & examinatis contradiceret.*

4 *Testis vnicus non probat possessionem vbicunque contra ipsum testem apparent aliqua indicia.*

5 *Testis unicus in triginta casibus plenè probat remissiuè.*

6 *Testis vnicus in causa possessorij plenè probat possessionem in iudicio summario retinendę: secus verò in iudicio possessorij plenarij: quia tunc requiruntur plenę probationes.*

## OPINIO DCCCCI.

1 IN ore duorum, uel trium testium stat omne verbū. c.in omni negocio, & c. licèt,ext.de testi.& l. vbi numerus.ff.eod.titu.& sic ad aliquid probandum regulariter duo testes sufficiūt per dicta iura,& alia relata per Rosarium Bust. in sermonibus prędicabilibus,in serm.9. in litera Z. in 1.par.

2 Declaraturque hoc non procedere in iudiciis possessoriis, in quibus dicitur agi de leui prę iudicio. & probatio per unum testem, uel per famam publicam in hoc casu, habet uim plenæ probationis: ita quòd iste testis vnicus in causa possessorij plenè probat possessionem absque aliquo iuramento necessario in supplementum probationis, etiam si agatur de possessione magnæ rei: secundùm Bar. in l. 1. C. quorum bon. & clarius in l. 2. in fin. C. ubi in rem act. Matthesil. in notab. 2. Alex. cons. 91. colum. 1. volu. 5. Soc. cons. 137. colum. 6. & cons. 266. num. 26. uol. 2. Ias. in repet. l. admonendi, num. 187. in 2. lect. ubi istam opinionem ait esse communem Fran. de Curt. num. 203. ff. de iureiuran. quam communem sequitur similiter Calca. cons. 100. col. penult. Dec. cons. 251. colum. 1. & in l. 2. C. de carbon. edic. num. 2. Cagnol. in l. in pari, nu. 7. ff. de reg. iur. Gratus cons. 42. num. 7. & seq. volu. 2. Grauet. consil. 158. num. 12. & Marsil. singul. 433. & Grammat. cons. ciuili 77. num. 11. Et ita ipse iudicaui in facti contingentia in primo anno mei doctoratus 1559. in quadam causa mihi delegata per Illustrem D. Ioannem Antonium Porcinarium cognatum meum, & Baronem castri Arisculæ comitatus Aquilę, & difinita in fauorem magistri Dominici Cocchi de eodem oppido. in qua quidem causa, & processu apparebat probatum spolium per vnum testem omni exceptione maiorem, & aderant etiam nonnullæ alię præsumptiones.

*Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem, quòd in iudicio possessorio non sufficiat semiplena probatio, & unus testis non probet, inclinauere Bar. in extrauag. ad reprimen. in uers. Summariè, & Ripa in l. si constante, num. 17. ff sol. mat. cuius sententia communis est, teste Alex. cons. 87. numero 3. vol. 7. & Petro de Beniuitendis post alios signatos per eum, decis. 62. numero 10. & seq. vbi recitat ita fuisse decisum in Rota Bononiensi.

*Cõis opin.*

3 Et sic etiam, quòd vbicunque agitur remedio reintegrandę, non sufficiat possessionem ipsam probari per vnum testem, præsertimque vbi iste vnicus testis aliis testibus ex aduerso productis, & examinatis contradiceret: prout extitit decisum in Sacro Regio Concilio Neap. teste Afflicto. decis. 364. fuit decisum in Concilio in causa monasterij Sancti Seuerini, sub numero 4. & seq.

4 Sed limitatur isthæc communis non habere locum, vbicunque contra dictum vnicum testem, seu semiplenam probationem, appareret aliqua indicia. hoc enim casu vnus testis, vel probatio semiplena non probaret possessionē: vt uoluit Bal. in l. qui accusare, colum. fin. C. de eden. Grat. cons. 40. num. 29. vol. 2. & ita fuit iudicatum in Sacro Concilio Neap. vt refert Afflict. in d. decis. 364. num. 4. & seq.

5 Alios uerò casus, & circiter 30. in quibus vnus solus testis plenè probet, ponit Specul. in tit. de testam. §. restat, in uer. Hoc tamen fallit, Innocen. & alij in c. accedens, el primo. de testib. Rosat. Busti. in d. sermone. 9. & Iacob. Philipp. Port. seu potius Ant. Gabriel. in concl. 5. Vnus testis, lib. 1. & Ias. & Moder. in d. l. admonendi.

6 Verum prætata omnia procederent, iudicio meo, in iudicio summario retinendæ: secus verò in iudicio possessorij plenarij: qa hoc casu requirunt plenę probationes: nec sufficeret probare possessionem per vnū testem, pręcipueq; ubi actor remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. intentaret: vt per Bart. in extrauag. ad reprimen. in uer. Summariè, Bal. & Pau. Cast. in l. ordinarij. C. de rei vendic. Bal. in l. iudices. C. de iudic. vbi alij Doct. communiter, Pau. de Cast. cons. 3. vol. 2. secundùm nouam impressionem, & in antiquis cons. 5. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, colum. pen. ff. de acquir. poss. Franc. de Curt. in d. l. admonendi, d. num. 302. in fin. & Gratus cons. 200. colum. 1. & seq. uolum. 2. & Afflict. in pręcitata decis. 364. quia datur remedium d. c. reintegranda, contra titulo possidentem: vt latè docuimus supra in uer. Spoliatus.

*Cõis opin.*

## SVMMARIVM.

1 TESTIS *si deponat vnum in iudicio nullo & inualido, & apud iudicem incompetentem, & aliud penitus diuersum in iudicio ualido, standum est posteriori depositioni.*

2 *Testes examinati in uno iudicio per viam exceptionis, non faciunt fidem in alio iudicio, etiam inter diuersas personas, per viam actionis.*

## OPINIO DCCCCII.

1 TESTIS respondens vnū in iudicio nullo ac inualido, & apud iudicem incompetentem, & aliud penitus diuersum in ualido: tunc standum est eius dem testis posteriori testimonio: secundum Specul. in titu. de teste. §. 1. num. 27. idem que tenet Glos. in c. cùm causam, de testib. & omnes Doctores ibi communiter, & in l. eos. ff. de falsis, Boer. decis. 108. per totam, Grauet. cons. 6. num. 7. in quibus locis asserunt hanc esse communem opinionem. & hoc idem refert Capicius decis. 142. num. 8. vbi similiter congerit Doct. contrarium asseuerantes.

*Cõis opin.*

2 Sed testes in uno iudicio examinati per viā exceptionis, non facerent fidem in alio iudicio, etiam inter diuersas personas, per viam actionis. ita Card. Put. decis. 69. lib. 1.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS deponens aliquid extra iudicium sine iuramento, & postmodum iurans in iudicio contrarium respondens, statur eius depositioni secundę iuratæ. nec punitur pœna falsi: quia possibili veritate in esse producta, nulla necessariò sequitur falsitas. Et testis qui dixit heri nescio, potest dicere hodie scio.*

2 *Testis secundæ depositioni iuratæ licèt standum sit: tamen aliquid detrahendum foret de fide ipsius testis.*

3 *Testis secundę depositioni ex interuallo contrariæ primæ standum esset, si in tormentis facta, & ratificata foret: quia dictum in tormentis uerius præsumitur.*

4 *Iuramentum est tortura spiritualis.*

5 *Testis primæ depositioni iuratæ est standum, etiam si secundam cum tortura affirmauerit.*

6 *Testis primę depositioni iuratæ standum est, non obstante secunda depositione eiusdem testis extraiudiciali contraria primæ.*

7 *Testis primæ depositioni non iuratę statur, non obstante secunda depositione iurata, ubicunque pro prima depositione, quamuis non iurata, concurrerent aliquæ coniecturæ, & indicia.*

## OPINIO DCCCCIII.

1 TESTIS dicens, ac deponens aliquid extra iudiciū sine iuramento, & postmodum iuratus in iudicio cōtrarium respondens: tunc stabitur secundæ, & posteriori depositioni ob iuramenti religionem, & iudicis authoritatem. c. sicut nobis, de testib. in 6. c. 1. in princ. quid sit in uestit. Nec punietur iste testis falsi pœna: quia possibili ueritate in esse producta, nulla necessariò sequitur falsitas. Et testis qui dixit heri nescio, potest dicere hodie scio: vt tradit Bal. in c. 1. §. notandum, de not. feu. & in c. 1. quid sit inuestitura, & Canonistæ in c. cùm causam, de testib. & in c. per tuas, de probat. vbi ad saturitatem vsque, hanc opinionem tenet Glos. in fi. in d. c. cùm causam, cōmuniter ab omnibus Scriben. recepta. quam dicit ordinariam Bald. in l. nullum, colum. 1. C. de testib. ac eam sequuntur, & asserunt esse communem Abb. & Dec. in d. c. per tuas, colum. fin. Fely. in c. cum in tua, colum. fin. de testib. & in c. inquisitionis. §. tertia, de accus. colum. fin. & in c. literas, sub num 1. de pręsumpt. Bal. consil. 486. vol. 3. Alex. consilio 222. volu. 2. num. 13. Ioan. Baptista Ferretus consil. 392. viso longo processu, & depositionibus testium, num. 19. vol. 2. Rom. consil. 505. Granet. consil. 6. colum. 11. & idem Alexan. cōsil. 68. vol. 1. Francus in c. 1. circa fin. de electio. in 6. Aufreri. in Capella Tholos. 280. Capicius decis. 142. sub num. 6. Marsil. in l. eos, num. 11. & 22. ff. de falsis, & sing. 222. asserens ibi hanc sententiam esse communem: licèt Bart. in d. l. eos, num. 4 assereret contrarium, uidelicet dictum testem esse puniendum pœna falsi, nec eius testimonio adhibendam esse fidem aliquam. Tamen ista Bar. opinio communiter improbatur à Doct. vt supra ostendimus, & procederet: secundùm Abb. & Deci. in d. c per tuas, Fely. in d. c. cùm in tua, in fin. Dec. cons. 189. nu. 10. & Grauet. in præcitato consil. 6. num. 15. vbi ex secundo testimonio appareret testis periurium: quia prius contrariū iuratus deposuisset. Contra verò præfata, ac allegata superius, uidetur consulere Petrus de Vbaldis in cons. 28. quod reperitur inter consilia criminalia diuersorum nuper edita, uidelicet, quòd testimoniū primo loco prolatum extra iudicium, præferatur secundo testimonio prolato in iudicio. cui quidem consilio nōnulli Doct. celebres se subscripserunt, vt ibidem est uidere.

*Cōis opin.* (left margin)

*Cōis opin.* (right margin)

2 Sed retenta antedicta communi opinione, aduerte, quòd aliquid de fide dictorum testium detrahendum veniret: vt arbitratur Ang. inhęrendo memoratę communi sententiæ cum hac modificatione, cons. 233. punctus est, quædam Domina Margarita. quinimò secundùm Bart. testimonium eius reprobatur.

3 Et hinc dicebat Tyndar. in tract. de testib. lib. 2. in 1. par. princ. cap. 11. quòd secunda depositio testis, ex interuallo contraria primę recepta ualeret, si in tormentis facta esset, & ratificata foret: quia dictum in tormentis verius pręsumitur: secundùm Tyndar. in ead. par c. 12. num. 1. & in 3. par. prin. c. 2. eod. lib.

4 Tamen hæc secunda depositio absque tortura facta, valida censetur, etiam quòd esset iurata, solo illo prætextu, quòd iuramentum dicitur quędam tortura spiritualis: vt inquit Abb. in c. per tuas, sub num. fin. de probat. quia spiritus torquetur, & spiritus confitebitur.

¶ Sed pręmemoratam doctrinam Tyndari, & sequacium nō ita simpliciter, & nudè admittit Cephalus, cons. 233. in causa D. procuratoris carcerati, num. 14. & seq. & cons seq. num. 8. cum aliis seq. vol. 2. vbi eam doctrinam ad genuinum sensum accuratissimè quidem reducere conatur pluribus modis, & doctissimis considerationibus.

5 Et denique in dictis consiliis respondit, primæ depositioni testis iuratę standum fore, etiā si secundam attestationem contrariam primæ idem testis cum tortura affirmauerit: & præsertim vbicūque ipsa tortura non erat necessaria, & de iure non exigebatur; & quod dictum ipsius testis potius erat spectandum sine tortura, quàm cum tortura.

6 Et quemadmodum statur secundæ depositioni iuratæ, non obstante prima assertione non iurata contraria: ita econuerso stabitur primæ depositioni testis iuratæ non obstante secunda

depo-

depositione eiusdem testis extraiudiciali contratia primę: vt consuluit Ang. consil. 308. factum est tale, Christophorus Petri conductor dacij vini. uer. De secundo ad tertium dubiũ orincipale, & Ioan. Bapt. Ferrettus consilio 187. in casu præmisso, in princ. vol. 1. & Vincentius Maxilla, super consuetudinibus Ciuitatis Bari, in consuet. seruitio galearum, nu. 15. & seq. in tit. de immuni. no. ciuis, fol. 30.

¶ Et sic, si aliquid testis primò deposuerit, riteque iurauerit, & postcà testimonium suum renocauerit: tunc primę attestationi fides præstanda est, quod enim posteriori loco dixit, corruptus dixisse pręsumitur. §. quia uerò, in auth. de testib. & c. sicut, de testib. & ita firmant Abb. & alij omnes, & præsertim Imol. in c. cùm in tua, colum. fin. de testib. Inno. in c. præterea, de testib. cogen. Bal. cons. 101. quidam testes, colum. 1. uol. 1. & consil. 404. præmittẽdum est in puncto, uol. 4. Anchar. cons. 228. ad corroborandum dubium, Alex. cons. 93. in causa, & lite, colum. pen. vol. 5. & Rapha. Fulgos. cons. 134. in quęstio-
Cõis opin. ne, colum. 11. & ista est communis opinio: vt in medium exposuerunt Dec. cons. 175. colum. antepen. & cons. 189. num. 6. Corn. consilio 27. in præsenti consultatione, colum. pen. vol. 3. & Grauet. in d. cons. 6. num. 5.

7 Nisi cum secunda, inditia concurrerent. idẽ Ferrettus cons. 55. hic scribuntur, num. 4. & sequen. eod. uol.

¶ Et consequenter testis, cùm aliud in tormentis, aliudque extra tormenta asseueranerit: tunc profectò id, quod extra tormenta affirmauerit, sequi debemus, si veresimilius foret. l. 1. §. quęstioni, & ibi Bartol. ff. de quæst. Aret. in præcitato. c. cùm in tua, colum. 5. & in cons. 61. in causa istorum, colum. 1. Bartholomæ. Soc. consilio 253. colum. 2. uol. 2. Dec. cons. 175. num. 8. & cons. 189. num. 12. supra allegatis, & Grauet. in d. cons. 6. num. 49.

¶ Sed tamen antedicta communis non procederet, vbicunque pro prima depositione, quamuis non iurata ipsius testis, adessent, seu concurrerent aliquę coniecturæ, & indicia: ut uoluit Bal. & Fely. sub nu. 1. in d. c. literas, per illũ tex. & Io. Bap. Ferret. in d. cõs. 55. nu. 4. & seq.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS statim, & incontinenti corrigens propriam testimonij depositionem, eius correctio valida esse uidetur.*

2 *Testis potest corrigere dictum suum antequàm recedat à presentia examinatoris, & exeat conspectum iudicis, seu partibus loquatur, & statur eius correctioni, quæ obseruari potest sine reatu periurij.*

3 *Testis dictum suum quando dicatur incontinenti corrigere remissiuè.*

4 *Testis volens corrigere dictum suum, affirmansque non esse locutum cum parte, tenetur hoc probare, vt admittatur ad huiusmodi correctionem.*

5 *Testis corrigens dictum suum incontinenti, non tenetur docere de errore.*

6 *Testis regulariter corrigens dictum suum, post perfectum examen, esset suspectus: sed si testis nota fidei, & authoritatis fuerit, posset dictum suum corrigere vsque ad publicationem.*

## OPINIO DCCCCIV.

1 TESTIS statim, & incontinenti corrigens propriam testimonij depositionem: eius vltima depositio valida, & legitima esse uidetur. c. præterea, de testib. cog. Abb. Bal. & Fely. ibi Tynda. in tract. de testi. lib. 1. cap. 4. Glos. in auth. de testi. §. quia uerò, ubi correctio testis fit prius quàm notarius responsionem priorem scripserit. Glo. singularis in c. apud misericordem. 32. q. 1. quã dixit esse valde notabilem Alex. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dam. infecto, Lanfran. in repet. c. quoniam contra, de probat. in uer. Testes, num. 136. Ias. in l. error, colum. 2. C. de iuris, & facti igno.

2 Potest & alio modo testis corrigere dictum suum, antequàm recedat à præsentia examinatoris, & exeat conspectum iudicis, seu partibus loquatur, & tunc statur secundæ depositioni: secundùm Glo. in d. c. præterea, per tex. ibi. quam obseruari sine reatu periurij inquiunt Spec. in tit. de instr. ed. §. postremò, uer. 53. Ioan. de Pla. in l. rura. C. de omn. ag. Archid. in c. fin. de iureiuran. lib. 6. Aflict. in c. 1. §. si enim domino, numero 5. quid sit inuesti. Bar. in l. si postulauerit. ff. de adult. Bal. in auth. at qui semel. C. de probat. & l. edita, in repet. Paduana, colum. 2. C. de eden. Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 87. ff. de verb. oblig. & Abb. in d. c. præterea.

3 Vbi abundè declarat, quando dicatur testis dictum suum incontinenti corrigere.

4 Et aduerte, quòd testis uolens corrigere dictum suum, affirmansque se non esse locutum cum parte; tenetur, & debet illud probare, vt admittatur ad correctionem dicti sui: vt uoluit Fely. in d. c. præterea, & ita consuluit in terminis Laurentius Syluanus cons. 87. num. 2. cum aliis seq. vol. 2.

5 Et prædicta reuocatio permittitur etiam si error non probetur: ideò testis corrigens dictum suum incõtinenti, non tenetur docere de errore. Glo. in d. c. apud misericordem, Abb. colum. 3. & Fely. num. 5. in c. cùm venerabilis, de except. idem Abb. in d. c. præterea, colum. 2. Fely. in cap. qualiter, *il primo*, num. 30. de accusat. Deci. in c. causam, de appell. colum. 2. Roma. cõsilio 70. col. 3. Barba. consil. 43. colum. 2. vol. 2. & Glo.

& Glof.optima,in c.vltimo, de iureiurā. in 6.& Cõis opin. ista est communis opinio: vt asseuerant Doct. su perius citati.

6 Quia si post perfectum examen corrigeret dictum suum testis, esset nempè suspectus. Gabri.Sarayna in annot. ad sing. Matthes. singul. 171.num.3.& hoc regulariter. Tamen si testis notę fidei, ac authoritatis fuerit; dicitur posse dictum suum corrigere vsque ad publicationem. Tiraquel.in tract.de pœnis temperandis, causa.51.nu.127.

*SVMMARIVM.*

1 *Testis ostendens se errasse, volensque errorem suum corrigere ex interuallo, admittendus est, prius ostenso errore, & confessione erroneè facta, aliàs non.*

2 *Testis ex interuallo absque erroris probatione contraria respondens, videtur periurus.*

3 *Testis reuocans suam depositionem, ex interuallo, non preiudicat sue prime depositioni: sed primum testimonium validum est, nec per secundum tollitur.*

## OPINIO DCCCCV.

1 TESTIS ostendens se errasse, uolensque errorem suũ corrigere ex interuallo, ad mittendus est, prius ostenso errore, & confessione erroneè facta: vt copiosè consuluit Ioan.Bap. Ferrettus consilio 389. Redemptoris nostri inuocato suffragio, in causa nobilis D. Catharinæ, num.1. cum aliis sequen.uol.2. Sed confessio erronea sine erroris probatione non potest per eundem Cõis opin. testem reuocari: secundùm Doct. communiter in c.2.de rescrip.lib.6 de qua communi attestatur Boer.decis.89.nu.4.

2 Imò testis ex interuallo absque erroris probatione respondens contraria, videtur periu- Cõis opin. rus: secundùm Scriben. communiter uariis in locis, & passim in iure nostro, ac etiam pœna falsi iste testis uenit puniendus.l.eos, ubi Bar.& Doct.omnes ff. de falsis. Et magna Curia Vicariæ admisit testem ex interuallo post eius depositionem in facti contingentia ad corrigendum dictum suum. teste Capicio decis. 61. in princ. Tamen introducta causa hac eadem in Sacro Concilio, fuit decisum in eo, de huiusmodi repetitione, seu correctione, vtrum fieri potuerit, habendam fore eam rationem, quę de iure habenda erit in calculo, ac decisione causæ: ut meminit idem Capic.decis.61.

3 Sed tamen pulchrum est hic disquirere, vtrum priori testimonio, vel posteriori fides sit adhibenda? dic audacter primam depositionē non posse tolli per secundam ex interuallo ab eodem teste, etiam iurato propositam: patet ex ratione text.in c.sicut nobis, de testib. ubi ad infringendum fidem testimonij, necesse est alios testes, non autem eosdem produci: ideoque primum testimonium validum est, nec per secundum tollitur: secundùm Panor.& Fely.nũm. 4. in d.c.cùm in tua, Cardin.in d.c.sicut nobis, colum.2.& in præcitato c.cùm in tua, num.4.& sequen. Innoc. in c. præterea, de testib. quorum opinionem asserit esse communem Corneus Cõis opin. conf.27.col.pen.lib.3.Dec.conf.175.num.7.& conf.189.num. 10.

*SVMMARIVM.*

1 *INFAMIS occultus potest esse testis in testamento.*

2 *Testes infames infamia facti, licèt idonei sint in testamento: tamen infames infamia iuris, in testamento ipso testes esse nequeunt.*

3 *Testis infamis adhibitus in testamento probat, & eius defectus suppletur per bonam famam aliorum testium.*

## OPINIO DCCCCVI.

1 INFAMIS potest esse te- Testis stis in testamento, ubicunque non esset notor è infamis: & sic infamis occultus admitteretur in testem: secundùm Glos. Bar. & omnes in l.cùm lege.ff. de testam. Glo. Bar. Bald.& alios in l.1.C. eo. tit. Et quamuis Ang.& Saly.ibi, & præcipitanter quidem, uelint contrarium: tamen opinio dictæ Cõis opin. Glo. communiter approbatur: secundùm Moder.in c. cùm ab homine, de iud.& Ponatē in add.ad Bar.in d.l.cum lege, Alex.in l.1.num 11. C.de testa.& Clar.in tract.de testa.lib. 3.q.55. in fine.

2 Sed hoc procedere posset, iudicio meo, in infamibus infamia facti: qui tunc regulariter possent esse testes. de quo uide Soc. in tract. fallentiarum, in reg.415 & seq. Bal.& Ias. in l.cũctos populos.C.de summa Trin.& fide catho. Secus autem esset in infamibus infamia iuris, qui in Cõis opin. testamento ipso testes esse nequirent: vt firmat Alex in l.prætor.§.cogentur.ff de edēdo, & Bal. Ias.& alij omnes in l.cũctos populos.C.de summa Trin.& fide catho.

3 Aduertendum tamen est, quòd si in numero testium adhibitorum in testamento reperiatur unus infamis: tunc defectus istius suppletur per bonam famam aliorum secundùm Bal.in l.1.in fin.C.de testam. Alex.in d.§.cogentur, Ioã. Fabrum.in §.testes, in tit.de testam. Geor.Nattá in c.quãuis pactum, col.54 de pactis.libr. 6. Marsil.sing.196. & Boer. in scholiis ad Dynum in reg.vtile non debet per inutile uitiari, in prima add de reg.iur.lib.6.

SVM-

### SVMMARIVM.

1 *TESTIVM dicta, & attestationes non extensa per notarium: videlicet si tabellio examinat primum testem extensè, vel per extensum, & deinde scribat secundum testem ita deposuisse in omnibus, & per omnia; & ita in alijs, valent, & substinentur. Quod declaratur, numero 2.*

3 *Notarius tenetur extensè scribere dicta testium, non autem per relationem ad dicta aliorum testium, & sic per breuissima uerba.*

4 *Notarij scribentes diminutè, & non integrè dicta testium, & asserentes secundum testem idem dixisse per omnia, vt primus testis deponit, reprehendendi sunt.*

5 *Notarij, actuarij, & iudices in Regno laborant aliquando contra propriam salutem, & peccant mortaliter super formandis inquisitionibus, in non scribendo integra dicta testium, tam ad fauorem fisci, quàm contra: & hinc contingunt infinita inconuenientia damna, & iniustitię contra miseros inquisitos, de quibus erunt reddituri rationem in die iudicij.*

## OPINIO DCCCCVII.

1 TESTES plures, ac plures examinans tabellio scribēdo dictum primi testis extensè, uel per extensum: si postmodum ipsemet notarius scribat secundum testem idem dixisse, ac deposuisse in omnibus, & per omnia, & ita in aliis testibus: assertiones, ac dicta istorum testium valent, simul ac probant: secundùm magis communem opinionem Doct. in l. sed, & si me putem. ff. de cond. in deb. quam sequuntur, & citát omnes Moder. inibi, præsertimque Ias. num. 1. & inquit æquiorem fore Abb. in c. nihil, in fine. de uerb. signific. *Cõis opin.*

2 Intelligeque hoc cum grano salis procedere, si testis, quem notarius non examinauit extensè, sit bonæ famæ. eo nanque casu indubitanter eius dictum valet, & tenet: secundùm Bal. in §. fin. uer. Idem sacramentum, in extrauag. in tit. de pace constan. quem sequuntur Docto. in c. nihil, de uerb. sig. & Fely. in c. super his, de accusat. colum. pen.

3 Sed in Regno non accidit circa hoc dubitare: quia habemus Regiam Pragmaticam, exordientem: statuimus super articulis, & positionibus, disponentem, examinantemque depositionem testium fieri extensè per notarium, & non per alia breuissima verba.

4 Ideò non ab re Specul. in tit. de teste. §. nūc tractandum, vers. Cautionem, reprobat notarios scribentes non integrè dicta testiùm, sed dicentes secundùm, vel tertium testem idem dixisse per omnia, quòd primus scriptus deponit.

5 Imò reprehendēdi sunt etiā mirùm immodùm, optimo quidem zelo aliqui comminissarij, notarij, & actuarij in Regno, qui contra eorum conscientiam laborantes, in formandis, scribendisuè inquisitionibus, & in capiendis informationibus, raró, aut vnquàm scribunt integra dicta testium, sed solummodò scribunt ea, quæ faciunt in fauorem fisci. Vndè reminisci debent quòd agunt contra text. pragmaticæ Caroli Quinti Impera. Item quia nobis, vbi sancitum expressissimè, & sanctissimè reperitur, quòd testis depositio integra scribi debeat, etiam in his, quæ sunt contra fiscum.

### SVMMARIVM.

1 *TESTES singulares sufficiunt ad probandum quid in genere, id est vsuram, famam, iurisdictionem, hęreditatem, impudicitiam, heresim, possessionem, furorem, & infamiam, & hisce similia.*

2 *Testes singulares probant minorem summam, si deponerent aliquid de maiori.*

3 *Testes singulares probant in quindecim casibus, remissiuè.*

## OPINIO DCCCCVIII.

1 TESTES singulares sufficiūt ad probandum quid in genere, vt putà vsuras, famam, iurisdictionem, hæresim, possessionem, furorem, infamiam & c. his similia. Nam genus constat, perficiturque ex pluribus speciebus, & particularibus. ideò licèt testes deponāt de diuersis actibus, tamē quia huiusmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis, non repelluntur tanquam singulares: secundùm Bar. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Bal. in l. de quibus, colum. pen. ff. de legib. Calder. consil. 5. in tit. de testib. vbi loquitur de vsura, Paul. de Castr consilio 51. col. 2. & consil. 113. colum. 2. vol. 1 vbi loquitur de aditione hęreditatis. Eademque opinio comprobatur, & amplectitur per Grauet. cons. 73. col. 8. & sequen. Anchara. consil. 277. colum. 4. Gemi. cons. 217. colum. 2. Alexan. sibi contrarius consil. 141. ponderatis, matureque perspectis attestationibus, num. 2. uol. 1. quod videtur repertum cons. 10. uol. 1. Idemque tenet Alex. cons. 85. colum. fin. cons. 86. col. 3. cons. 112. circa fi. lib. 4. cons. 92. colum. 4. lib. 5. cons. 13. colum. fi. & cons. 147. lib. 7. colum. pen. in quibus locis audacter asseuerat istam esse ueriorem, magisque communem opinionem; quamuis in aliquibus consiliis relatis per Grauet. in d. cons. 73. voluerit contrarium, & Federi. de Senis cons. 17. & cons. 64. propè fin. quos sequuntur Ias. & Dec. *Cõis opin.*

eorum

eorum authoritate freti uariis in locis, & præsertim Dec. in c.licèt causam, num. *69*. de probat.Marsil.consilio 109.Spiritus Sanctus sit mihi à destris,num.8.& Natta cons.274.communitas,& homines Fœlizani,num. 16. & seq. vol. 2.Tamen si vidissent tot consil. Alex. supra relata ad saturitatem, fortasse non ita faciliter discederent ab hac opinione communi.siquidem Alex.ipse in duobus, seu tribus locis tenuit opinionem, quòd testes singulares non sufficiant vbi agitur de probando quid in genere. sed reuocando postea sententiam,iudiciumq; in melius,in decem, vel vndecim aliis locis constanter firmauit contrarium.

¶ Hinc est,quòd quotiescunque Doctot reperitur sibi contrarius in duobus locis:illa opinio sequenda est, vbi plenius scribit. l. Diui. ff. de iure patro.notat Abb.in c.bonæ,colum. fin. de postulat. prælat. quapropter potius est amplectenda sententia ipsius Alex.in 12.illis consiliis relatis,in quibus plenissimè scripsit, quàm in aliis tribus, de quibus facit mentionem Gtauet.in præallegato consil. *73*. super quibus parum scribit.

¶ Et eandem opinionem,quòd testes singulares admittantur, ubi agitur ad probandum quid in genere,tenet etiam Aret.cons.42.col.2. Ang.consil.2*33*.colum.*3*.Guid.Papæ. in quęst. 544.Soc.consil.295.colum.*3*.vol.2.& Boer. decis.2*3*.colum.14.& decis. 2*39*. Couarru. lib. *3*. variarum resolut.c.*3*.num. 5.& August. Bero. in d.c.licet causam,num. 40. ubi ait Istam opinionem esse communem. Idemque firmat Iacob.Mandel.cons.25.num. 1. vbi consuluit, ꝙ testes singulares probant, quando tractaretur de probando quid in genere,idest mulierem uixisse impudicè. Idemque consuluit attestando istam esse communem opinionem Ioan. Bapt. Ferrettus, consil. *390*. quia audio moueri difficultatem in singularitate testium,num.1. cum aliis seq.vol.2.& Grammat.decis.107. in causa Augustini,sub num.8.& seq.quę quidem est ultima.Nihilominus idem Boer.in decis.*3*42.titubanter inclinauit in contrariam sententiam, & ita consuluit in terminis Ioan.de Amicis, cons. 127.ubi meminit,num.1.opinionem istam, ꝙ quando agitur de probando aliquid in genere testes singulares minimè probent, esse magis communem:tamen decipitur,ex quo prima sententia magis communis apparet: vt prædicat cumulatissimè eam amplectendo,Portius Imolensis,seu potius Ant Grabriel. in conclusionibus vtriusque iuris,in reg. *3*4. testes singulares in 1. limit. libr. 1.Et istorum Doct. controuersiam,& discrepantiam reducit ad veram,& realem consonantiam fœdere distinctionis Cameræ Imperialis,attestante Ioachimo obseruatione *76*.centuria. *3*. quòd opinio ipsa communis procedat ubicunque testes ad probandum hæresim,furotem,& alia similia, producerentur in

*Cõis opin.*

genere. altera uerò sententia contraria locum habeat, quando testes in specie ad probanda pręmissa inducerentur.

¶ Cæterùm in Regno Neap. quæstionis tollendę gratia, & ad euitandum prafatum dubium,videlicet, an per testes singulares probetur quem vsurarium;fuit emanata,& in lucem prodita per Regem Ludouicum pragmatica exordiens: Ludouicus, & Ioanna &c. disponens, quòd ad probandum vsurariam prauitatem admittantur testes singulares. & istam materiam latius declarabimus infra in proxima sequenti Opinione: Testes singulares non faciunt fidem &c.

2 Item testes singulares probant minorem summam,si deponant aliquid de maiori:secundùm Corn.cons. 181.num.*6*0.lib. 2. hoc modo loquitur Dec.cons.100.num. 4. testes non fore aliquo pacto contrarios,quando de facto vnus, minus quàm alius deponit;& communem scribit Alciat.in l. 1&5. si stipulanti, num. 40. ff. de verb. oblig. & ita fuisse obtentum in decisiuis affirmat Barba.in c.licèt causam, num. *3*5. & seq.de probat.licèt,& malè ibi contrarium sustinere conetur. & ita extitit iudicatum, decisumque etiam in Sacro Regio Concilio Neapolitano,teste Afflicto decis.240.In causa Cubelli curialis,sub nu.*3*.4.5.& *6*.

*Cõis opin.*

3 Et eandem opinionem sequitur ibi Vrsillus in add.& limitat in tribus casibus,num.11. cũ aliis seq.& posuimus latius supra in Opiuio. In testium depositionibus in maiori summa. & 12. alios casus,in quibus testes singulares probent, tradit Lancillottus Conradus,in tract. de decuriouibns,lib.1.c.11.§.2.num.2*3*.& seq. & Ant. Gabriel.in d. reg.*3*4.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES singulares non faciunt fidem: & tãtùm probant mille testes singulares quantùm vnus.*

2 *Testes singulares nedum non faciunt fidem:sed etiam qui possunt esse singulares.*

3 *Testes singulares faciunt fidem quando tendunt ad eundem finem per diuersa media sibi ad inuicem patrocinantia:putà quia vnus testis deponit de ueritate, & alius de confessione.*

4 *Consuetudo non probatur per testes singulares.*

5 *Confeßio nullatenus probatur per testes singulares.*

6 *Testes singulares tunc dicuntur quando eorum dicta recipiunt separationem ex diuersitate factorum.*

7 *Testes singulares cognoscuntur ex sex, primò quando variant in personis, secundò in re, tertiò in tempore, quartò in loco, quintò in causa, seu ratione, & sextò in circumstantijs.*

8 *Testes singulares sufficiunt ad probandum scientiam. Vndè nouus rector litem sciens, & recipiens pensionem censetur ius sibi cõpetens ex illa lite remittere.*

OPI-

## OPINIO DCCCCIX.

1 TESTES singulares non faciunt fidem, nec eis aliqua fides adhibetur. c. cùm literis, de testib. & l. iurisiurandi. C. eod. tit. & c. licèt causam, ubi omnes Doct. communiter hoc notát, de proba. & Specul. in tit. de teste. §. 1. uer. Item quòd testes sunt varij. quia ubi est singularitas, ibi non est numerus. undè tantùm probant mille testes singulares, quantùm vnus. ita dicit Bald. in d. l. iurisiurandi, colum. 2. & Alex. consil. 82. in causa, & lite inter prouidum mercatorem, Paulum, num. 4. vol. 4. & Curt. Iun. cons. 168. numero 3. & idem Alex. cons. 21. repetito in causa Merici, num. 2. eod. uol. 4. Cōis opin.

2 Imò testes singulares nedum non faciunt fidem, sed etiam qui possunt esse singulares non probant: secundùm Bal. in l. fin. colum. 9. C. de edicto Diui Adriani tollen. & in c. bonæ, el 1. colum. 5. de elect. & refert Corn. cons. 89. uol. 1. circa finem, & Ioan. de Amicis cons. 127. nu. 17.

3 Sed testes ipsi singulares aliquando faciũt fidem, maximeque quando tendunt ad eundem finem per diuersa media sibi adinuicem patrocinantia: putà quia vnus deponit de ueritate; & alius de confessione: secundùm Bal. in rub. de controuer. inuesti. colum. 1. per tex. in c. fin. de success. ab intest. idemque voluit Barba. in c. licèt causam, num. 38. de proba. Fely. in c. licèt ex quadam, colum. 4. de testib. & Caccialupus in repet. l. admonendi, colum. 50. & seq. ff. de iureiur.

4 Nec per testes singulares probatur aliquo modo consuetudo: secundùm Pet. de Bella pertica, & Cyn. in repet. l. 2. C. quę sit longa consuet. Ioan. And Ant. de But. colum. pen. Floria. in 4. q. Anchar. & communiter Doct. in c. fin. de consuc. (quam opinionem declarat ibi Rocchus Curt. in 4. sect. num. 69. fol. 146.) & sic in fin. suæ repet. & communem dicit Dec. cons. 215. Cōis opin.

5 Nec itidem testes ipsi singulares probant confessionem. ita Card. Put. decis. 3. de probat. & decis. 4. eod. tit.

6 Et nota, quòd tunc dicuntur testes singulares, quando eorum dicta recipiunt separationem ex diuersitate factorum: secundùm Bar. in d. l. 2. §. dubitetur, quemad. testa. aper. & Bal. in l. 2. colum. 2. C. de bon. possess. secundum tab. in l. 1. C. si vnus ex plu. appe. circa fin. & in l. apud antiquos, col. 1. C. de fur.

7 Quomodò autem cognoscantur testes esse singulares. Specul. in tit. de teste. §. iam de interrogatoriis, uer. Quid si vnus, & in §. sæpè testes, cùm §. nunc transeamus, & ibi Bal. in add. dicunt hoc ex sex, vel quinque cognosci, de quibus in c. cùm causam, de testib. vt quando primò uariant in personis; secundò in re; tertiò in tempore; quartò in loco; quintò in causa, seu ratione; & sextò in circumstantiis. Et hoc idem firmant Ioan. de Imol. & Alex. in vltima colum. in l. inter pares, de re iudic. Bal. in l. 1. quæst. 7. C. de test. & Alex consilio 116. posteà, vol. 1.

8 Sed aduerte, quòd testes ipsi singulares sufficerent dubio procul ad probãdum scientiam. Et nouus rector litem sciens, recipiensque pensionem, videtur profectò ius sibi competens remittere ex illa lite. vt efficax testimonium est Peregri. in decis. 268. lib. 3.

### *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS exemptus à iurisdictione iudicis, coram quo falsum testimonium deposuit, potest ab eodem iudice puniri de huiusmodi periurio, & falsitate, etiam si iudex esset delegatus. dummodò sit delegatus à Principe, secus si ab inferiori. num. 2. excepto clerico, qui semper debet remitti ad suum ordinarium. nu. 3.*

## OPINIO DCCCCX.

1 TESTEM exemptum à iurisdictione iudicis, corã quo falsum testimonium deposuit; posset ipse iudex illũ punire de huiusmodi periurio, ac falsitate. text. est in l. nullum. C. de testib. & l. 2. & ibi Bal. C. de sportulis, & Marsil. latè in l. 1. §. prætereà, num. 27. ff. de sicariis.

2 Quodque procedit etiam si iudex esset delegatus, qui quidem posset vti eadem punitione: secundùm Bart. & cęteros in d. l. nullum, & in c. super his, de pœnis. & notant Glo. in l. quæsitum. ff. de testib. & in Clem. 1. de offic. deleg. Abb. & Dec. in c. prætereà, eod. tit. & Specul. in tit. de teste. §. 1. ver. Quid de delegato. Cōis opin.

¶ Aliqui uerò Doct. non modicę authoritatis, & præsertim Bal inclinauere in contrariam sententiam, in l. Diuus Pius. ff. de falsis, per tex. ibi, vbi probatur: hæc incidentia crimina in iudicio puniri non posse ab eo, qui caret ordinaria iurisdictione.

¶ Tamen prima opinio vera est in delegato Principis, & secunda sententia in delegato inferioris à Principe; & cum hac distinctione senserunt Ioan. And. in add. Spec. in d. §. 1. ver. Quid de delegato. Et sic delegatus inferioris à Principe non potest testem in casu pręmisso punire, sed tenetur eum remittere ad iudicem ordinarium. & eandem distinctionem sequuti fuere Panor. & Anania. in c. 1. colum. pen. de crimine falsi, Fely. in d. c. prætereà, Bal. & cæteri omnes in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius, colum. pen. Marsil. in d. l. 1. §. prętereà, nume. 27. & Marcus

Anto. Blancus, in tract. de compromiss. in quest.8.in uer. Testes, numero 14. folio paruo 165.& deniq; constat apertissimè frequentio ri vtriusq; interpretum suffragio esse receptâ.

3 Sed in clerico deponente coram iudice laico falsum,ex communi opinione docuimus supra in Opin. 103. 1. parte:Clericus productus,non posse per iudicem laicum puniri, sed esse remittendum ad iudicẽ ecclesiasticum.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES nulliter recepti per iudicem, possunt & debent iterum examinari,etiam post publicationem, si hoc euenit culpa iudicis:secus si culpa partis.*

2 *Testis minus solenniter primò examinatus,denuò examinatus referens se ad primum dictum,absque dubio probat.*

3 *Testis secundo loco examinatus,seu repetitus,stante nullitate primæ suæ depositionis referens se ad aliud primum dictum suum,an probet,residet arbitrio iudicis. Et circa hoc traditur practica, quæ obseruatur in Regno,num.4.*

## OPINIO DCCCCXI.

1 TESTES nulliter recepti per iudicem, possunt, & debent iterum examinari, etiam post publicationem : secundùm Glossam Cardi.Floren. Ancha. colum. pen.Ant.Ioan. de Ligna.colum.1.& Imol.colum.2. in Clem. 3. in ver.Ritè receptis,de testib.Glos. fin.in c. cùm causam,ext.eod. tit. vbi idem voluit Hostien. colum.fin.Ioã. And.in fi.Bal.colum. fi.Ancha. colum.ultima,Anr.colum.fi.& Imol. col.pen. Specul.in tit.de teste.§.1.uers. Quid si idem testis,& seq.& ibi pariter Ioan. And.in add. Bar. colum.fin.& Bal. colum. 2.in auth. at qui semel.C.de probat.Afflict.decis.33.num.4.Bartol.in l.qui pet salutem,in fin.ff.de iureiurã.& Alex.ibi num.2.qui præsupponit istam esse cõmunem opinionem,& ibi Ias.qui latè hoc pro Cõis opin. sequitur.Imol.in c.per tuas,colum.1.de testib. Fely.in c.in literis,colum.2.de offi.deleg.& Iasfredus Lanfrancus decis.384.quando examen testium est nullum,& Io.Bap. Ferrettus cons. 393.si testes pducti,per totum,vol. 2. vbi ita consuluit, deditque doctissimè responsiones omnibus contrariis. Vndè si testis ipse culpâ iudicis minus rectè examinatus sit,& eius receptio,etiam post publicationem testium iterum examinari possit; secus autem si culpa partis id factum fuit: vt per Gloss. in d.c. per tuas,& ibi Imol.colum.2.Panor.col.3. & omnes alios communiter,Grammat. cons. ciuili 89.num.12.Ang.& Ias.qui alios citat, colũ.1. in 6.nota.in l.si quis ex argentariis.ff.de eden. & de hac eadem communi opinio.mentionem fecimus etiam supra in Opinione 896. Testes possunt regulariter produci, post principium. & ita consuluit etiam Ioan.Bapt.Ferrettus cõsilio 394.primum dubium,per totum,volu. 2, vbi etiam, num.4.5.6.& 9. in medium refera uit istam esse communem opinionem. Et hinc Cõis opin. aduerte,quòd antedicta culpa,& negligentia in dubio præsumitur in iudice: secundùm Specul.in tit.de teste.§.nunc videndum,in fi.Anr. Imol.& alios in d.c.per tuas.

2 Sed vbicunque nota, prima testis examinatio reperiretur nulla aliquo defectu, & postea testis ipse iterum repetitus, & examinatus diceret, assereretque depono in omnibus, & per omnia, prout in prima examinatione deposui: non laborat quidem hæc secunda examinatio eodem morbo, quo prima, cæterum valeret & teneret:secundùm Alex.in l. legata inutiliter, num.7.ff.de leg.1.Bertach. in suo repert.in ver. Testis inutiliter deponens propter defectum solennitatis, in 5. part. D. Prosperum Carauì tam in ritu 62. Item quòd elapso termino,sub num.14.& Boer. cumulatissimè decis.108.num. 4. cum 5. aliis seq. Et opinio hæc non caret ratione. Nam depositio, seu repetitio antedicta ita, & taliter facta non videtur incerta, ex quo habet relationem certam.l.ait prætor in prin.& l.in summa.ff.de re iudic.& not.Doct.omnes in d.l.legata.

3 Bar.uerò in l.eos,nu.6.ff.de fal.concludit, & expressè firmat, ꝙ est in arbitrio iudicis an velit admittere dictã depositionem.cui inhæret ibi Parisius in addit. in litera C. afferendo istã opin. uerã esse; & eidẽ sententię consentit Bal.in l.gesta,de re iud.Ant.de But. in c. cũ in tua,de testib.circa fi.Anch. in Clem. testib. in fi.de testib.Saly.in l.iurisiurandi,colũ.2.C. de testib.Ang.in d.l. legata inutiliter,& ibi Alex. n.7.qui deducit istã esse veriorẽ opinionẽ, pro Cõis opin. ut cõis apparet ex deductis per eũ;& sequitur etiã Ioachimus in obseruatione.64.Bartolus, centuria 3. ubi attestatur hoc vidisse aliquibꝰ vicibus in camera Imperiali obseruari.

4 Sed tamen in Regno hoc nullatenus resi det in iudicis arbitrio, obseruaturq; optima practica in repetitione ipsa facienda testium. ostẽditur itaq; prima depositio testi,& ei legitur per actuariũ de uerbo ad uerbũ vt iacet,& ea sibi lecta,acceptat,emologat,& confirmat, & ad eandẽ suã depositionẽ,in qua de negotio testatur,se refert absq; aliqua alia noua depositione.quę quidẽ practica fundatꝰ iudicio meo in doctrina Bar.in l. 1.ff.si cer.pet.asserẽtis, ꝙ testis, licèt nõ recordetꝰ de negocio, potest tñ de eo certitudinariè testificari, referẽdo se ad depositionẽ suã in qua de ueritate attestatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Testes interrogari non possunt super interrogationibus, per quas eorum turpitudo detegitur: nec ipsi respondere tenentur, etiam si crimen sit publicum, & testes infamati appareant.*

2 *Testes respondere tenentur positioni criminosę, seu continenti turpitudinem suam, vbicunque crimen notorium, & manifestum foret: aliàs peccant celando ueritatem.*

3 *Testis positioni criminosa respondens, id est commisisse homicidium, seu alia crimina, potest repulsari, ac repelli: & sic parùm obstat talis responsio.*

4 *Testis interrogatus an sit homicida, & respondendo quòd sic, puniri non potest. Et traditur exemplum in practica.*

5 *Blasphemus non intelligens, seu considerans verba quę pronuntiat, nec eorum significationem, puniri non debet; cùm incurrat ob hoc solummodò peccatum ueniale.*

6 *Testis in viginti septem casibus, & interrogationibus non cogitur respondere, remissiuè.*

7 *Testis ex officio iudicis passim interrogatur num sit consanguineus: & an sit inimicus litigantis; & tenetur respondere. Nã inimicitia sine culpa, ac turpitudine ipsius testis contingere potest.*

8 *Testis ius, ex quibus nulla eius turpitudo resultat, interrogatus, respondere tenetur.*

9 *Testes Curia Romana, & Sacrum Palatium super triplici interrogationum specie consueuit interrogare, remissiuè.*

10 *Principalis litigans, etiam quòd de calumnia non iurauerit, de infamijs, & criminibus testium suorum interrogatus, minimè respondere tenetur.*

## OPINIO DCCCCXII.

1 TESTES interrogari non possunt super interrogationibus, per quas eorum turpitudo detegitur, nec tunc respōdere tenentur. c. quis aliquando. §. non tibi dico, de poenit. dist. 1. & l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiurã. & ibi Bar. & omnes, Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. de interrogatione, 7. membro iudicij, nume. 7. & Mis. decis. 207. & Conarru. in sua pract. quęst. in cap. 18. de testibus, numero 7. Nam testis interrogari nequit, an commiserit homicidium: secundùm Lallum de Tuscia in constit. Regni, lite legitimè contestata, numero 19. libr. 2. Annibalem Troysium Cauensem in pragmatica 6. si reus, sub nu. 4. & Glo. in c. 1. de excep. in ver. Confessi. ubi refert nusquam uidisse hoc fieri. Et hoc non mirum, si quidem iniqua, atque iniusta est huiusmodi interrogatio, etiam si crimen publicum sit, & testis infamatus appareat: vt per Imol. & Fely. nu. 10. in c. cùm causam, *il primo*, de testibus, post Inno. in c. 2. de confess.

2 Sed vbicunque crimen notorium esset, vel manifestum per sententiam: tunc certè interrogatus teneretur interrogationi, seu positioni criminosę huic respondere: quia hoc casu peccatum foret celare veritatem: vt uoluit Innocen. in c. dudum, extr. de elect. quem sequitur Lallus de Tuscia in d. constit. li e legiti mè contestata.

3 Et quamuis circa ista fuerit interrogatus testis, & responderet; nihilominus parùm, aut nihil prodesset, ac releuaret, quoniam erit repulsandus, & simul repellendus à testimonio: secundùm Bal. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. in fi. Henr. Aret. col. 2. & alios in c. inquisitionis. §. tertię de accus.

4 Imò testis interrogatus, an sit homicida, respondens quòd sic, minime puniri potest modo aliquo, quia de eo non ag tur principaliter: secus si assereret se falsum deposuisse: vt firmat Bald. in l. presbyteri, colum. 3. C. de episc. & cler.

¶ Et dum superioribus annis quidam rusticus, cliens meus, de oppido Pesculi maioris, comitatus Aquilę, examinatus in causa ciuili per D. Capitaneum eiusdem oppidi, & interrogatus num esset solitus blasphemare; respōsum dedisse simplicitate adductum, non me latet aliquando blasphemasse Sanctum Verotũ: & iterum interrogatus, an notitiam haberet talẽ sanctum reperiri in cathalogo sanctorum: affirmauit te ipsa nunquàm habuisse huiusmodi notitiam, atque scientiam, sed potius autumabat illum sanctum non repertum esse, nec reperiri modo aliquo in ipso cathalogo sanctorum: & ob hoc denique cōcludebat non incurrisse ira ignoranter blasphemiam, nec peccatum saltem mortale; & tãto magis, cũ hoc non ex contemptu egerat. & facta tũc diligenti quidem exploratione, & perquisitione, nec ne iste sanctus reperiretur in pręlibato cathalogo; extitit repertum, ecclesiam ita nũcupatam sancti Verori antiquitus constructam fore in villa Collectarę eiusdem comitatus Aquilę. Et consultus eo tempore vtrùm iste testis condemnari potuisset pœna aliqua ex huiusmodi depositione, & confessione; respondebam ex doctrina Bal. in d. l. presbyteri, & ex notatis per Inno. in c. causam super, in Glo. sua, in uer. deponendum, de confes. istum testem non teneri pœna aliqua.

5 Et vltra rationes, & authoritatem Bald. & Innocen. mouebar in præsenti casu hac alia ratione. Nam isthæc blasphemia non videbatur habere essentiam, & rationem blasphemię: & proinde iste testis, cùm nullatenus intellexerit, nec considerauerit significationem uerborum prolatorum per eum, vbicunque in uerba ita imaginata prorumpebat, non mirandum erat si puniri non

non potuisset: vtpote quia ob hanc blasphemiam solummodò incurritur peccatum veniale: vt concludit Couarru. post S. Thom. de Aquino, in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. in 1. par. §. 7. sub num. 10. & Ioan. Tabiens. in sua Summa Tabiena, in verbo Blasphemia, sub §. 3.

6 Alios verò casus circiter 27. in quibus quis interrogationibus respondere non cogatur, recensuit Lancel. Cotrad. in pract. seu tractatu de decurion. lib. 1. c. 9. de prætore. §. 2. tit. de interrogatione, num. 5. cum aliis sequé. folio 27.

7 Sed ex indicis officio passim interrogatur testis de his, ex quibus nulla admodùm colligitur turpitudo, num sit consanguineus, & cuius ætatis. & pariter interrogari permissum cēsetur, an sit inimicus litigantis: & tunc respōdere tenetur. Nam inimicitia sine culpa, turpitudineque ipsius testis contingere potest: vt firmauerunt Glo. Io. And. Hēric. Fely. & cæteri communiter, in d. §. tertiæ. Cōis opin.

8 De his uerò, ex quibus nulla ipsius testis turpitudo apparet, interrogari potest, ac respōdere tenetur: secundùm Glo. in c. quærendū. 2. q. 7. & in d. c. cùm causam, in vers. De causis, quam sequūtur Abb. & omnes communiter: vt recitant Fely. ibi nu. 10. & Alex. in d. §. idem Iulianus, col. fi. & Couarr. in d. c. 18. sub nu. 7. Cōis opin.

9 Ideò, & optimè quidem testes Curia Romana, & Sacrum Palatium interrogare consueuit solummodò super triplici interrogationum specie, referente Octauiano Vestrio in sua pract. lib. 5. tit. de responsionibus rei ad positiones actoris, deque interrogatoriis, ac exceptionibus eiusdem, post princ. fol. par. 72.

10 Et quemadmodū testis criminosæ positioni respondere non tenetur, vt in principio docuimus: ita principalis litigans, etiam quòd de calumnia non iurauerit, minime de infamiis, & criminibus testium suorum respondere tenetur: secundùm Rotam Neapol. relatam per Capicium decis. 207. cui inhæret Annibal Troysius in d. pragmatica. 6. Si reus, sub nu. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *FELLONIA vasalli necessariò ꝓbari debet per quinq; testes omni exceptione maiores.*

2 *Feudorum liber habet plenam fidem, sicut cæteræ leges, atque pro lege seruatur.*

## OPINIO DCCCCXIII.

1 TESTES quinque omni exceptione maiores requirūtur, necessariique sunt ad probandum felloniā, seu ingratitudinem contra vasallum. text. est in c. 1. quod testes sint necess. ad proban. &c. & notat Bertran. cons. 151. licèt multū eleganter fuerit deductū, nu. 5. vol. 6.

2 Quem quidem text. non fore authenticū, neque seruari asseuerant, cum aliis relatis per eos Modetni in consuet. Paris. de Feud. §. 10. sed illum tex. esse authenticum, habereq; plenam fidem, sicut cæteræ leges, atque pro lege seruari, voluerunt omnes Doct. fit inquit Iacobi. de Feud. in vers. Dictique vasalli, *il primo*, num. 55. & ait esse communem sententiā omnium Bertran. cons. 115. num. 31. vol. 5. prout scripsimus etiam latius supra in 1. libr. in Opi. 278. Feudorum liber, post princ. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIBVS duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm centum deponentibus de spontanea voluntate.*

2 *Testibus duobus affirmatiuè deponentibus magis creditur, quàm decem negatiuam deponentibus: quia deponēs super negatiua, potest reddere causam magis credibilem: & negatiua non ita se offert sensui, sicut affirmatiua.*

## OPINIO DCCCCXIV.

1 TESTIBVS duobus de metu deponenti bus magis creditur, quàm centum deponentibus de spontanea voluntate; & sic potius creditur, duobus testibus affirmantibus metum in actu illatum fuisse, quàm centum dicentibus liberè actum gestum: secundùm Innocen. & omnes Canonistas in c. super hoc, de renun. Bal. in l. obseruare. §. proficisci, in 8. q. ff. de off. proconsi Ang. in l. si quis ad se fundū. C. vnde vi, Abb. in c. 1. de his quæ vi, metusuè causa fiūt, Alex. reddenrē rōnem, cons. 156. viso processu inter Appelloniam, nu. 3. vol. 5. Corse. in sing. in uet. Mille testes, consulentem ab hac opinione non esse recedendum in iudicando. quā cōmunem esse inquit Dec. in c. fin. col. fi. de appell. & patet apertissimè quoque istam fore cōem sententiam ex congestis per Paris. cons. 138. nu. 8. vol. 4. Alciat. in tract. de præsump. in reg. 3. præsump. 7. nu. 4. & per Neuiz. in Sylua nupt. lib. 2. sub nu. 120. Cōis opin.

2 Itē duobus testibus affirmatiuè deponentibus magis creditur, quā decem negatiuam proponentibus: vt uoluit Glo. in l. diem proferre. §. si plures, in ver. Inde quæritur. ff. de recep. arb. & Bal. in l. actor, col. 3. C. de prob. ubi ait hoc cōtingere, eo quia deponēs super affirmatiua, pōt reddere causā magis credibilē: nā negatiua nō ita se offert sensui, sicut affirmatiua. & idē cōcludit Bal. i l. testiū, col. fi. C. de test.

SVMMARIVM.

1 *CARDINALES possunt conuinci duobus testibus; sicut & Pontifex duorum testimonio condemnatur.*

2 *Papa duobus testibus potest conuinci, & condemnari.*

## OPINIO DCCCCXV.

1 TESTIBVS duobus conuinci possunt Cardinales; sicut & Pontifex duorum testimonio condemnatur: secundũ Abb. in c. per tuas, in fin. de maior. & obed. Roma. in repet. auth. similiter. C. ad leg. Falcid. in 34. priuilegio ultimarum uoluntatum, Dec. num. 2. cum seq. & omnes in c. at si clerici, de iud. ubi Coĩs opin. August. Berous asserit, num. 8. & seq. istam esse magis communem opinionem: licèt ipse, & malè, senserit contrarium. & cum communi præmissa videntur concurrere etiam omnes Theologi, pręcipueque August. de Anchona, in tract. de potestate ecclesiastica, in 5. q. ar. 5.

2 Concludentes, quòd quantum ad conuincendum de crimine inter summum Pontificem, & Cardinales, nulla differentia constitui posit: ideò omnes isti, aut duobus, vel tribus testibus conuinci poterunt. & hoc quoque voluit Fely. post quamplures congestos per eũ, in d. c. per tuas. Et post quàm ostendimus apertissimè Cardinales duorum dicto conuinci posse: adde quòd duo etiam testes requiruntur ad cõdemnandum Papam: prout latè scripsimus in Opinio. in uer. Testes duo sufficiũt ad condemnationẽ cuiuscunq; delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *TESTIBVS vniuersitatis an & quibus casibus plenè credatur, & probent pro ea ad suum commodum: recensentur plures opiniones, & de ueritate earum plenè discutitur.*

## OPINIO DCCCCXVI.

1 TESTIBVS vniuersitatis an plenè credatur? in hoc reperio varias Doct. opiniones: & in primis Bal. cõsil. 468. qualiter, num. 6. vol. 3. tenet, quòd si testes non sentiunt commodum, vel incommodum immediatum, possunt pro sua cõmunitate deponere: & secũdùm eũ ita Doct. cõiter sentire uidentur. & idẽ firmat Ro. cõs. 7. nu. 4. & Gerard. sing. 24. verũ eius, ubi distinguit, aut nõ litigatur principaliter de utilitate spectante ad ciues; & sunt idonij testes. tex. est in §. legatari⁹. inst. de test. Aut quæstio est super re principaliter spectante ad cõmodum, uel incõmodum ciuiũ; & nõ sunt idonij testes. l. omnibus. C. de testa. & opinionẽ istã sequuntur Portius in §. vniuersitatis nomine, init. de rerum diui. nu. 2. Afflic. in cõst. mores dissolutè uiuentiũ, sub nu. 8. lib. 3. rub. 53. & complures alij relati per Couarru. in sua pract. c. 18. nu. 4. & meminit communem esse. Cõis opin.

¶ Altera fuit opinio Fulgosij in cõs. 174. vbi dicit, & concludit cõem esse opi. quòd testes de uniuersitate in causa suæ vniuersitatis admittantur ad testificandũ, quando ex victoria nullum suut habituri commodum. idemq; uoluit Corn. cons. 333. nu. 27. lib. 1. subdẽs ibi hoc utile uerbum, ꝙ non conuenit instare, an sint integri sicut alij. Cõis opin.

¶ Aliam etiã reperio sententiã Lanfrã. in c. quoniã contra, in uer. Testiũ, nu. 121. de proba. quòd si illud, super quo litigatur, singulorũ cõmodum concernit, vtputã si uersatur lis super nemore, in quo quilibet accipere potest ligna pro vsu suo, & detinere animalia ad pascu landũ; & tunc vnus de vniuersitate non poterit pro ea testificari. idẽ firmat Bertrã. consil. 51. nu. 1. uol. 2. Paris. cons. 27. nu. 89. & cons. 104. nu. 135. vol. 1. & Grãmat. consulendo, cons. ciuili. 77. num. 1. & seq. vbi explicat ita in Sacro Regio Senatu Neap. obtinuisse, & Afflic. decis. 440. vbi refert fuisse determinatũ in dicto Sacro Concilio in casu pręmisso, nullam esse faciendam uim in testibus vniuersitatis. & ista est cõis opinio, teste Couar. in d. c. 18. sub nu. 4. Cõis opin. vbi hoc latè explicat, & Petro de Benintendis decis. 70. uniuersitas castri Rugumagni, nu. 7. & seq. atq; de eius veritate, & interpretatione latè scripsimus infra in Opin. Testes de collegio, uel vniuersitate seculari, non probant pro ea, per totam.

¶ Alia uerò fuit opinio Guid. Papæ consil. 193. in fi. vbi uoluit illos de uniuersitate posse pro eorum vniuersitatibus deponere licèt reportaret cõmodũ in vniuerso, per not. per Cy. & Doct. in l. parentes. C. de testib. & hoc idem expressè firmat Marsil. in l. 1. §. seruũ municipũ, nu. 1. & seq. ff. de quęst. ubi asserit omnes Doct. tenere, illos de uniuersitate posse testimoniũ ferre in causa suæ uniuersitatis: q̃a nullus de uniuersitate dici põt deponere in causa propria, cũ aliud sit uniuersitas, & aliud singuli de uniuersitate: & sequit̃ quoq; Dec. cõs. 342 nu. 4. & cõem esse asserit, & Couar. ubi supra. Cõis opin.

¶ Postremò, & ultimò in alia opinione fuit Alex. cõs. 99. nu. 15. lib. 5. quẽ sequitur Capic. decis. 152. nu. 6. ꝙ testes de vniuersitate in nemorũ litibus admittantur ad perhibendũ testimoniũ, qñ daciariis aliquid pro lignis soluerẽt. Et similiter Alex. cons. 68. num. 16. vol. 2. firmat, ꝙ vbicunque in causa vniuersitatis est quæstio de molendino, seu de aliis rebus, quarum vtilitas in cõi peruenit; & tunc homines illius erunt idonei testes. & eiusdem sententię fuit

fuit Ioan. de Amicis consilio 8. numero 25. & sequen. vbi numero 30. scribit istam esse ueram, communemque opinionem. Et sic magis communis, & uera opinio est, quòd testes de vniuersitate possunt pro ea testimonium ferre, quando vtilitas in communi peruenit. *Cõis opin.* Et quamuis, & malè, contra istam communem, Cæpol. in tract. seruit. rust. præd. in tit. de iure pascendi, numero 10. & sequen. & Grammat. in d. consilio 77. num. 2. post alios cumulatos per eos asseuerent, quòd prædicti testes vniuersitatis non sentientes commodum, uel incommodum in specie, probent pro ea: tamen eis non plenè credendum est, nec erunt idonei testes. & in sententia hac uidetur residere Couarru. in d. c. 18. sub num. 4. cum quadam admonitione, quam ipse facit iudici satis tuta. Sed suasio istorum Doct. parùm, aut nihil me mouet ad discedendum à memorata communi, quæ est uerissima, & eam sequendam fore in iudicando, & consulendo suadeo: prout ei inhæret Dec. in d. consilio 342. numero 4. ac fatetur carere difficultate, atque discrepantia Ioan. de Amicis, in d. consilio 8. numero 30. & ita determinauit quoque Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis, in d. decis. 70. in fin.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens in causa criminali, siue sit laicus, siue clericus; si ex eius depositione mors illata, seu sequuta fuerit, etiam præmissa protestatione, efficitur irregularis.*

2 *Irregularitas etiam aliquando sine culpa, & peccato contrahitur.*

3 *Clericus deponens in causa capitali, seu mutilationis membri, non redditur inhabilis ad executionem suorum ordinum, etiam quod ob hoc incurrat irregularitatem.*

4 *Clericus contra laicum in causa criminali admittitur in testem in subsidium, quando veritas aliter apparere non possit.*

5 *Clericus deponens in causa capitali, seu mutilationis membri nullam incurrit infamiam, nec peccatum.*

6 *Irregularitas est nota, infamiaque, seu impedimentum canonicum ex facto, vel ex defectu proueniēs; qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, uel in eisdem ministrare.*

7 *Irregularitatem incurrit iudex proferens sententiam capitalem, seu mutilationis membri, etiam iustam, ac etiam actuarius publicans sententiam ipsam; accusator; aduocatus contra reum, & pro reo, & omnes alij fauorem quomodolibet præbentes pro executione eiusdem sententiæ.*

## OPINIO DCCCCXVII.

1 TESTIMONIVM dicens in causa criminali; si ex eo mors illata, seu sequuta fuerit, etiam præmissa protestatione, efficitur irregularis: secundùm Fely. post alios, in c. postulasti, de homicid. Glos. ad hoc optima, quæ in laico loquitur, in c. 1. 51. distin. & in clerico, vt is irregularis euadat in capitali causa testis existēs, Glo. in c. testimonium. 11. q. 1. & notant, & firmant etiam Abb. in c. de cæterò, colum. 1. de testib. & ibi Fely. vbi hęc est communis opinio omnium Doct. & idem notat totus, in tract. de testib. num. 69. & Grauet. in consilio 2. sub num. 1. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte, quòd clericus, seu laicus deponens in capitis causa non fit irregularis ea irregularitate, ex qua contrahitur peccatum mortale, & ex qua quis etiam puniri queat: uerū ea quippè irregularitate irregularis euadit, quæ incurritur sine peccato. Nam irregularitas etiam sine culpa contrahitur. ita Glos. & Card. in Cle. 1 q. 8. de homic. & S. Thom. in secunda secundę. q. 64. art. 7. ad 3.

3 Et consequenter, tam ipse clericus, quàm laicus licèt euadant irregulares ex depositione facta per eos in causa capitali, seu mutilationis membri: tamen ob hoc non incurrerent modo aliquo peccatum mortale: nec illa irregularitas redderet tunc clericum ipsum inhabilem ad executionem suorum ordinum secundùm Caiet. in sua summa in uer. Irregularitas, & Bartholom. Fumum in eius summa Armilla, in ver. Irregularitas. §. 14. Et hoc ideò est. nam clericus coactus deponit, vt ueritas appareat.

4 Et quamuis clericus non admittatur in causa criminali in testem contra laicum: tamen in subsidium vbicunque veritas aliter apparere nō possit, indubitanter admittitur: secundū Glo. Fely. & alios in c. super eo, de testib. cog. & Glo. in c. statuendū 2. q. 6. Abb. in c. de cæterò, in ti. de testib. Fran. Brun. in tract. de indiciis & tortura, in 2. q. primę par. nu. 16. & Ferrant. Gargiareum cum aliis aggregatis per eum, cons. 122. addendo aliis, nu. 20 & consil. seq. nu. 32. positis inter consilia crī. in folio.

5 Et quanquā Grauet. cons. 2. nu. 1. & seq. suadere conatus sit, illā irregularitatē, in qua incurrit clericus deponens in causa criminali, inducere, parereque infamiam; nihilominus decipitur. Nam, vt supra ostendimus, ex ista irregularitate non incurritur peccatum mortale: nec ea reddit clericum ipsum inhabilem pro executione suorum ordinum.

6 Et licèt idem Grauet.in loco præcitato fundare studeat eius opinionem in definitione irregularitatis tradita per Spec. in tit. de lapsis, & dispens.§.4.& præsupponat Spec. ibi definire irregularitatem nil aliud esse, quàm infamiam: tamen ipse Grauet. non recensuit aliter totam, & integram prænotatam defiuitionem, & eius uerba omnia substantialia & formalia, relata & posita per Spec.in d.§.4.& in tit.de leg.§. iuxtà,in princ. in quibus quidem locis planè demonstrat irregularitatem esse notam, seu impedimentum canonicum ex facto, uel ex defectu proueniens, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, vel in eisdem ministrare.& huic definitioni accedit quoque Antoninus ille sanctissimus in sua summa in 3.par.tit. 28. Barthol. Fumus in d. Summa Armilla, in uer.Irregularitas,in princ.Ioan.Brunellus in repet.c.1.de homicid.in 4.par.conclusio. 29. numero 82.posita in fin.repet.seu relectionis Couar.in c.quamuis pactum,de pact. & Cle. si furiosus,de homicid.& Ioan.Tabiens. in sua Summa Tabiena in uer Irregularitas, *il primo*, post princ.vbi ad lucem adducit istam esse communem distinctionem. Vndè si Grauet.in cod.consilio 2 syncere retulisset omnia, & singula uerba definitionis ipsius irregularitatis; inuenisset quodlibet verbum eiusdem definitionis ex se habere misterium: prout super omnibus ipsis verbis,& vnoquoque eorum affabrè, commodè,& melius quàm alius, quem hucusque viderim, discurrit Ioan.Brunellus in d.repet c.1. de homicid.in 4.par.29.conclusio. num. 82. cum aliis seq. Et sic ex ipsa definitione colliguntur duæ irregularitatis species: vna quidem proueniens ex crimine,& altera sine crimine,& infamia: vt tradit exempla in variis casibus idem Brunellus opportuna in loco præallegato.

*Cōis opin.*

7 Et quemadmodum incurrit irregularitatem testis, siue laicus, siue clericus examinatus in causa capitali: ita pariformiter iudex proferens sententiam, etiam iustam contra reum ad vltimi supplicij pœnam, uel ad membri mutilationem; actuarius scribens attestationes, vel legens, seu publicans ipsam sententiam capitalem; accusator in ipsa causa; & aduocatus contra reum ipsum, uel pro reo: & consequenter quoque omnes alij interuenientes, & fauorem præbentes in executione ipsius sententiæ, similiter eandem incurrunt irregularitatem. c.1. & c.si quis.50.dist & c.postulastis, de homicid. & firmant Doct. & præsertim Innocen. in c. sententiam,ne cleri.uel mona.Spec.in d.tit.de dispens.§.4.uers.Item litigiosus,& seq.Bal.in Margar.ver.Scriptura,Ioan.Tabiens.in Summa Tabiena, in uer. Irregularitas, *il primo*, sub §. 5. & Nicol.Plouius in tract.de irregularitate,reg. 5. numero 4.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS citatus, & relatus nolens dictum suum deponere in termino sibi præfixo, potest per iudicem ordinarium cogi ad deponendum, non autem per arbitrum.*

2 *Testes vocati per iudices delegatos in Regno, & venire, accedereque recusantes in termino eis stabilito ad deponendum tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus, condemnari solent ad pœnam in citatione positam, & comminatam.*

3 *Pœna incursa per testes renuentes comparere, & se examinare in causis ciuilibus, non potest accusari per procuratorem fisci, sed per partem: secus quando ageretur ex officio.*

4 *Iudices non solùm possunt mulctare contumaces, & inobedientes, verùm etiam eos personaliter capere. & testes cogi, possunt per ipsos iudices sub pœna confiscationis bonorum ad perhibendum testimonium.*

5 *Pœnæ condemnatio quomodò fieri debeat contra testes recusantes comparere, & se examinare in Regno, & quomodò obseruet practica.*

## OPINIO DCCCCXVIII.

1 TESTIS citatus, & relatus nolens dictum suum deponere in termino sibi præfixo, potest per iudicem ordinarium cogi ad deponendum, non autem per arbitrum: secundùm Alber. in l.si quando.C.de testib. & per consequēs iudex secularis testem istum debet, & potest transacto termino ei concesso compellere ad ferendū eius testimonium imponendo ei mulctam. l. 3. §.exigere.ff.de rab.exhib.vel captis pignoribus ad instar tutoris nolentis,& recusantis satisdare: vt in §.sciendum, instit. de satisd. tut. & ita voluerunt Glos. yu.Bar.Bal.Ang.Alber.& Saly.num.4.in d.l.si quando, Natta cons.349. Ioānes Iacobus Alexius ius dic ns Cabagnoli, numero 5.volum.2. quorum opinionem sequitur quoque, declarat, & inquit esse communem Lāfran.in c.quoniam contra,de probat.in uer.Testes,num.31. & declarat similiter Bar. in d.l. si quando,nu.5.6.& 7.

*Cōis opin.*

2 In Regno verò Neap. obseruatur contrarium. Nam testes uocari per iudices delegatos, venire recusantes, trāsacto termino eis pręfixo, in tertia parte eorum bonorum mobilium fisco applicanda condemnātur: vt habetur in Consti.in pecuniariis litibus omnibus, vbi Iallus de Tuscia, num. 19. vtiliter firmat, quòd procurator fisci non posset petere tunc, vt ipsi testes condemnarentur ad mentionatam tertiam partem mobilium, si pars non instaret, peteret, vel contumaciam dictorum testium incusaret. Secus si agerē ex officio: tunc enim per fiscum duu-

duntaxat possent debitæ contumaciæ accusari, contra tales comparere, & deponere renuētes: vt uoluit Carauita, in ritu 306. Item seruat ipsa Curia, quòd si aliquis bannitus, sub nu. 1.

3 Et hoc procedit certè in ciuilibus causis, sed in criminalibus testes isti maiori pœna condemnari debent eiusdem constitutionis determinatione, ante fin.

4 Siquidem iudices non tantùm possunt simul ctare contumaces, & inobedientes, verùm eos etiam personaliter capere: secundum Bart. in l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. Et concordat cū d. constit. In pecuniariis, dictum Bal. in c. 2. de testib. cogen. vbi per illum text. expresse firmat, quòd testes cogi possunt sub pœna confiscationis bonorum ad perhibendum testimonium.

5 Sed aduerte, quòd antedicta condemnatio pœnæ ad tertiam bonorum partem, hodie quò ad testes non seruatur aliquo modo: uerùm ipsi testes comparere recusantes duntaxat condemnari solent ad pœnam in citatione positam, & comminatam; & tunc in ultimo peremptorio expediuntur, conceduntur que literæ exequutoriales pro mulcta, ratione spreti mandati; & fit exequutio ad hunc finem solummodò, vt testes accedere cogantur ad deponendum: tamen nō venditur pro ipsa pœna, imò potius examinatis mentionatis testibus restituitur eisdem: sed si perseuerarent in duritie, ac obstinatione, contumaciaue non deponendi, procederetur ad executionis factæ venditionem pro pœna, quæ postmodum fisco applicaretur. & practicam hanc sæpè sæpius vidimus obseruari in Regno, prout huiusce practicæ, & obseruantiæ, ac styli, diffusius meminit Carauita, in ritu 87. Itē seruat ipsa Curia, quòd citatis testibus, nu. 6. & in ritu 155. Item seruat ipsa Curia, quòd si feci citare testes, & in d. ritu 206. sub nu. 1.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens Sempronium possedisse octo annis, & plus: per hanc adiectionem & plus, non dicitur probare præscriptionem decem annorum esse impletam.*

2 *Testis unus deponens quem possedisse per decem annos, & alter asserens possedisse decem annis, & plus: probant, & sunt contestes.*

3 *Testis vnus probans possessionem vnius anni, & alter testis alterius anni, probant.*

## OPINIO DCCCCXIX.

1 TESTIS deponens Sempronium possedisse octo annis, & plus: tunc quippè huiusmodi adiectio, plus, ad minusculam partem, idest quartam partem annorum trahenda non est: & sic illa adiectio, & plus, tanquàm incerta nihil operatur; & ob hoc præscriptio decem annorum impleta non est. secundùm Bar. num. 5. & Fulgos. in l. cum furti. ff. de in litem iur. Iacob. de Arena, Cy. Odofred. Iacob. Butrig. Bal. Alber. Aret. Pau. Castren. Fulgos. & Ferdinandum Vasquiū in l. si quis in suo. C. de ino. fic. testa. num. 3. vbi ostendit istorum opinionem communem fore: Cōis opin.
& sequitur cum aliis innumeris relatis per eū, & communem pariter scribit Balbus, in repet. l. Celsus. q. 6. num. 16. & seq. ff. de vsucap. posita in fin. sui tract. de præscrip. Natta in repet. Clemen. sæpè, colum. 5. de uerb. sign. Aret. consil. 104. colum. 2. Alex. cons. 108. colum. 3. uol. 2. Imol. cons. 83. in fin. & cons. 105. in fi. & Car. cōsil. 107. & scripsimus latius in hac tertia part. in Opinio. Testis deponens per dictionem. licèt, & malè, idem Bar. in d. l. si quis in suo, num. 2. senserit contrarium, quem omnes communiter reprobant. teste Vasquio, ibi num. 3. Cōis opin.

2 Sed ubicunque vnus testis deponeret Sempronium possedisse per decem annos; & alter testis assereret possedisse ferè decem annis, & plus: probarent tunc vtique, & forent cōtestes: vt efficax testimonium est Bal. in 1. const. Digestorum, in 3. not.

3 Necnon si vnus testis probaret possessionē vnius anni, & alter testis alterius anni; probarent proculdubio: vt concedit Bart. in l. ob carmen, §. si testes. ff. de testib.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS productus ad probandum de continua possessione, deponens Titium possedisse à decem annis citra, non probat possessionem longi temporis, nec præscriptionem: quia non cōcludit, cùm vna die possidere potuisset, & uerificata foret eius depositio.*

## OPINIO DCCCCXX.

1 TESTIS productus ad probādum de continua possessione, deponens Titium possedisse à decem annis citra, nō probat possessionem longi temporis, nec præscriptionem: quia non concludit, cùm una die possidere potuisset, & uerificata foret eius depositio: secundùm Hostien. Io. And. Fely. col. 5. & cæteros omnes Canonistas, in c. licèt causam, de proba. per tex. vbi Bart. in l. Celsus, num. 23. ff. de vsucap. Bal. in l. indicia, in fin. C. de rei vend. & in l. falsus, col. 3. C. de fur. Alex. cons. 110. in fi. uol. 1. Bal. & Ias. in l. fi. C. de transact. Ferrarien. in sua pract. Papien. in forma respon. rei conuēti, in §. præscriptionis, nu. 21. Alex. in scholiis ad Bart. col. 5. super uer. Sed circa, in d. l. Celsus, & Balbum ibi, in rep. q. 6. sub nu. 9. & seq. ubi præsupponit istorum opinionem communem esse. Cōis opin.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *TESTIVM falsitas vt excludatur, lex præsumit veritatem loci, & temporis.*

2 *Falsitas scaturiens ex aliquo verbo inuenitur falsitatem, ad excludendum falsitatem ipsam interpretatio fit, vt non importet.*

3 *Falsitas ne committatur, maxima subtilitas adhibenda est.*

4 *Testes, si fieri potest, debent reduci ad concordiam, ne de periurio notentur.*

5 *Testes vbicunque sunt concordes in dicto principali, possunt reduci ad concordiam in accessorio.*

6 *Testes reducti ad concordiam non probant: & nemini credendum est in eo, in quo sibi ipsi contrariatur: sed concordia ipsa tollit solummodò causam periurij, & falsitatis.*

7 *Testes vtriusque partis discordes, non sunt concordandi, sed vnius partis tantùm.*

8 *Testis manifestè contrarius, ad concordiam reduci non potest.*

9 *Contrarietas testis cum principali est irreducibilis ad concordiam.*

## OPINIO DCCCCXXI.

1 TESTIVM falsitas vt excludatur, lex præsumit varietatem loci, & temporis: secundùm Bal. in l. Imperator, colũ. 2. ff. de sta. hominum, Saly. in l. de tutela. C. de restit. in integ. Alex. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. & consil. 70. uol. 1.

2 Imò si aliquod verbum aptum sit falsitatem importare, ad excludendum falsitatem istam interpretatio fit, vt non importet: secundùm Bart. in l. gerit, colum. 5. ff. de acquiren. hæred. & Bal. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. & in l. errore. C. de testa.

3 Ideoque ne committatur falsitas, maxima subtilitas adhibenda est. l. fin. & ibi Bal. C. de fideiuss.

4 Et sic si fieri potest testes debent reduci ad concordiam, ne de periurio notentur. c. cũ tu, de testi. & l. sed & si possessori, & ibi Iacob. But. ff. de iureiur. & Bar. in l. 1. in fin. C. de vsufruct. & Alex. in l. diuortio, num. 6. & seq. ff. solut. matr. & Lallus de Tuscia in constit. Regni, In pecuniariis, num. 12. lib. 2.

5 Et vbicunque testes essent concordes in dicto principali, reduci possent ad concordiã in accessorio, vt probarent, & fidem facerent: vt voluit Alex. cum aliis aggregatis per eum, cons. 149. uiso processu inter Michaelem Dominici, num. 10. vol. 5.

6 Cæterùm aduerte, quoniam isti testes reducti ad concordiam non probant: & sic nemini eorum credendum esset in eo, in quo sibi ipsis contrariarentur, sed duntaxat concordia ipsa tolleret causam periurij, seu falsitatis: secundùm Bart. in d. l. 1. C. de vsufruct. num. 18. & in l. eos. ff. de fal. Glo. Ant. de But. Abb. & cæteros omnes, in c. in nostra, de testib. Ang. consilio 274. thema. super quo consilium petitur, tale est: vertitur causa, & quæstio, colum. pen. uer. 1. quia si contrarietatem inter eos, Roma. consil. 301. sub num. 9. & seq. & But. in l. cùm de ętate. ff. de probat. Dec. & Zasium in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. & Legistas omnes, in d. l. sed & si possessori. & Canonistæ ferè omnes, in d. c. cùm tu, præsertimque Fely. circa princ. dicunt magnum uerbum, quòd Legistæ communiter hoc tenent. & hoc idem audacter fatetur Alberi. in tract. de testib. in fin. num. 16. & seq. & Bertran. cons. 76. illud est indubitatum, sub num. 5. vol. 8. Hostien. uerò asseruit contrarium; uidelicet tales testes probare. & idem videtur concludere Bar. in rubr. C. si ex fal. instru. vbi tenet, quòd etiam testis improbè, seu impropriè loquens, probat. quorum *Cõis*
opiniones concordare nituntur cum communi ista Legistarum, But. & Imol. in d. c. cùm tu, & Alber. in d. tract. de testib. in fi. & Bolognet. in d. §. creditum, num. 16. & seq. & casu quo tibi non placeat consonantia, uel cõcordia hęc, noli discedere à dicta communi in consulendo, & iudicando, quæ in iure uerissima est, & nullam habet dubitationem. *opin.*

7 Sed aduerte, quòd si testes vtriusque partis discordes forent, non essent concordandi tunc, sed vnius partis tãtùm: vt per Alex. post Bart. in l. 2. §. fin. ff. si cert. peta. & per Glo. in c. si testes, in princ. 3. q. 3. & Alex. in l. 1. de oper. no. nunciat.

8 Secundò testis ipse manifestè contrarius, minimè reduci posset ad concordiam. Bal. in l. datæ. C. de accus. & Alex. cons. 132. uol. 1.

9 Tertiò ubicunque contrarietas reperiretur inter testes, & principalem offensum: tunc vtique nunquam illa reduci posset ad concordiam, etiam ad finem euitandi falsitatem: vt concludit in terminis Grammat. cum aliis quamplurimis aggregatis ibi per eum, consilio crim. 1. num. 7.

## SVMMARIVM.

1 *TESTES regulariter ad instantiam actoris ad æternam rei memoriam examinari non possunt ante litem contestatam.*

2 *Testes recepti ad perpetuam rei memoriam nihil probant, & eorum depositiones publicari non possunt.*

3 *Testes infirmi, senes, & absuturi examinati ad perpetuam rei certitudinem; si tempore comparitionis partis aduersæ, & litis contestandæ reuerterentur, vel viuerent, uel reperirentur in loco iurisdictio-*

nis

*nis, euanescerent eorum depositiones, & fumum facerent.*

4 *Testes examinari possunt ad instantiam actoris ad aeternam rei memoriam, quando subest aliqua causa vrgens, & iusta; vt quia testes sint senes, valetudinarij, vel de proximo recessuri, ita quòd uerisimiliter possit dubitari de eorum morte.*

5 *Arbitrio iudicis relinquenda est facultas examinandi testes valetudinarios, senes, & absfuturos longa absentia lite non contestata, cùm de hoc non possit dari certa doctrina.*

6 *Testes ad perpetuam rei memoriam semper examinantur ad instantiam rei ante litem contestatã: nec requiritur, quòd testes tunc sint ualetudinarij, senes, & abfuturi.*

7 *Testes senes, valetudinarij, seu absfuturi, in Regno ad aeternam rei memoriam examinantur, & publicantur, tam ad instantiam actoris, quàm rei.*

8 *Citatio partis requiritur, ubi examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, ad uidendum eorum iuramentum; dummodò non timeatur de potentia aduersarij: & ista citatio debet fieri ad domum ipsius partis aduersae. Sed quando fieret examinatio testium non solùm ad aeternam rei memoriam, sed etiam ad publicationem ipsorum testium; requireretur tunc citatio personalis. & num. 9.*

## OPINIO DCCCCXXII.

1 TESTIVM examinationem ad aeternam rei memoriam actor petere non potest, quando actoris vice fungitur, & agit de praesenti, & sic lite non contestata: secundùm Canonistas omnes communiter, in c. Albericus, & in c. significauit, de testib. & in c. quoniam frequenter, in princ. vt lit. non contest. & Legistas in l. lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquil. & Corn. consil. 119. colum. 5. & seq. uolu. 2. & cons. 172. colum. 2. eiusdem uol. Ang. in §. fin. in auth. de test. Alex. cons. 131. in fin. vol. 7. Ferrarien. in sua pract. Papien. in forma capitulorum, quando testes producuntur ad aeternam rei memoriam, Fulgos. cons. 138. colum. 11. & Dec. cons. 302. colum. 3. Cõis opin.

2 Imò ipsis testibus ad aeternam rei memoriam examinatis, nulla admodum fides adhibenda esset: nec eorum attestationes, ac depositiones publicari possent: vt doctissimè consuluit Ang. cõs. 233. punctus est, quaedam Domina Margarita sana mente.

3 Et eò magis hoc procederet, vbicunque infirmi, decrepiti, vel discessuri diuturna absentia, recepti in testes, ob timorem mortis, vel diuturnae absentiae, uel aliàs amissionis facultatis probandi, tempore compatitionis partis, & litis contestandae superuenirent, aut uiuerent, reperirenturque in loco iurisdictionis: tunc enim euanescerent eorum depositiones, nihilque probarent, sed duntaxat fumum facerent: vt firmat, & probat Octauian. Vestrius in sua pract. lib. 6. tit. de testibus, ac eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia, col. 2. fol. par. 85.

4 Bar. verò in auth. sed & si quis. C. de testibus, firmauit, ut actor ipse, etiam si non sit in sua potestate agere, petere examinationem testium non possit, nisi dubitetur de morte, uel absentia eorum, & sic quòd adsit timor mortis, aut absentiae diuturnae. & cum eo sentiunt Ang. & Bald. ibi, & Felyn. in d. c. significauit, colum. fin.

5 Et hoc ait relinquendum esse iudicis arbitrio, Alex. de Neuo, cons. 44. num. 5. & seq. ubi docet istam communem opinionem fore. Cõis opin.

¶ Sed contrarium expressè, uidelicet, quòd quando non est in potestate actoris agere, omnes testes recipi debeant, firmauerè Gloss. & Abb. in d. c. significauit, colum. pen. Io And. in add. Specul. in tit. de teste. §. nunc tractemus, Saly. in d. auth. sed si quis, Imo. in d. c. quoniã frequenter, & Capic. decis. 123. num. 6. & seq. vbi appellat istam sententiam aequiorem, communiorem que fore. Cõis opin.

6 Sed his stantibus cõcludendum est, quòd secus est, quando testes examinarentur ad perpetuam rei memoriam pro parte rei: quia tũc talis examinatio, & publicatio ualeret, & teneret: vt in d. c. significauit, & in d. c. Albericus, & in d. l. lege Aquilia, vbi Doct. communiter hoc firmant. Imò in praesenti casu non requireretur aliquo modo, quòd testes ipsi essent valetudinarii, senes, & absfuturi: siquidẽ non est in potestate rei, sicut actoris, quando res in iudicium deducatur: secundùm Alexã. in d. cons. 131. in fin. Fely. in d. c. significauit, Fulgos. in d. cons. 138. colum. 2. Dec. cons. 302. & Corn. in d. consilio 119. & in d. cons. 172. colum. 1. vbi apertè deducit istam esse communem opinionem. Cõis opin.

7 At in Regno Neap. indifferenter ipsi testes senes, valetudinarii, & absfuturi examinantur, tam ad instantiam actoris, quàm rei, & eorum depositiones publicantur. tex. est in constit. probationum incursibus, vbi Glo. Afflict. num. 1. & alij Doct. Regnicolae, & ita quotidie practicatur in ipso Regno.

8 Et aduerte, quòd citatio partis non requiritur, vbi agitur de examinatione ipsorum testium ad perpetuam rei memoriam: secundùm Hostien. Io. And. Fely. colum. pen. in d. c. quoniam frequenter. caeterùm hoc haberet locum, quando timeretur potentia aduersarij, seu aliqua alia iusta causa occurreret; secus autem si nulla causa adesset: tunc enim deberet pars citari in huiusmodi examinatione testium ad perpetuam rei memoriam. siquidẽ regulariter in tali examinatione debet interuenire

uenire ipsius partis citati o.ita probat text. in d.c.significauit,& not.Glos.Innoc. & Abb. in d.c.Albericus,& Maria.Soci.in repet.rubr.de dilat.fol.13.in uer. 13.

9 Et ista citatio sufficit, si fieret ad domum ipsius partis.d. c. quoniam frequenter. & notat,optimeque explicat Fely.in d.c.significauit,num.3. Et hoc non mirum est, quia testes ad æternam rei memoriam, via extraordinaria,& indirecta producuntur. Tamen vbicunque receptio testium, nedum facta sit ad perpetuam rei memoriam,sed etiam ad publicationem ipsorum testium: tunc requireretur citatio personalis, nec sufficeret citatio ad domum.§.pen.in auth.de test. Fely.in d.c. significauit,sub num.3.& seq.& Rolan.à Valle.consilio 23.ex testibus examinatis, num. 22. vol. 3.vbi reddit congruam rationem diuersitatis. & est tex.in Regno Neap. in constit.Probationum incursibus,lib.2. tit. 35. vbi disponitur, quòd testes senes, valetudinarij, & absfuturi produci,ac recepi possint ante litem contestatam,præsente tamen parte aduersa,vel contumaciter absente.& consequenter ipsa constitutio requirit citationem personalem aduersarij ad videndum iuramenta testium senum, vel ualetudinariorum,vel absfuturorum longa absentia.Sed si citari idem aduersarius non posset, conueniri debeat intra annum à tempore,quo conueniri potuerit, vel saltem sibi huiusmodi receptio facta denuncietur; aliàs talis receptio esset nulla,& ibi Afflict.sub nu. 5. & seq.ubi hoc vtiliter limitat.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES ante litem contestatam produci non possunt.& si producantur, eorum dicta non recipiuntur aliquo modo.*

2 *Testes in quibus casibus, & quomodò examinari queant lite non contestata in Curia Romana.*

3 *Testes ad perpetuam rei memoriam lite nondum contestata recipi possunt contra aliquem, qui citari non posset: sed debet posteà infra annum, vel conueniri, vel talis denunciatio fieri, aliás huiusmodi attestationes testium nihil ualent.*

## OPINIO DCCCCXXIII.

1 TESTES ante litem contestatam produci non possunt:& producti, eorum dicta nõ recipiuntur,nec probant, sed bene post contestationem litis prædictæ.c.quoniam frequenter,vt lite non contest.vbi hoc firmat, & tenet Ioan.And Inno.Ant.Butrig.& Imo.Bartol.in l.de ætare,num.2.ff.de minorib.Glo. in auth.sed si quis.C.de testib.Fulgos.cons. 163. colum.4.Alex.consilio 180.num. 7. vol. 2. & cons.71.in princ.vol.4. & Lanfran. in c. quoniam contra,in uers.Testes,num.33.& seq.de probat. ubi fatetur istorum opinionem esse cõmunem: & eam approbat, & utiliter limitat in 13.casibus. Soc.in tract.fallentiarum, in regul.242.incip.Lite non contestata,Abb. in c. fin.vt lit.non contest.Lanfran.in loco præmisso,& Octauian.Vestrius in sua pract.lib 6.tit. de testibus,& eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia, colum. 2. vers.Rursus finge,quòd si pars citaretur,folio paruo 85. Cõis opin.

2 Vbi in casibus, in quibus testes recipi possent lite non cõtestata,ostendit,ac allegat stylum, seu practicam Curiæ Romanæ introductum ad euitandum fraudem, quòd ipsis testibus absfuturis in ea præstetur, atque præstari debeat duplex iuramentum; vnum de futura absentia, & aliud de ueritate dicenda. Quod vtiliter declarat, ac explicat etiam Rolan. à Valle cons.23.ex testibus examinatis,sub numero 12.uol.3.

3 Et licèt testes regulariter examinari nequeant lite non contestata;tamen quando reciperentur, examinarenturuè ad perpetuam rei memoriam contra aliquem,qui citari non posset;vtique fieri, & concedi regulariter permitteretur absque dubio aliquo: vt uoluit Sebastia.Sapia in l.de ętate.num.14.ff.de mino. & Arius Pinelus in l.1.num.78.in 3.par.C.de bon.mater.sed debet postea infra annum, vel conueniri, vel ei talis denunciatio fieri; aliàs huiusmodi attestationes, & depositiones testium de rigore validæ non censebuntur: secundùm Doct.mentionatos,& Afflict.in constitutio.Probationum incursibus,lib.2.ti.35. sub nu.5.& seq.per tex.ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS, illud, quod deposuit in iudicio, non potest in alterius præiudicium,ac damnum retractare, etiam si mortis tempore assereret falsum testimonium dixisse: quia ex eius dicto quæsitum est ius parti, quod contrario dicto ipsius testis tolli non potest.*

2 *Vulnerati assertio, qua in mortis articulo fatetur se à Sempronio fuisse percussum, vtrum probet, & sufficiat ad quæstionem,& torturam.*

3 *Vulnerati morientis assertio,qua fatetur se non extitisse vulneratum ab inquisito, ipsum adeò releuat, vt non possit etiam ex legitimis indicijs torqueri.*

4 *Iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Baldi: quia ubi non habet contradictorem maximæ est authoritatis.*

5 *Baldi opinio magna est in practica: Imò ipsa opinio Baldi minor non est opinione Bartoli: quia Baldus*

*fuit*

*fuit vtriusque iuris vnicus professor; fuitque etiã Illustrissimus Doctor.*

6 *Confessio offensi, etiam constituti in mortis articulo, sicuti non nocet offendenti, accusato, vel inquisito: ita similiter confessio notarij etiam in extremo vitæ constituti, asserentis falsum commisisse, nihil operatur.*

7 *Confessio iudicis, etiam in articulo mortis constituti, asserentis se iniquam protulisse sententiam, non valet, neque probat.*

## OPINIO DCCCCXXIV.

1 TESTIS illud, quod deposuit in iudicio, nõ potest in alterius præiudicium, ac dãnum retractare, & in fringere; etiã si mortis tempore asseueret falsum testimonium dixisse: secundum Bal. in l. generaliter. C. de non num. pec. vbi Saly. Bar. in l. si quis in graui. §. 1. per illũ tex. ff. ad Sillan. Ias. in l. 1. colum. 2. ff. de eo. per quem factum erit, Aret. & Fely. colum. 1. in c. si cut nobis, de testib. & in c. exhibita, col. 2 de homic. Et licèt de hoc dubitent Roma. & Igneus, in d. l. si quis in graui. §. 1. & Marsil. in rub. ff. de fideiuss. num. 41. tamen opinio Bar

Cõ op. to. & aliorum communis est. teste Alexã. in l. sciendum, colum. 12. ff de uerb. oblig. Dec. cõsilio 175. nu. 7. & Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. c. 4. num. 7 & Ioan. Bapt. Plot. in rep. l. si quando, num 651. C. vndè vi. à qua quidem communi in iudicando, & consulendo fatuũ equidem esset discedere: quam sequitur etiã Ang. in l. mater. C. de calumniat. & cons. 308. factum est tale, Christophorus Petri conductor dacij vini, colum. 2. sub vers. De secundo ad tertium dubium principale. Alex. cons. 14. vol. 3. nu. 5. & Bertran. cons. 137. lib. 2. col. 11.

¶ Quod etiam amplificatur, vt fortiatur locum, etiam si testis ipse in mortis articulo constitutus suscepisset corpus Christi. ita Bal. in tit. de pac. Constan. §. vasalli. el 1. in fin. Et hoc probatur ex eo, quia ius quæsitum ex facto testis parti non est: nec esse potest in facultate ipsius dicendi aliquid, propter quod ius quæsitum tollatur: secundùm Doct. in d. l. si quis in graui. §. 1.

2 Vbi responsum est assertionem vulnerati, dicentis, etiam in mortis articulo à Sempronio se percussum fuisse, non probare aduersus Sempronium; quamuis contrarium opinetur Iacob. de Belui. in pract. crim. in ti. de indiciis, 12. indicio, Marsil. in sing. 515. & in sua pract. crim. §. Diligenter, num. 119. ea potissimùm ratione: quia nemo in mortis periculo præsumitur propriæ salutis immemor. l. fin. C. ad l. Iul. repetun. Sed Marsil. in locis supracitatis, mordet Marcus Ant. Blancus, in tract. de q. numero 390. cui suffragatur Glos. in d. l. mater, quę Glo. assertionem defuncti appellat vilem præsumptionem. Maior tamen pręsumptio oriretur ex his, quæ quis respondisset, ac depo suisset tempore mortis, si ea depositio fieret publica iudicis authoritate, & iuramento præstito: vt sentiunt Roma. Angel. & Igneus, in dicta. lege si quis in graui. §. primo. licèt adhuc ad quæstionem non sufficiat.

3 Si uerò, nota, vulneratus in extremis humanę vitę cõstitutus, fateatur se nõ extitisse à Sẽpronio vulneratum, proderit certè hoc testimonium plurimum ipsi Sempronio: vt concedit Glo. in d. l. si quis in graui. §. 1. adeò vt tor queri non posset ipse Sempronius, etiam ex legitimis indiciis: secundùm Bal. in l. 1. vbi Ias. C. commun. de lega. Alex. consil. 14. vol. 3. numero 2. & cons. 1. num. 16. vol. 3. Marsil. sing. 11. & 22. Gerar. sing. 55. & Alciat. in tract. de pręsumpt. regul. 3. cap. 4. circa finem. qui admonet non esse in practica seruandam hanc Bald. opinionem, vbi indicia vrgentia forent. Vndè ego pro nunc amplector, sequorque opinionem Bal. tanquàm in iure verisimam; Imò dum eram iudex in Ciuitate Terami in anno 1561. bis occurrit, & euenit mihi in facto iste casus, & semper iudicaui secundùm dictam opinionem Baldi.

4 Quia tutum, & irreprehensibile est iudici secundùm opinionem Bal. iudicare; maximè si contradicentem non habet: attestante Dec. cons. 283. col. 2.

¶ Et iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Bal. vt voluit Alex. post Fulgo. quem refert Bolognet. cons. 1. colum. 9.

5 Et sic in causis decidendis non est parua authoritas Bal. vt refert Paul. de Cast. consil. 152. viso puncto, col. fi. lib. 2. Alex. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthum. Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur. Grauet. cons. 166. licèt plurimi, nu. 4. & Gram. cons. ciuili. 31. Redemptoris gentium, nu. 16. & seq.

¶ Imò authoritas Bal. non est minor, quã authoritas Bartoli. teste Christophoro de Castelliono cons. 58. factum tale proponitur, numero 49. posito inter consilia ad causas vltimarum voluntatum, uol. 1. & Cotta in memo rali, in uer. Iuris ciuilis scientiam, col. 14.

¶ Nam fuit ipse Bal. vtriusque iuris vnicus professor: ut in medium exposuit Ang. consil. 35. consil. 59. cons. 69. cons. 88. & cons. 188.

¶ Fuitque etiam idem et Bal. Illustrissimus Doctor: vt exarauit Dionysius de Barigianis, cons. 41. num. 13. 26. & 43. & cons. 44. num. 2. & Francis. Bonoræ cons. 46. num. 19. positis inter consilia ad causas vltimarum voluntatum, vol. 1.

6 Et quemadmodum confessio in articulo mortis

mortis facta per offensum non nocet aliter inculpato de crimine.d.l.si quis in graui.§.1.& ibi Bart. Ang. & alij, & Marsil. in prænotato sing.22.post princ.Ita parifotmiter confessio notarij asserentis in mortis articulo falsum commisisse, uel falsum confecisse instrumentum, nihil operatur. ita Spec.In tit.de instru. edi.§.postremò,uers.Sed nunquid, Bal.in d.l. generaliter,in vltimo notab.& in authē.si dicatur.C.de testib.colum. 11.uers. Sed quid si testis,& Paul.Castrens.in l.Seia. ff. ad Velle.

7 Imò eadem ratione confessio iudicis etiã in extremo vitæ constituti,asseuerantis se tulisse iniquam sententiam, minimè valet, neque tenet, nec vllo modo probat:ut uoluit Innoc.in c.non fine, in Glo. sua, in ver. Clerici, de arbit.

## *SVMMARIVM.*

1 *REPVLSA testiũ criminosorum non est proponenda, alleganda, & articulanda in genere, sed specificè, & sigillatim.*

2 *Testium crimina, & defectus proponens in iudicio ad finem illos probandi, & non probans, conueniri potest actione iniuriarum: secus si obiectus prædictos probaret.*

3 *Testium crimina, defectus, & infamiam opponens in Regno, & non probans saltem semplenè, vel per famam publicam, punitur, & condemnatur pœna duorum aureorum.*

4 *Pœna, ad quam condemnantur opponentes, & non probantes defectus, & crimina testium, applicatur fisco, & non parti.*

5 *Iniuria non præsumitur illata in dubio: et sic vbicunque est dubium an quis fecerit causa iuris sui conseruandi, vel aliquẽ iniuriandi, præsumendum est, quòd causa iuris sui conseruandi.*

6 *Testium crimina obijciens in termino concesso ad repulsam, & non probans; in Regno tenetur soluere pœnam decem ducatorum. Sed si citra infamiam proposita extent capita repulsæ, vel ipso termino vsus non sit obijciens, tenetur tunc soluere duos aureos.*

7 *Testes repulsati non faciunt indicium ad torturam.*

8 *Indicia ad torturam contra reum penitus tolluntur per quodlibet indicium, seu coniecturã ad ipsius rei fauorem in processu ostensam.*

9 *Fama bona rei probata, penitus certè tollitur præsumptio delicti, etiam quòd contra reum ipsum extarent producta in processu alia indicia, & mala fama.*

10 *Testes super inhabilitate ex homicidio proueniente, in alio iudicio, & inter diuersas personas examinati, faciunt fidem in quocunque iudicio.*

## OPINIO DCCCCXXV.

1 TESTIVM criminosorũ repulsa, seu exceptio non in genere proponenda, alleganda, & articulanda est, videlicet, quòd testes ipsi sunt excommunicati, periuri, homicidæ, adulteri: sed specificè, & sigillatim proponi debent locus, & tempus delictorum commissotum per testes criminosos: causæ omnes infamiæ, & aliæ circumstantiæ dictorum criminum: secundùm Bart. Bal. Alex. Fran. de Aret. & Ias. colum.4. in l. 1. C. de testa. Innoc. ante omnes, in c. præsentium. §. testes, de restib. lib. 6. quem sequitur ibi Archid. & Francus. Bart. Ang. & Alber. in l. prætor edixit. ff. de iniut. Saly. in auth. si dicatur, colum. peu. C. de testib. & Roma. cons. 290. in princ. & istam opinionem non obscurè deducit esse communem præclarissimus D. Pet. Follerius, in sua pract. crimin. in uer. Si confitebuntur, numero 60. & seq. & magis communem asseuerat Boer. decis. 321. vbi refert ita fuisse iudicatum in Senatu Burdegalensium. *Cōis opin.*

¶ Contrariam uerò partem tenuerunt aliqui Doct. congesti per Pomatem, in addit. ad Bar. in d.l.1. colum. 2. & Boer. in præallegata decis. num.1. Tamen quicquid isti Doct. suadeant contra communem, ob hoc in practica ab ea non esset tutum recedere; quam sequuntur optimo iure infiniti Doct. in variis locis iuris nostri, Rota Roma. decis. 252. cum tribus seq. in nouis, Grammaticus decis. 11. num. 11. & decis. 34. num. 49. & Berttan. cons. 152. libellus, quem obtulisse, & produxisse legitur, sub nu. 9. & seq. uol. 8.

2 Et dato, nota hìc perpetuò, quòd quis opponeret defectus testium contra se examinatorum, vtputa, quòd sunt excommunicati, infames, & homicidæ, & similes actiones iniuriarum, conueniri nequit aliquo pacto; dummodò huiusmodi testium defectus probentur, & veri appareant: secundùm Bal. Ang. Alexã. & omnes in l. fin. ff. quod quisque iur. vbi aiunt istam esse communem opinionem, & Iaffredus Lanfrancus in decis. 395. Boer. cons. 4. numero 21. & seq. 24. 35. & 37. & Corasius in miscellaneis iuris ciuilis, lib. 6. c. 24. num. 1. cum aliis seq. vbi accuratissimè explicat, & declarat huiusmodi sententiam. *Cōis opin.*

3 Sed in Regno Neap. obiiciens, ac opponens defectus, & crimina ad infamiam testiũ, & ea non probans saltim semiplenè, vel per famam publicam, punitur, cōdemnaturque ad solutionem decem tarenorum, id est duorum aureorum. tex. est in pragmatica, exordiente, Crimina, & defectus, vbi Glo. & Io. Franc. Scaglionus, & Annibal. Troysius Cauensis. Et

dum defenderem Sanctem de Comitibus de oppido Tornepartis comitatus Aquilæ, de anno 1574. qui obiecerat tanquàm procurator, & procuratorio nomine aliquos defectus contra quandam mulierem, occasione eam repulsandi vti testem in curia eiusdem Castri. & licèt probasset procurator iste semiplenè infamiam antedictæ mulieris; extitit nihilominus condemnatus per Magnificum D. Fabiū Victorium conciuem meum in ducatis viginti soluendis, & applicandis Curiæ prædictæ, & parti. Sed ilthæc sententia tanquā contra præmemoratam pragmaticam promulgata, extitit postmodum reformata, & reuocata per circumspectissimum D. Camillum Benedictum iudicem secundarum causarum, & similiter compatriotam meum; & ptouisum etiam, vt solummodò solueret Curiæ memoratæ ducatos duos: & optimè quidem, & religiosè prouidit talē pœnā applicandā fore dūtaxat fisco.

4 Siquidem huiusmodi pœna de iure applicatur ipsi fisco, & non parti: secundùm Annibalem Troysium cum aliis Doct. aggregatis per eū, in d. prag. Crimina, & defectus, nu. 4.

5 Nā propter oppositionem huiusmodi criminū aduersus restes minimè probatā, videntur rantū offendi aures iudicis: & ipsi restes, stantibus defectibus, & criminibus cōtra eos propositis occasione repulsæ, & non probatis, minimè offenduntur, ex quo non videtur iniuriam facere, qui suo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. l. factū. §. non uidetur, & ibi Doct. ff. de reg. iur. Imò in dubio quis præsumitur tales defectus contra testes proposuisse in iudicio causa iuris sui conseruādi, non autē aliquē iniuriandi: vt peritissimè cōluluit Old. cons. 53. consueuit dubitari, nu. 2. cū aliis seq.

6 Et quamuis præcitata pragmatica, Crimina & defectus, parùm in vsu sit, attestante ibi Ioanne Francisco Scaglionoin prin. tamen hodie circa materiā hanc rationabiliter fuit promulgata altera pragmatica in ipso Regno per Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Cardinalem de Granuela, sub die vltimo mensis Martij 1574. incip. Quotidie apud nos multi conqueruntur actores, ante fi. in qua disponitur, ꝙ si obiectus aduersus testes in termino concesso ad repulsam per opponentē non probentur, teneatur soluere pœnam ducatorum decem. Si verò citra infamiam proposita extant capita repulsæ, uel termino vsus non fit obijciens, tenetur soluere duos aureos. & ipsę pœnæ indubitanter, & irremissibiliter exigūtur ex dispositione d. pragmaticæ. Quotidie, ab illis qui repulsam petierint.

7 Cæterùm aduerte, ꝙ testes contra aliquē in causa criminali recepti, examinatiq;, etiam quòd repulsati forent, presumptionē facerēt. vt concedit Gram. cōs. crim. 1. sub nu. 5. ex intentione Inno. in c. præsentiū, circa fi. de testi.

¶ In contrariā uerò sententiam tanquàm tutissimā, sacrosanctissimamq;, videlicet, ꝙ testes repulsari non inducant aliter indicium ad torturā, inclinauit Bart. in l. 3. ff. de re mil. & in l. maritus. ff. de quæst. Bal. in l. cū probatio, & in l. matris. C. de prob. Abb. in d. c. præsentiū, And. de Iser. in cōst. Regni, Vsurariorū, de vsur. punien. ver. Idē si probetur, & in cōst. Pessimā, & in c. 1. qui testes sunt necessarij, in vsib. feu. Afflict. in const. Prosequentes, in 10. not. Io. Ant de Nigris in c. Regni, in c. Vulgaris, & Marsil. in sing. 198. Testis, qui nō debet examinari, circa medium, & est tex. in l. si prætor. §. Marcellus. ff de iud.

8 Et rāro commodius, faciliusq; hoc locum sortiretur, vbicunque constaret de bona qualitate, fama, cōditione, & vita inquisiti. ita Boss. in tit. de mand. ad homic. num. 44. vbi adiicit etiam, ꝙ non solùm hoc procederet, quando concurreret ipsa bona fama, sed ubicunque etiā adduceretur, probareturq; aliud quodlibet indiciū, & coniectura ad rei fauorē. & sequitur quoq; Ias. in l. 1. in fi. C. comm. de leg. Gram. voto 3. n. 20. & cōs. cri. 15. sub n. 4. & 5.

9 Et inde est, ꝙ per ostensionem, probationemuè bonę famę ita eneruantur, atq; tolluntur indicia, vt tunc meritò quidē procedi ad torturā nequeat modo aliquo, etiā ꝙ contra inquisitū pręcederēt, & insimul concurrerent mala fama, & indicia. ita Gram. in locis prænotatis, Gand. in ti. de præsum. il 1. n. 15. Arnō. soliloq. 37. Iul. Clar. in prac. crim. q. 60 uer. Frequens, illustris D. Pet. Calaphatus pręceptor, & ꝓmotor meus, cōs. 102. adsit Deus, sub nu. 14. cū aliis seq. & Hippol. Rimi. cons. 106. formata fuit inquisitio, sub nu. 17. quæ quidem consilia reperiuntur inter consilia crim inalia in 1. uol. primo loco impresso in fol. par.

10 Itaq; cōcludo ex his omnibus, ꝙ nunquā omitti deberet repulsa testiū, tā in causis ciuilibus examinator ū, quā in criminalibus, tanquā res maximi quidē momenti, & species defensionis. Nā testes super inhabilitate ex homicidio ꝓueniente, scaturienteq;, in alio iudicio, & inter diuersas psonas examinati, faciūt fidem etiam in quocunque iudicio. ita Caput aquens. decis. 259. libro 1.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIO contra personas, vel dicta testium ante aperturam ipsorum testium opponi debet, non autem post publicationem.*

2 *Protestatio debet fieri contra persona s testium, & dicenda per eos tempore quo comparent procuratores, seu principales visuri iuramenta testium, seu quandocunque in alio actu ante publicationem: sed vbicunque talis exceptio nouiter superueniret ad notitiam partis post publicationem, admittere-tur, si pars ipsa, quæ nihil opposuit ante publicatio-nem*

*nem contra testes post publicationem iuraret, hoc ex malitia non egisse.*

3 *Testes sibi inimicos capitales allegans contra quem producti sunt, offerendo in promptu verificare audiẽdus est, & supersedendũ erit interim in tortura.*

4 *Exceptio contra personam, & dicta testium, quòd sunt infames, vel excõicati, reseruatur per iudicẽ in fine iudicij: nisi pars obijciens talem exceptionẽ contra testes vellet illam incontinenti probare; quia est audienda, si habet probationes in prõptu.*

5 *Testes non reiecti, & repulsati in prima instantia, non possunt de iure ciuili repulsari in secunda instantia appellationis; secus de iure canonico.*

6 *Exceptio contra personas testium non potest opponi post sententiam in secunda instantia appellationis in casibus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam, vt in causis matrimonialibus.*

7 *Protestatio contra testes, quòd sunt infames, & criminosi, sufficit fieri simpliciter: nec protestantes tenentur opponere, seu exprimere, quòd ita communiter tenebantur, & reputabantur.*

8 *Exceptio tu non potes esse procurator non opposita in prima instantia, sed in secunda, & admissa absq; appellatione operatur.*

## OPINIO DCCCCXXVI.

1 *Testis* CONTRA testes exceptio ante aperturam testium opponi debet, nõ autem post, & specialiter: vt eleganter per Bar. in l. 1. colum. fin. C. de testib. & inibi Bal. & alij *Cõis opin.* cõiter. & ita tenet arguendo Ruin. conf. 33. col. 5. circa fin. uol. 4. & oẽs Canonistæ hoc idẽ firmant & concedunt audacter, in c. deniq;, de excep. quorũ opin. sequuntur, declarant, & attestãtur Mod. in d. c. deniq;, & Dec. ibi, nu. 12.

2 Et hinc inoleuit practica, qua quotidie utuntur procuratores, vt tempore quo compa rent visuri iuramenta testium, protestantur contra personas testium, & dicenda per eos. Sed quandocunque in alio actu ante publicationẽ potest fieri dicta protestatio: vt c. præsentium, de testi. & ibi Franc. de Aret.

¶ Sed dicta communis interpretatur non procedere vtiliter, secundùm Alex. conf. 152. viso processu causæ matrimonialis, sub numero 15. uol. 5. vbicunq; pars, quæ nihil opposuit ante publicationẽ contra testes, post publicationẽ iuraret, ꝙ hoc ex malitia nõ fecit, vel ꝙ huiusmodi exceptio nouiter superuenit ad eius notitiam: tũc enim admitteretur ad opponendum contra testes absque dubio aliquo.

3 Imò plus dic, ꝙ exceptio contra testes inimicos potest opponi, & allegari coram iudice antequàm eorum dicta recipiantur. verbi gratia, Titius opponit examinatori testẽ examinandum contra ipsum esse suum capitalẽ, & capitalissimum inimicum. in huiusmodi, casu debet receptio illius testis differri, & interim capi per indicem illius causę informatio super huiusmodi inimicitia: vt per Bart. in auth. si dicatur. C. de testi. cuius opinionem vl- *Cõis opin.* tra Saly. sequuntur omnes alij Doct. ibi communiter, & de ista communi attestantur apostillantes Bar. inibi, & Petrus de Benintendis in decis. 7. obijciebatur, vbi ait ita in Rota Bononiensi conclusum extitisse.

¶ Et hoc idem obseruari communiter uidetur in delinquente torquendo: siquidem si tunc opponeretur ratione inimicitiæ aduersus testes producendos contra dictum delinquentem: eo casu proculdubio debet differri, & supersederi hæc testium receptio, vt recipiãtur prius testes ad probationẽ inimicitię præfatæ; dummodò ipse excipiens statim, & incõtinenti se probaturum offerat. §. si uerò quis dicat, in auth. de testib. vt tenet Fely. in c. ex parte, colum. fin. ext. de testib. & alij Doct. passim in iure nostro, & Grammat. in uoto 4. sub nu. 28. & seq. post And. de Iser. in constit. Regni, Humanitate, relatum ibi per eum.

4 Idem videtur dicendum in teste infami, vel excommunicato. nam licèt inquisitus dicat testes examinandos contra ipsum esse infames, & exeõmunicatos, non ob hoc retardatur examinatio illorũ testiũ, sed illa exceptio reseruatur in fine iudicij: secũdùm Doct. in c. interposita, de app. in princ. & in l. si is à quo. ff. ut in possess. leg. & Specul. in tit. de teste. §. 1. vers. Quid ergò si præmissa deijciẽs &c. Tamẽ hoc fallit secundum eum, nisi pars obijciens prædictam exceptionem contra testes, vellet incontinenti illam probare: quia est audienda si habet probationes in promptu: vt per Spec. latè in loco de quo supra.

5 Sed aduerte hic perpetuò, ꝙ repulsa, teprobationesuè testiũ, qui dixerũt testimoniũ in prima instantia, & ante sñiam, non sunt admittendæ in causa appellationis: & sic in ipsa appellationis causa nullo pacto admittitur repulsa: adeò ꝙ qs reprobare testes debet in prima instantia, & in negocio principali; quoniã posteà non admittitur in causa appellationis: secundùm And. de Iser. in constit. Iurisperitorum, nu. 6. & Guid. Pap. decis. 500.

¶ In contrariam uerò partem inclinarunt in uer. Per sententiam, Abb. & Fely. col. 2. in c. 1. de except. Afflict. in d. constitut. Iurisperitorum, & Abb. in c. super eò, de testi. & istam sententiam reor magis cõem fore; quam seruari *Cõis opin.* in Regno Franciæ asserit Guid. Papæ in d. decis. 500. Sed tamen primã opinionẽ veriorẽ, tutioremq; reperio, atque eam receptã extitisse in Sacro Regio Concilio Neap. teste Afflic. decis. 266. & sequitur Couarru. in sua pract. in c. 18. sub nu. 5. & Maran. in tract. ind. in 6. par. in 13. actu, de testium repulsa, nũ. 13. fol. par. 147. vbi recitat ita practicam Regni Neapol. opinionem Andr. de Iser. admisisse: quã inibi limi-

limitat, atque declarat. & in effectu ea procedit de plano in foro ciuili, in causis ciuilibus. Altera uerò opinio Glos. & Canonistarum in d.c.1.de except. contraria procederet quippè in foro canonico, & in causis spiritualibus.

6 Sed hęc sententia Canonistarum limitatur vtiliter quidem non procedere in causis, in quibus sententia non transit in rem iudicatam, vt in causis matrimonialibus. c. lator prę sentium, ext. de sent. & re iud. & tunc profectò exceptio contra personas testium opponi non posset post sententiam; & sic in secunda instantia appellationis ipsi testes repulsari nequirent modo aliquo: vt firmat, & probat Abb. in d.c.1.nn.10.de excep. & ita extitit iudicatum me patrocinante de mense Februarij prę sentis anni 1575. per peritissimum, & accuratissimum D. Iosephum de Rusticis conciuem meum, tanquàm consultorè deputatum à iudice delegato à sede Apostolica in causa matrimoniali uertente inter Ioannem de Roncetta de Aquila, & Iacobam filiam Francisci Mariæ de Celiis de Nursia, eius prætēsam uxorem, non posse testes in prima instantia præsentis causæ receptos contra ipsum Ioannem reijci, & repulsari per eum in secunda, seu tertia instantia eiusdem causæ.

7 Aduerteq; etiam, q opponens, seu protestans contra ipsos testes, solummodò obijcere, ac opponere tenetur, q erant infames, & criminosi. Et nec tenetur in protestatione opponere, seu exprimere aliquo modo, q ita cōmuniter tenebantur, & reputabantur: secundùm Alex. in d. consi. 152. sub nu. 15. & seq. vbi ait istam esse communem opinionem.

Cōis opin.

8 Et aduerte denique, quòd quemadmodū exceptio non opposita contra personas, & dicta testium in prima instantia, potest opponi de iure saltim canonico in secunda instantia: ita etiam si pars nihil opponat in ipsa prima instantia; exceptio prætermissa, & non opposita in prima instantia poterit opponi in secunda, uidelicet tu non potes esse procurator. Quod sanè intelligendum est, quando appellatum non fuerit ab admissione exceptionis huius ad eam repellēdam: secundùm Roma. qui ita consuluit, cons. 384. in casu propositę consultationis breuiter dicendum, hunc sacerdotem, nu. 4. vbi allegat, & assignat concludentem rationem: quam reassumit ibi in add. in litera A. Horatius Mandosius.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS examinatio in causa ciuili per iudicem recipi debet, non autem per notarium, nisi præcedat commissio iudicis.*

2 *Iudici sunt fiendæ probationes.*

3 *Confessio facta coram tabellione absque iudicis presentia non prejudicat.*

4 *Confessio facta coram iudice ad hoc vt prejudicet, debet fieri iudice sedente pro tribunali,*

5 *Confessio facta coram notario maleficiorum, uel coram iudice, non in figura iudicij, & sic in camera, non sedente pro tribunali, non prejudicat quò ad condemnandum.*

6 *Confessio facta iudici in camera, & non sedenti pro tribunali, facit sufficiens indicium ad torturam: quia illa valet vt extraiudicialis.*

7 *Confessio facta coram iudice incompetente valet in vim confessionis extraiudicialis, & facit sufficiens indicium ad torturam.*

8 *Confessio extraiudicialis in causa ciuili facta, etiam extra banchum iuris, coram iudice, plenè probat.*

9 *Confessio probata per vnum testem, non facit semiplenam probationem.*

10 *Confessio non probatur per testes singulares.*

11 *Confessio facta in iudicio probatur etiam per testes.*

12 *Confessio à testibus probanda non admittitur elapso termino ad probandum præfixo.*

13 *Tabellio, seu notarius non potest de consensu partium sine iudicis presentia recipere dicta, & iuramenta testium, nulla facta prius sibi commissione per ipsum iudicem. Nam recipere pertinet ad iudicem, scribere autem ad notarium.*

14 *Notarius non potest recipere confessionem sine iudicis commissione.*

15 *Notarius non potest dare acta parti illa petenti sine iudicis commissione.*

16 *Notario probationes fieri nequeunt sine mandato iudicis.*

17 *Testium examinatio potest recipi per notarium ex commissione iudicis, si talis commissio sit facta ex causa.*

18 *Testes examinati, non constito de commissione examinis, nec de iuramento testium, etiam per ipsum met notarium, dicuntur nulliter examinati.*

19 *Testis examinatus per notarium sine iudicis præsentia, vbicunq; commorabatur ipse testis in partibus valde remotis, uel erat in mortis articulo constitutus, probabit, & eius dictum efficax erit, saltem ad præsumptionem aliquam inducendam.*

## OPINIO DCCCCXXVII.

1 TESTIVM examinatio in causa ciuili per iudicē recipi debet, non autem per notarium, quia notarius de iure absque iudicis commisione non potest testes examinare, cū ad iudicem examinatio pertineat. teste Glos. vbi Doct. not. in l. hac consultissima. §. fin. in ver. Depositiones. C. qui testa. face. poss. in l. iubemus. *la prima*. C. de libera. causa, & est text. secundùm vnam expositionem Gloss. in l. solam. C. de testib. & Gloss. in l. current. ff. eodem titulo. & ita hoc pro regula tradit

Bal.in c.si quis testium,de testib. & Fely.in c. cum causam,numero 26. de testib.

2 Pro qua quidem regula facit, quod dicitur,quòd probationes sunt faciendæ iudici. l. quinquaginta.ff. de probatio. & habetur in l. eos,& in l.si quando.C. de testib. not. Dec. in rubric.extra de probat.sub numero 15.& sequen. & Marsil. in repet. l. fin. folio 52. C. de probat. & in l. 1.col.2.ff.de testib.

3 Et facit Gloss.not.in d.l.iubemus, asseuerans, quòd confessio facta coram tabellione absque præsentia iudicis non præiudicat.

4 Et prorumpit etiam ibi Salyc. quòd si talis confessio fieret coram iudice, ad hoc vt præiudicet, debet fieri in iudicio apud tribunal,iudice sedente pro tribunali. & hoc idem voluit Bartol. in l. 1. colum. 1. C. de confess. Dec.in c.ar si clerici, sub numero 144.de iudic.& Maranta cum aliis signatis per eum, in tract.iudiciorum,in 6.par.in 5.actu de confessione,numero 30. fol.paruo 134. vbi deducit istam esse communem sententiam,& Ioan.de Amicis etiam conf. 129.otitur dubium,nu.9.

Cōis opin.

5 Cæterùm aduerte,quòd licet confessio facta coram notario maleficiorum, uel coram iudice,non in figura iudicij, & sic in camera, non aliter eo pro tribunali sedẽte,nullo pacto inducat plenam probationẽ, nec præiudicet, quò ad condemnandum:secundùm Glo.in d. l.iubemus,& Dec.in rub.ext.de prob. nu.26.

6 Nihilominus tamen facit confessio ipsa sufficiens indicium ad torturã.ita Glo.& Bal. in d.l.iubemus,& idem Bal.in add.Spec in tit. de con ef.colum. 1.& in l.pen.in 11.notab.C. de fideiuss.& Iaf.in l.magistratibus,col.11. ff. de iurisd.om.iud.& Dec. in c.ar si clerici, sub num.115.& sequen. de probat. ubi planè demonstrat,quòd ista confessio facta coram notario valet vt extraiudicialis: & ideò meritò quidem illa parit indicium ad torturam.

7 Et hoc suadet ibi ex communi opinione omnium Scribentium, quòd quanquàm confessio coram incompetenti iudice non teneat: tamen tanquàm extraiudicialis,& in vim confessionis extraiudicialis valet,atque producit ad torturam indicium sufficiens.de qua quidem communi meminimus etiam supra in Opinio.141. Confessio facta coram iudice in competente,lib.1.& eandem communem sequitur quoque Card.Put.decis. 288.lib.2.

Cōis opin.

8 Sed hoc syncerè non procedit ita ieiunè, atque simpliciter. Nam isthæc confessio facta non in forma, & figura iudicij coram iudice, vel notario in camera,tam in causis criminalibus, quàm etiam in ciuilibus emanata, debet necessariò probari per testes, alias nõ probat. Et dum mihi extitisset commissa quędã causa per D.Baronem Castri Casentini comitatus Aquilæ, in anno 1578. tanquàm iudici secundarum causarum, tunc verteus inter Georgium Cionfrę eiusdem oppidi,& Bernardinum Miconi de Castro Podij Picẽtiæ,in qua iudicauerat Magnificus D. Ioannes Vincentius Burrus conterraneus meus, tanquàm cõsultor Capitanei eiusdem oppidi, & condemnauerat antedictum Georgium ex sua asserta cõfessione priuatim facta in eius domo Aquilæ sita,non aliter apparente in processu,& negata per ipsum Georgium. Ego uerò non mediocriter admiratus de huiusmodi voto ipsam sententiam de consilio memorati D. Ioannis Vincentij Burri reuocaui, sub die secunda Augusti eiusdem anni 1578. Imò dum idem Bernardinus petiisset terminum in secunda instãtia ad non posita ponenda,& non probata probanda;& ille terminus ei stabilitus fuisset,atque probasset talem cõfessionem per vnũ testem, adhuc stãte tali probatione imperfecta absolui, & liberaui ab impetitis prædictum Georgium. Et memor sum in pręsentiarum virtutis Magnifici D.Nicolai Interuerij mei compatriotæ, & aduocati eiusdem Bernardini,qui ad fauorem sui clientis afferebat subtiliter,& accuratè quidem tria infrascripta urgentissima fundamenta:quorum sanè primũ erat,istam confessionem extraiudicialem in causa ciuili factam, etiam extra banchum iuris coram iudice plene probare:secundùm Innocen.in c.per inquisitionem,in Glos. sua, in uers.Ecclesiasticis, & ibi per Ant. de Butr. de elect.contra Gloss.in l.penult.in uers. Iudiciũ. C.de liber.causa. Sed huic rationi ita respondebam,quòd huiusmodi confessio non reperiebatur facta coram iudice,verùm solummodo coram consultore nullam admodum iurisdictionem habente, & dum commorabatur in Ciuitate Aquilæ extra iurisdictionem dicti castri Casentini: & consequenter, quòd doctrina Innocent. antesignata non poterat adaptari, seu applicari ad præsentem casum.

¶ Secundum uerò fundamentum quod afferebatur erat istud, dum præsupponebat in pręsenti causa ueritatem rei, de qua agebatur,uerificatam extitisse semiplenè per vnum testem .sed re ipsa, vt extitit satisfactum eo tẽpore congrua respõsione, nõ apparebat aliter semiplenè probatũ;eruntamen reperiebantur examinati aliqui testes,qui omnes singulares apertissimè discernebãt:& sic ex huiuscemodi singularitate nõ adminiculatiua, sed obstatiua nihil ꝓbabãt, & nullã fidẽ faciebant, iuribus,& doctrinis triuialib.

9 Tertium denique allegabatur etiam fundamentum,quòd confessio antedicta probata per vnũ testem pariebat quoque alteram semiplenam probationẽ. & arguebatur sic:ꝙ quemadmodum cõfessio plenè probatur per duos testes: ita ipsa confessio probata per vnum testem similiter semiplenam probationem inducebat. sed negabam consequentiam,

tiam,& extricabam præsentem difficultatem mediante decis. c. atd. Put.476.lib.2. concludentis ibi, per unum testem confessionem nequaquam probari semiplenè.

10 Imò asserebam etiam minimè confessionem ipsam probari per testes singulares. ita Card.Put.decis.3.t.t.de probat.

11 Vndè non solùm confessio ipsa facta coram iudice in camera, vel coram notario probari posset per testes, sed etiam confessio similiter facta in iudicio. ita Doct. in c. quoniam contra de probat.& in l.is qui se obtulit.ff. de rei uend. vbi Petr. de Su. & in l. prætor ait. §. Marcellus.ff.de iud.

12 Verùm ista confessio à testibus probanda, non admitteretur ullo modo elapso termino ad probandum stabilito,& præfixo.ita Specul.in tit.de dilat.§.fin.colum.4 & Dec. in rubric. extra de probat. numero 91. cum aliis sequentibus.

13 Vndè redeundo ad institutum nostrum dixit fortius Bal.in tit.de pace constan.in uer. Secundùm mores, & leges illius ciuitatis. quem sequitur Ias.in l.1.colum.fin.ff.de fer.& in repet.l.admonendi.ff.de iureiuran. colum. 58. uers. Nunquid autem iudex, quòd etiam tabellio non potest de consensu partium sine præsentia iudicis recipere dicta testium, nec iuramenta,nulla facta prius sibi commissione per iudicem.

14 Et asseuerauit idem Bal.in addit. Specul. in tit.de teste,colum.fin.ver. Nunquid reperi tur,quòd nunquàm reperitur, notarium posse recipere iuramenta testium absque commissione iudicis. allegat Glos.in d. l. hac consultissima.§.fin. Et subdit idem esse in instrumento,uel confessione:quia nec etiam notarius potest illam recipere sine iud cis commissione allegat Glo.in d.l.iubemus,quam intonat esse ordinariam, & subdit inibi Bal. quòd recipere pertinet ad iudicem, scribere verò ad tabellionem.

15 Faciunt etiam dicta per Bartol. in l. is apud quem, in principio.ff. de edend. vbi admonet, quòd notarius non potest dare acta parti illa petenti sine iudicis commissione. quod etiam uoluit Pau.de Cast.ibi.

16 Optimè faciunt dicta similiter per eundem Bal. in dicta.l.hac consultissima,ubi per illam Glos. concludit, quòd probationes non possunt fieri notario sine mandato iudicis.

17 Sed ista regula ita corroborata fallit primo loco, nisi talem testium examinationem iudex committeret ipsi notario, quia hoc fieri potest:secundùm Bald.Ang.& Pau. Castrē. in dicta.l.hac consultissima.§.fin.Salyc. in au then. apud eloquentissimum .C. de fide instrum. vbi aperit, quòd quicquid sit de iure, hodie hoc est deductum in consuetudinem regularem propter magnitudinem agendorum.& idem dicit, & tenet Imol. in l. sed & si quis ex signatoribus.ff.quemad.testa.aperiā. Quod intellige uerum esse,si huiusmodi commissio testium fit facta ex causa: & ista est cōmunis opinio.quam allegat,& sequitur Marsil.in l.de minore.§.plurium quoque, nu. 16. ff.de quæst.

¶ Contrarium uerò firmant nonnulli Doctor.relati per Fely.in d.c.cum causam, numero 29. & seq. Sed tamen ipse ibi sequitur prædictam limitationem communem,& Abb. in c. quoniam contra, colum. 18. de probat. & Octauianus Vestrius in sua pract.lib.6.tit. de testibus,& eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia,col.8. fol.88.

18 Et tunc quippè commissio ipsa facta notario pro examinandis testibus debet necessariò conseruari in examine,& processu:aliàs testes examinati,non constito de commissione examinis, nec de iuramento testium, etiam per ipsummet notarium, dicuntur nulliter examinati.ita Mis.decis.181.

19 Fallit secundò dicta regula communis, quando examinatio testium per iudicem fieri non posset, vtputà si testis erat in articulo mortis,uel commorabatur in partibus valdè longinquis;adeò quòd si pars,quæ uolebat testem examinari facere, iuisset ad iudicem testis,statim periisset eius testimonio non habito.Nam si tunc examinatus per notarium sine iudicis præsentia, ualebit eius dictum ad præsumptionem aliquam inducendam:secundùm Barto.in d l.admonendi,colum.12. uer. Quid si dictum testis. quem sequitur Fely. alios citans in d. c. cùm causam, num.22. & Marsil.in l. de minore.§. plurium.ff.de quæst.

¶ Tertiam uerò limitationem tradit Fely. in d.c.cum causam,nu.31.

## SVMMARIVM.

1 TESTIS examinatio in causa criminali non potest à iudice committi notario; imò nec alteri iudici illius, vel diuersi territorij.

2 Iudex in causa ciuili ardua non debet committere audientiam testium alteri, sed tenetur eos ad se uocare.

3 Testium absentium, vel non subiacentium examinatio, etiam in criminali causa alteri committi potest.

4 Testium audientia per iudicem ordinarium, quando interesse non valeat examinationi propter multitudinem occupationum, poterit committi alteri, etiam in criminalibus.

5 Testium examinatio licèt super probatione principalis delicti non possit committi; tamen super remotis ab ipso delicto, ac super adminiculis, & appendicijs poterit fieri commissio.

*6 Procurator licèt non admittatur in capitalibus, tamen admittitur ad allegandum iniustitiam, seu nullitatem banni, quæ uentilatur seorsum à delicto principali.*

*7 Iudex maleficiorum quamuis non poßit cognoscere de causis ciuilibus principaliter; nihilominus incidenter poterit benè cognoscere causas, quæ descendunt ex crimine, sicut est restitutio rei furto subtractæ: & expensas factas in causa, poterit illas similiter cognoscere, & reum in eisdem condemnare.*

*8 Testium examinatio etiam in criminalibus causis in Regno alteri committitur, quando sunt senes, & valetudinarij.*

*9 Testes citati ad deponendum in causis criminalibus, etiam quòd egregij, & in dignitate constituti reperiantur, compelluntur venire ad præsentiam iudicis; & non tenetur iudex aliter ad eos examinandos remittere in suis domibus.*

*10 Testes citati ad deponendum in causis ciuilibus, si Doctores, milites, seu in dignitate constituti extēt, non possunt cogi uenire ad iudicem ad testificandum, sed ad eos mitti debet iusiurandum in eorum domibus pro testimonio ferendo de necesßitate, non autem de honestate, & gratia, & numero 12.*

*11 Testes impediti, & valetudinarij debent examinari per notarium in eorum domibus. Illustres uerò testes debent examinari per iudicem in suis domibus: si in loco commorentur, si autem extra locum cum bono interprete in Curia romana.*

*13 Testis Cardinalis, Episcopus, Doctor, & quilibet alius in dignitate constitutus, etiam si vellet accedere ad iudicem, eius testimonium proferendi gratia, non potest renuntiare priuilegio. l. ad egregias. ff. de iureiur.*

*14 Vxor contra virum, & econtrà non cogitur ad deponendum.*

*15 Filius contra parentes ob reuerentiam non cogitur ad deponendum.*

*16 Gener contra soccerum ad deponendum non cogitur.*

*17 Testificari non coguntur attinentes vsque ad septimum gradum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis.*

*18 Testes, qui compelli non possunt ad deponendum, si sponte deponunt, probant.*

*19 Testes, qui compelli non possunt ad deponendum, si sponte, & non compulsi deponunt, debet hoc scribi in actis; aliàs præsumuntur inuiti deponere.*

*20 Testes priuilegiati, qui non admittuntur ad testimonium, examinantur, & admittuntur, vbi veritas aliter haberi non poßit.*

*21 Testes priuilegiati, qui non admittuntur ad testimonium, vbi veritas aliter colligi non potest: tunc asserenti hoc, quòd veritas aliter haberi non poßit, incumbit onus probandi.*

## OPINIO DCCCCXXVIII.

1 TESTIVM examinationem in causa criminali iudex alicui notario committere non potest; imò nec alteri iudici, seu eiusdem, seu alterius territorij: secundùm Bald. Cyn. Salyc. aliosque communiter in authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrumē. per illum text. Glos. in Clemen. 1. in ver. Ciuili, vbi bonus text. de offic. deleg. & est optimus text. etiam ad hoc, in l. 3. §. Diuus, ibi: Nam ipsos interrogare solco &c. ff. de testib. quem ad hoc not. Bald. in c. si qui testium, extra de testib. in princ. Et idem disponitur de iure Regni Neap. vt reperitur sancitum in constit. incip. In pecuniariis litibus. idemque tenet Bal. in c. 1. de controuer. inuest. colum. 2. Fely. in c. cùm ca[illegible], numero 21. de testib. & Curtius in repet. l. admonendi, numero 260. ff. de iure iuran. vbi audacter dicit istam esse communem opinionem. *Cõis opin.* Et ratio dictæ communis videtur ista, secundùm text. in c. quoniam contra, de probat. quia iudex debet uidere, qua voce, qua trepidatione &c. deponant testes. & hoc idem probatur in d. Clemen. 1. & facit quod dixit Specul. in tit. de testi. §. 1. colū. 22. ver. Item quòd est criminalis. & optimè faciunt omnes illi casus, quos recensuimus post princip. præcedentis conclusionis. Qui quidem procedunt, & habet locum non solùm in criminalibus, verùm etiam in ciuilibus causis: quia etiam in illis probationes debent fieri iudici; nec possunt recipi à notario, sine præsentia, vel commisione iudicis: secundùm Glo. in l. hac consultissima. §. fin. C. qui testa. facc. pos. & hoc ibi uolunt Doct. sequendo illam Glo. ad quod etiam facit Glo. in l. currēt. ff. de testi. etiam est bonus tex. secundùm vnā lecturam Glo. in l. solam. C. de test. de quo per Bar. in d. l. admonendi, colum. 14. ver. Quid si dictum testis, & per Bal. in l. præcipimus. C. de app. & in l. iubemus, la 1. C. de lib. cau. in auth. quę supplicatio. C. de prec. Imper. offer. in c. 1. §. item sacramen. de pace iur. firm. col. pen. & in d. c. quoniā contra, col. 14. & ibi per alios, & per Ancha. in c. præsentiū. §. testes, col. 1. de testi. in 6. ubi refert Io. And. reprehēdere iudices cōmittētes notariis examinationē testiū; quia debēt eos examinare in propria persona.

2 Et ista communis ita comprobata ampliatur, vt procedat etiam in causa ciuili ardua, super qua iudex non debet committere audientiam testium alteri, sed ad se vocare: secundùm Paul. de Cast. in l. iudices. C. de fide instrum. Imol. in l. si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. aperian. And. de Iser. & Afflict. super dicta constitutione, incip. In pecuniarijs

niariis litibus, per tex. ibi, & Capicium latè de cis. 90. num. 5.

3 Limita primò dictam communem non habere locum, vbi testes absentes nō possunt cogi ad veniendum corā iudice; vtputà quando testes essent extra prouinciam: tunc enim potest eorum examinatio, etiam in causa criminali, alteri committi: vt voluit Iacob. de Aret. Nicola. de Matarellis, Bald. & Imol. in auth. apud eloquentissimum. C. de fide instr. & Fely. nonnullos alios citans, in c. cùm causam, nu. 24. & seq. de test.

4 Limita secundò, quando iudex non posset interesse propter multitudinem occupationum: poterit quippè tunc, etiam in criminalibus committere audientiam testium: secundùm Bald & alios supra relatos in d. authent. apud eloquentissimum. quia necessitas facit probabile, quod aliàs esset improbabile. & subijcit Bald. ibi, de consuetudine ita seruari, & Panor. in d. c. cum causam.

5 Limita tertiò loco, & dic, quòd licèt super probatione principalis delicti non possit committi alteri testium examinatio: nihilominus super remotis à principali delicto, ac etiam super adminiculantibus poterit fieri commissio: ita Salyc. in d. authent. apud eloquentissimum.

6 Et hoc comprobatur ex eo, quod voluit in simili Ang. in l. sicut. §. si procurator. ff. quib. mod. pig. uel hyp. soluitur, ubi not. ꝙ licèt in capitalibus nō admittatur procurator. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. & in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. tamen admittitur ad allegandam iniustitiam, seu nullitatem banni, quæ ventilatur seorsum à delicto principali.

7 Comprobatur hoc etiam ex eo, quod not. Bart. in l. 1. in prin. ff. ad Turpil. vel in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis, vbi dicit nota, quòd licèt iudex maleficiorum non possit cognoscere de causis ciuilibus: est verum principaliter, incidenter tamen benè poterit cognoscere causas, quæ descendunt ex crimine; sicut est restitutio rei furto subtractæ: item expensas factas in causa poterit illas cognoscere, & reum in eis condemnare, & taxare. & hoc idem not. Bartholom. Soc. in l. 1. nu. 39. ff. sol. matrim.

8 Quartò limita, quando testes essent adeò senes, & valetudinarij, vt sine periculo coram curia, vel iudice, se præsentare nequeant. quo casu etiam in causis criminalibus examinatio committitur: secundùm formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ: vt habetur in ritu, Incip. Item seruat ipsa Curia alicui. & notat nobilissimus ex genere, & virtute, D. Follerius in practica crim. in rubr. detur copia capitulorum inquisitis, nu. 7. & ita in contingentia facti extitit alias decisum in Sacro Concil. Neapo. vt refert Capicius, in decis. 90. nu. 7.

9 Et quamuis hoc obseruetur in testibus valetudinarijs impeditis: tamen non sortiretur aliter locum in testibus, & personis egregijs. Nam ad egregias personas ipsas examinādas non tenetur mittere iudex in causis criminalibus, sed omnes compelluntur venire ad præsentiam ipsius iudicis: secundùm Glo. in c. 1. sub ver. eorum mentio, de testibus & attestationibus.

10 In causis verò ciuilibus milites, Doctores, & alij in dignitate, & honore constituti, nullo pacto possent compelli venire ad iudicem ad testificandum, cæterùm ad eos mitti deberet iusiurandum. ita Abb. in d. c. si qui testium, sub nu. 2. & Rota Rom. decis. 91. ad auditorē sacri palatij, in nouis, vbi determinat, quòd vbicunque auditor sacri palatij in testem nominatus, citatusq; sit, tanquam ad personam egregiam, ad eum mittitur pro testimonio ferendo.

11 Et consequenter ad examinandos testes impediros, & valetudinarios debet mitti, destinarique notarius ad eorum domos. ad illustres verò testes tenetur ire, accedereque iudex ad eorum domos, si in loco commorētur; si autem extra locum reperiantur, debet ire notarius cum bono interprete. ita Pereg. decis. 220. lib. 2.

12 Et quanquam in personis egregijs hoc asserant procedere de honestate, non autem de necessitate in causis ciuilibus, Ioan. And. Hostiens. & Ant. de Butr. in c. significauit, de off. ord. nihilominus tamen in contrariam sententiam videtur inclinare Abb. in d. c. si qui testium, sub num. 2. & ibi apostil. sub litera A, per text. in l ad egregias personas ff. de iureiur. videlicet quod iudex in causis ciuilibus tenetur de necessitate, non autem ex gratia mittere ad examinādum egregias personas. & ita obseruatur in Regno, & præsertim in patria mea.

¶ Vndè cauti procuratores citati ad vidēdum iuramenta testium, vbicunque inter ipsos testes descriptos in citatione examinandi forent aliqui testes impediti, valetudinarij, & aliæ personæ illustres, seu in dignitate constitutæ, in eorum domibus deberent necessariò cōparere, & se protestari, petendo adesse velle tempore depositionis ipsorum testiū, ac videre illos iurare. tunc enim examinator tenetur deferre iuramenta in præsentia eorūdem procuratorum ita instantium, & non aliter, nec alio modo. & ita semper vidimus obseruari in Regno, tam in causis ordinarijs, quàm in alijs quibuscunque delegatis.

13 Imò hoc eatenus verum est, vt persona ipsa egregia, quemadmodum est Cardinalis, Episcopus, Doctor, & quilibet alius in dignitate constitutus citatus pro teste, etiam si vellet

vellet accedere ad iudicem eius teſtimonij proferendi cauſa, non poſsit renunciare priuilegio d.l.ad egregias.ff.de iureiur. ſecundū Cyn.in l.nec honore.C.de epiſc.&cler.cui accedit Roma.in ſing.172. Tu audiſti,&ibi apoſtil.& Fely.in d.c.ſi qui teſtium,ſub nu.3.

14 Eſt benè verum, quòd licèt vxor contra virum, & econuerſò non cogatur vt teſtis ad deponendum.teſte Cyn.in l.2.C. de teſtib. & Abb.in c.in literis,circa fin.de teſtib.

15 Nec ſimiliter filius contra parentes ob reuerentiam cogitur ad deponendum.ita Bart. in l.in legibus.ff.de teſtib.Ioan.de Imol. in c, dilectorum, de teſtib. cogen. & Doct. omnes in l.parentes.C.de teſtib.

16 Neç cogitur gener contra ſocerum ad deponendum. vt voluit Abb. in d.c. in literis in fin.& Albericus de Maletis in tract. de teſtib. cap.6.nu.9.& 18.

17 Nec denique attinentes vſque ad ſeptimū gradum coguntur modo aliquo teſtificari.teſte Ioan.de Imol.in d.c. dilectorum, Gloſſ. & Ang.in l.ſi fœmina. C.ad Turpil. & in l. lege Iulia.ff.de teſtib.vbi Glo.amplificat hoc procedere etiam tam in ciuilibus, quàm in criminalibus negocijs.& ſequitur quoque Io.de Imol.in d.c.dilectorum.

18 Tamen ſi iſti teſtes,& ſimiles,qui compelli nequeunt ad deponendum. l. inuiti. ff. de teſtib.coacti fuere ad veniendum in iudicio, ſi ſponte deponant,vtique tunc probant: ſecundùm Glo.in d.l.inuiti,Bar.& Bal. colum. 1.in l.ſi quando.C.de teſtib.& Iacob. Butrigar. in tract.circa materiam teſtium,in rubr. ſeu tit. de contrarietate teſtium,num.21.& Alberic. de Maletis in d.tract. de teſtib.cap.6.num.7. cum alijs ſeq. vbi poſt longam diſceptationē hoc relinquit indeciſum. tamen ego in praxi ſemper vidi obſeruari opinionem Gloſſ.& ſequacium præmemoratam.

19 Sed aduertendum eſt,quòd ſcribi debet in actis, quòd teſtes ipſi non compulſi, ſed volentes depoſuerint.vt efficax teſtimonium eſt Bart. poſt Cyn. in authen. presbyteros, in 3. notab.C. de epiſ. & cler.aliàs præſumerentur in dubio inuiti deponere:ſecundùm Bar.in d. l.presbyteros, & in §.Deo amabiles, in fin.in auth.de ſanctis epiſc.;licèt & malè contrariū affirmet Bald.in d auth.presbyteros.

20 Imò probant etiam iſtæ perſonæ priuilegiatæ,quæ non admittuntur ad teſtimonium, ſi examinentur,& recipiantur,vbicunque veritas aliter haberi non poſsit. vt concedunt Gul.de Suza. in d l.lege Iulia,Anr.de Butr.& Ioan.de Imol.in d.c.dilectorum, & Alber.de Maletis in d.tract.de teſtib.cap.6.ſub nu.23. & ſeq. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & reddit efficaciſsimam rationem. *Cōis opin.*

21 Et vbicunque veritas aliter haberi non valeat,tunc aſſerēti hoc,quòd veritas aliter colligi nequeat,incūbit profectò probandi onus. ita Ant.de Butr.Imol.& Fely.ſub num.9.in c. ſuper eo,de teſtib.cogen.& Alber.de Maletis in d.tract.de teſtib.cap.6.num.25.& ſeq. vbi aſſeuerat iſtam eſſe veram opinionem.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIBVS productis per aduerſarium litigator non conſentiens, eos generaliter reprobando,poteſt poſtea eis vti.*

2 *Teſtis,quem proteſtatus ſum reprobaturum, non probat,ſi poſtea deponat aliquid pro me, et ad mei fauorem: quia pars ipſa, quæ proteſtata eſt de reprobando teſtem,eo quòd nititur impugnare, non poteſt illius iuuari teſtimonio.*

3 *Proteſtatio contra teſtes, & eorum perſonas, & dicenda per eos,vbicunque non proceſsit in forma, non nocet modo aliquo proteſtanti:intantum quòd teſti aliquid deponenti pro illo, qui ante depoſitionem proteſtatus eſt ſe velle aliquid obijcere ei creditur ſtante tali proteſtatione defectiua,& imperfecta.*

4 *Teſtis deponens pro proteſtante contra illum probat,non obſtante proteſtatione, vbicunque proteſtans renunciaſſet huiuſmodi proteſtationi ante teſtium depoſitionem.*

5 *Teſtis deponens ad fauorem oppugnantis eius perſonam, probat pro eo; quando poſt teſtium depoſitionem pars ipſa oppugnans impugnaſſet teſtium perſonas.*

6 *Proteſtatio facta contra teſtis perſonam,contra proteſtantem producti, ſi pro eo deponat,ſibi non nocet,niſi talis proteſtatio fuerit per partem ratificata.*

7 *Teſtis deponens ad fauorem proteſtantis contra eius perſonam probat, & talis proteſtatio ſibi non nocet,ſi proteſtetur non ſimpliciter, ſed conditionaliter,videlicet,quòd licitum ſibi ſit obijcere,ſi bonum,& vtile ſibi videatur.*

## OPINIO DCCCCXXIX.

1 LITIGATOR non conſentiens teſtibus productis per vnum aduerſarium generaliter eos reprobando, poteſt poſtmodum eis vti: ſecundū Glo.& Doct. omnes in c. præſentium,de teſt. & iſta eſt communis opinio.teſte Boer.in deciſ.245.nu. 6. & Scriben. in d.c.præſentium. *Teſtis.* *Cōis opin.*

2 Sed ſi contigerit ipſum litigantem proteſtatum fuiſſe ante probationem ſe velle reprobare teſtes productos,& depoſita per eos: tunc teſtes deponēdo aliquid in fauorē iſtius proteſtantis, non faciunt fidem in eius fauorem:

rem: quia per ipsam protestationem videtur declarare se nolle aliquo pacto ipsis testibus fidem adhibere. de hoc est text. in d.c. præsentium, in fin. vbi hoc tenet, ponitq; pro regula Glo. Fely. in vlt. not. nu. 14. & Francis. de Aret. colum. antepen. & pen. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. nu. 116. & Bossius in pract. crim. in tit. de publicatione processus, & testium, num. 13.

¶ Et hoc ideò est, secundùm Doct. in d.c. præsentium: nam primò testes fortè timore impugnationis personæ possent mendacium proferre. Et secundò etiam, quia videntur protestantes personam testium inhabilitare: & sic asserere, affirmareque eorum dicta nullatenus vera.

¶ Imò denique pars, quæ protestata est de reprobando testem, eo quòd nititur eum impugnare, non posset vtique illius iuuari testimonio. reg. ex eo, de reg. iur. in 6.

3 Cæterùm isthæc regula ita fulcita, & roborata claudicat primò non sortiri locum, vbicunque protestatio contra personam, & depositiones testium non processit in forma. vt voluit Fely. in d.c. præsentium, num. 16. Et istam formam protestationis faciendæ in iudicio circa testium reprobationē tradit Spec. in tit. de teste, in rubr. de testium reprobatione, num. 1.

4 Secundò choarctatur similiter eadem met regula non obtinere aliter locum, vbicunque protestans ad actum ipsius protestationis nō processisset, verùm ante testium depositionē renunciasset huiuscemodi protestationi: tunc enim testes deponentes pro protestante indubitanter probarent. ita Ioan. Andr. Host. Ant. de Butr. Imol. & Fely. in d.c. præsentium: licèt Abb. ibi colum. fin. malè, & contra communē scholam sentiat contrarium, videlicet quòd hoc in arbitrio iudicis resideat, qui arbitrari debeat quantum ipsis testibus credendū sit. *Cōis opin.*

5 Tertiò fallit etiam prænotata regula, quando post testium depositionem pars impugnasset testium personas: tunc quippè si testes ipsi in fauorem oppugnantis eorum personas deposuissent, probarent dubio procul, & facerent etiam fidem. vt concedit Abb. colum. 5. & Fely. nu. 17. in d.c. præsentium.

6 Quartò restringitur quoque regula memorata, vt testi deponenti pro illo, qui protestatus extitit contra eius personam nulla admodum fides adhibeatur, si forte aduersarius illam protestationem ratam habuerit: secus verò si noluerit, atque recusauerit, & penitus & omnino voluerit, determinaueritque vti eius dicto contra se: quia tunc eius dictum recipere teneretur. vt affabrè concludit Innoc. in d.c. præsentium.

7 Quintò minimè extenderet vires, radicesque suas regula antesignata, si pars cautè quidem protestaretur specificè & expressè, q; sibi licitum sit obijcere, si bonum, & tutum hoc ei videatur, & non aliter, nec alio modo: & tunc testimonium prolatum ad eius fauorem poterit illi prodesse. ita Innoc. in d.c præsentium, Ioan. de Grassis in tract. de substan. procur. vers. in personis testium, & Masuer. in tit. de testib. vers. item si quis testetur. & sic communiter solet fieri per procuratores & causidicos in Regno talis commoda, & vtilis protestatio.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS asseuerans cum iuramento se aliter deposuisse, quàm à notario fuerit scriptum: notario potius, quā testi creditur in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus ex iurata depositione testis vacillat fides notarij.*

2 *Tabellioni, seu notario potius credendum est, quàm testi asserenti etiam cum iuramento se aliter dixisse, quàm tabellio scripserit in criminalibus, præsertimque si haberet, & retineret suum scriptorem.*

3 *Testis vbicunque esset persona multum notabilis, et assereret in causis ciuilibus se aliter deposuisse, quàm notarius scripserit, sibi potius, quàm notario credendum foret.*

## OPINIO DCCCCXX.

1 TESTIS præstito sibi iuramento asserens se aliter deposuisse, quàm à tabellione fuerit scriptum: notario potius, quā testi credendum est: vt pote, quia pro notario præsumitur. l. si quis decurio. C. de falsis, & c. ad audientiam, de præscrip. hocq; notant, ac expressè tenent Alex. consil. 70. volum. 1. & consil. 65. colum. 1. volum. 2. Soc. in tract. fallent. in reg. 421. testis si dicat, Dec. in c. cùm parati. colum. fin. de appellat. Grauet. consil. 74. num. 3. Capic. decis. 61. in causa magnifici Carrafelli, nu. 5. & seq. Fely. in d.c. ad audiētiam, vbi Panor. scribit hoc procedere, ac verum esse in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus ex iurata depositione testis vacillat fides notar. j. arg. l. fin. C. de prob. idem Abb. & Fely. in c. cùm causam, circa fin. de testib. Canonistæ omnes in d.c. ad audientiam, Specul. in tit. de testib. §. 1. nu. 48. & ibi Ioan. And in add. Soc. in d. reg. 421. Alciat. in tract. de præsumpt reg. 3. cap. 13. num. 20. & Francis. Curt. in tract. de testib. conclusio. 42. sub num. 85. & seq. & ista est communis opinio, teste Gramm. decis. 60. n. 18. Io. de Amic. consil. 119. nu. 5. & Moder. in d.c. ad audientiā. *Cōis opin.*

2 Hoc

2 Hoc verò non procedit, quando notarius examinaret testes, & haberet scriptorem, qui examen scriberet. eo enim casu, si ambo deponerent, vtique probarent contra dictum testẽ se ita dixisse: secundùm Abb. in d. c cùm causam, de testib. & hoc asserit se vidisse in practica Alciat. in præcitata reg. 3. nu. 13. & sequitur etiam Francis. Curt. in d. tract. de testib. conclus. 42. sub num. 87. & seq. vbi assignat efficacissimam rationem. & similiter adijcit hoc idem procedere, vbicunque in depositione ipsius testis ita asseuerantis, atque negantis, interuenisset etiam, & interfuisset iudex simul cum notario.

3 . . Et quatenus superius docuimus, quòd si testis dicat in ciuilibus causis se aliter deposuisse, quàm notarius scripserit: tunc potius credendum esse notario. dic habere locũ hoc, nisi testis esset persona multum notabilis: secundùm Panorm. in d. c. ad audientiam, in 5. not. hocque idem asserit ipse Panorm. tenere Specul. in tit. de testib. §. 1. ver. sed pone quòd iudex, & in tit. de instr. edit. §. restat, ver. quid si attestationes. & hoc dictum Panor. sequitur Fely. in c. super his, de accusat. & Marsil. in l. 1. §. ad quæst. col. 4. ff. de quæst.

## SVMMARIVM.

1 *TESTES cum iuramento tenentur exhibere eorum testimonium, & consequenter iurare debent pro vtraque parte dicere veritatem.*

2 *Testis tenetur plenè deponere factum pro vtraque parte, vt iudex non laboret ad veritatem inquirendam: & talis testis non careat qualiquali boni viri suspitione.*

3 *Testi nescienti plenè factum non adhibetur fides.*

4 *Testis non deponens iuratus, eius dictum est nullius momenti, etiam quòd ille testis sit religiosus, & Episcopus, & Cardinalis.*

5 *Testi nobili mortuo, & examinato eo viuente sine iuramento, & sine partis citatione, adhibetur fides.*

6 *Testium examen nullum ex defectu citationis partis ad videndum illos iurare, sanatur si cum interrogatorijs datis ab ipsa parte non citata examinati extent.*

7 *Testes examinati parte non citata ad videndum eos iurare non faciunt indicium.*

8 *Testes examinati parte non citata non probãt assasinium ad effectum priuationis beneficiorum.*

9 *Testes nulliter examinati nec fumum quidem faciunt.*

10 *Testium examen non valet, vbicunque non extiterit citatus procurator, cum quo apparebat lis contestata, ad videndum iurare testes: sed solummodò principalis constituens. Quod non sortitur locum, quando dominus compareat, consentiat, & videat iurare testes citatos ad deponendum.*

11 *Testes examinati in iudicio, principali sponte comparente in eo ad videndum illos iurare, & procuratore aliàs constituto non contradicente, probãt.*

12 *Testibus citatus ad videndum eos iurare, in eius absentia videtur dare licentiam iurandi, si non comparet: & ideò pars ipsa citata ad videndum iurare testes, semper comparere debet, & adesse tempore delationis iuramenti, & recognoscere testes, & illos admonere, vt deponere debeant veritatẽ, & habere Deum ante oculos: quia ex hac diligentia varij exitus fœlices contingere consueuere ad diffinitionem causarum.*

13 *Testes quòd sint examinati in loco deputato, non præsumitur.*

14 *Cardinales, Episcopi, clerici, & aliæ personæ in sacris constitutæ, licèt exemptæ non sint à munere iurisiurandi: tamen non tenentur iurare tactis sacro sanctis scripturis: sed illis productis, manu tacto pectore, iurare consueuerunt.*

15 *Testes non iurati deponentes, licèt postea iurent: nõ probant, nec eorum testimonium valet, seu fidem facit, etiam in summarijs iudicijs.*

16 *Testis deponens non iuratus, etiam in causis summarijs nil probat.*

17 *Testium numerus non supplet defectum aliorum testium deponentium sine iuramento.*

18 *Testis depositioni etiam non iuratæ statur de consensu partium expresso, non autem tacito: quia partes possunt remittere iusiurandum fretæ de integritate testis in causis dependentibus á mera volũtate partium, secus in alijs; sicut quando ageretur de validitate matrimonij, de beneficio ecclesiastico, seu de alia re spirituali.*

19 *Testis depositio absque iuramento licèt non valeat: tamen declaratio depositionis testis sine iuramento valeret.*

20 *Statutum disponens, dispensansq; testem non iuratũ probare valet, & tenet.*

21 *Notarius scribens testem iuratum deposuisse, præsumitur ad fidem testimonij pro iuramento, licèt tutius sit, quòd notarius expressim scribat formã, & solennitatem iuramenti.*

22 *Testium dicta, quamuis iurata non appareant; tamen si antiqua sint, valent, & tenent.*

23 *Sententia antiqua valet quamuis non appareant, & reperiantur acta.*

24 *Testes remissoriæ, qui iurarunt super eo, quod fuerint examinati dicere veritatem pro vtraque parte, non tenentur iterum iurare, citata parte, sed sufficit primum iuramentum.*

## OPINIO DCCCCXXXI.

1 TESTES cum iuramento necessariò tenentur exhibere eorum testimoninm; & per consequens iurare debent pro utraque parte dicere veritatem: secundùm Glo in auth. iecu si iudex. C. de episc. & cler. & Glo.

Glo.in l.2.C.de eden.cum qua transeunt om nes Doct.ibidem,in c.fraternitatis, de testib.
Cõis & Maranta attestatur hanc esse communem
opin. opinionem in tract.de iudicijs,in 2.parte.super 6.actu.

2 Imò testis tenetur plenè deponere factum pro vtraq; parte:secundùm Glo. in l. Lucius, ponderatam à Doct.ibi.ff.de infam.ad hoc vt iudex non laboret ad veritatem inquirendã: & talis examinatio istius testis nõ careat qua liquali boni viri suspicione: secundùm Bal. in c.1.§.sacramentum,de consuet.recti feud.

3 Ideò testi nescienti plenè factum ipsius non adhiberetur fides aliqua:secundùm Glo. in d.l.Lucius,& Alex.consil.148.in causa appellationis,nu.7.vol.5.

4 Et casu quo testis non deponat iuratus, eius dictum est nullius momenti.l.iurisiurandi.C.de testibus,& c. de testibus, extra eodẽ. Bal.in l.milites.C.de milit.testa,Fely. in cap. tuis quæstionibus, in primo not. de testibus, & Peregr.decis.288.lib.3.Roma.in sing.369. Fuit vnus ex vobis,Sand.Aret.& Dec. in c.in nomine,de testib. Marsil.sing. 24.Clarum est in iure, & in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Soc.in tract.fallen.reg.406. & August. Bero. in c.quoniam contra.num.90.& seq. de probat.Etiam quòd ille testis sit religiosus:vt est tex.not.in c.super nobis,de testib. Etiam si esset episcopus.c.fin.de iuram. cal. Imò si esset Cardinalis : vt tenet Gloss. in c. cùm olim, in ver.fratrum,de priuileg. quam dicit singularem Panor.ibi,colum.2.& Alex.consil.180.in causa,colum.2.volum.2.Felyn.in d.c. tuis,in prin.de testib.& in c.sicut,circa fin.de sentẽt. excomm.& in multis alijs locis.Ias.in repet.l. admonendi,colum.69. vers. decimò prædicta regula.ff.de iureiur.vbi illam singulariter declarat,cum colum.seq.&Dec.in c.tertio loco. 3.not.de probat.singularem esse asseuerat.

5 Cæterùm Rota Rom. teste D. meo Oradino decis.55.& seq.aliàs adhibuit fidem testi nobili mortuo, examinatoque eo viuente sine iuramento,& sine partis citatione.

6 Et quanquam si pars citata non sit ad videndum iurare testes, examen reddatur nullum:nihilominus tamen sanatur,si cum inter rogatorijs datis ab ipsa parte examinati appareant per commissionem arbitrio iudicis. ita Ant.August.decis.727.lib.3.& Card.Put. decis.301.lib.3.

7 Imò etiam testes examinati parte non citata,non solùm non probant,sed etiam minimè faciunt indicium.ita Bar.in l.maritus. ff. de quæst.& Dec.cons.54.in causa domini Antonij,sub nu.1.& Crescent.decis.18.lib.2.

8 Vbi similiter concludit,quòd testes recepti parte non citata nullatenus probent assasinium, ad effectum priuationis beneficiorũ.

9 Et non tantùm testes nulliter examinati vllam fidem,seu indicium faciunt, sed etiam nec fumum quidem: secundùm Peregr.decis. 98.lib.3.

10 Imò quoque si procurator fuerit litem cõtestatus,& sic effectus dominus ipsius litis,& in examine testium principalis, & non procurator extiterit citatus:tunc minimè valet, ac tenet examen ipsorum testium:vt voluit Bal. in l.si quando,in 7.quæst.C.de testib. cui innititur ibi Saly.quæst.5.colum.penul.cum quo dam temperamento : nisi dominus compareat,consentiat, videatque iurare testes citatos ad deponendum:quia tunc examen valeret,atque sustineretur:vt firmat idem Saly.in l.procuratoribus,vbi etiam Bar.C.de procurat.& in l.furioso,de re iudic.& in l.mutari.ff. de procur.& in l.1.C.de sentent.& Abb.in c. 2.col.pen.de testib.

11 Et hoc idem procedit vbicunq; dominus sponte compareret in iudicio, & procurator non contradiceret.teste Abb.in c.in nomine, de testib.Bal.in l.fin.C.de senten.ex breui.tecit.& Alex.in d.l.furioso.

12 Cęterùm si pars citata ad videndum iuramenta testium non compareret, censeretur sanè tunc dare licentiam ipsis testibus iurandi in eius absentia:vt concedit Dec.in c.consuluit,in prin.de offic.deleg. & consil.163. in causa matrimoniali, sub num.8. Et hinc non immeritò admonitos esse desidero partes ipsas citatas, vt tempore citationis ad videndũ iurare testes,compareant, & præsertim vbicunque citati extent testes incogniti, seu suspecti, & viles,& cæteri similes,atque illos recognoscant,uideantque iurare;& denique in præsentia iudicis eosdem testes admoneant ad deponendum veritatem, habendumque etiam Deum ante oculos. Et cùm hoc aliàs obseruauerint mei clientes, mediãte mea monitione,ferè semper inuenerunt testes contra eos productos, & examinatos aliquid deposuisse etiam ad ipsorum fauorem : & testor Deum sæpissimè reportasse victoriam,& sententias ad fauorem clientulorũ in uarijs causis,etiam in Sacro Regio Concilio, & in magna Curia Vicariæ , ex depositionibus testium ad instantiam aduersariorum examinatorum.

13 Imò moneo iterum atque iterum eosdem litigantes, vt commisso examine testium in partibus,procurent, vt per commissarium deputatum ad examinandum, eligatur in primis & ante omnia locus non suspectus,in quo examinari queat:prout hodie obseruatur religiosè quidem in Regno.Nam vtilitas,& cõmoditas ex huiusmodi loci non suspecti electione colligi posset primò isthæc, videlicet,q partes facilè ibi adducere possunt testes, ac etiam videre iurare testes aduersarij. Et secundò altera quoque scaturit vtilitas ex tali

electione loci non suspecti: quoniam examinator, seu commissarius destinatus tenetur adamussim mentionem facere specificam, & expressam de examine facto in ipso loco electo: aliàs in dubio non præsumitur, quòd testes examinati sint in loco deputato. ita eleganter, & concinnè Card. Put. decis. 265. lib. 1.

14 Et quamuis Cardinales, Episcopi, & aliæ personæ in sacris constitutæ, non sint à munere iurisiurandi exemptę: tamen non tenentur iurare tactis sacrosanctis scripturis, sed illis propositis. text. est in authen. sed iudex. C. de episc. & cler. & in c. fin. ext. de iura. calum. & vtrobique notatur per Glo. & alios omnes, & per Afflict. in constit. Regni, Puritatem. à quibus quidem religiosis consuetudo etiam requirit, veluti ab alijs manum super sacrosanctas scripturas, ab ipsis super pectus emissam exigit. sola enim manus emissio ipsius iurisiurandi signum est: prout etiam hodie vtique obseruatur.

15 Ampliatur que postremò præmissa, quòd si testes non iurati deposuerint, licèt postea iurent, non probare, nec valere eorum testimonium, nullamque fidem facere: quia de ordine iudiciorum est, vt testes primò iurent, & postea testificentur. l. si quando, cum authen. seruilis cōditionis. C. de test. & ita tradit Cyn. in l. iurisiurandi, eod. tit. & ista est magis cōmunis opinio, testante Ioachimo in obseru. 77. cent. 4. Et licèt aliqui contrarium verum esse censuerint: tamē Camera Imperialis ibi reducit fœdere distinctionis opiniones ad optimam, & realissimam concordiam: & communis opinio ipsa est adeò vera, vt tam in plenarijs, quàm summarijs iudicijs locum habeat: secundùm Imol. in Clem. sępè, col. 36. de verb. signif. Cōis opin.

16 Item ampliatur hoc in tantum verum esse, vt procedat etiam in causa quantumuis summaria: secundùm Imol. in Clem. sępè, col. 36. de verb. signif.

17 Similiterque numerus testium non supplebit hunc defectum: vt voluit Dominicus in c. multis. 44. dist.

¶ Sed præmissa communis ita, & taliter ampliata, limitatur primùm non procedere, vbicunque litigatores forte de integritate testis confisi, ei iusiurandum remitterent: quia tunc staretur eius depositioni, tametsi absque iuramento factę, quòd ipsorum litigantium fauore tantùm lex desiderat Glo. in l. 1. ff. de ferijs, in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. calum. & in l. iurisiurandi. C. de testib. & Felyn. in c tuis, ext. de test. nu. 1.

18 Et estò, quòd iuramentum fauorem vtriusque partis respiciat: hoc intelligas non de alterius, sed vtriusque partis remissione: secundùm Io. And. Cardin Abb. & Fely. num. 2. vbi amplius quoque de remissione expressa, quia satis non esset citata vtpotè partibus non opponentibus: vt per Hostien. & alios communiter in c. nuper, ext. de testib. & per Felyn. in d. c. tuis, nu. 2. Imò etiam expressa non sufficeret, nisi in causis, quæ pendent à mera voluntate partium; secus in alijs. verbi gratia, vbi de validitate matrimonij, de beneficio ecclesiastico, aliàue re spirituali ageretur: secundùm Cardin. Abb. & Fely. num. 3 in d c. tuis. Cōis opin.

19 Secundo loco limitatur, quòd licèt non valeat depositio testis absque iuramento; nihilominus declaratio depositionis testis sine iuramento valeret. vt voluit Bart. in l. palàm. §. si quid post. ff. de testa. Roma. qui huius dicti reddit rationē, cons. 482. in casu præmisso, circa primū, n. 8. & Marsil. in l. 1. §. si. nu. 50 ff. de quæst. & in l. de vnoquoq;, nu. 76 ff. de re iud.

20 Tertiò limitatur non habere locum, quando statutum testes à iuramento dispensaret, disponens testem non iuratum probare: tunc quidem seruandum foret: vt concludit Rom. cons 90. viso puncto, & Fely. in d. c. tuis, nu. 2.

21 Et licèt ad fidem testimonij requiratur iuramentum: id tamen præsumitur, si Notarius scripserit Mœuium testem iuratum deposuisse: vt per Bart. in l. Theopompus, colum. 1 ff. de dot. preleg. post Glo ibi. quam dixit singularem Bal. in c. cùm in iure, colum. 2. de offic. deleg. notant Abb. & Felyn. num. 6. in c. tuis, de testib. quia pro Notario præsumendū est. c. ad audientiam, de præscript. l. si quis decurio. C. de falsis, Bald. in l. Imperator, colum. 2. ff. de sta. hom. Cautius tamen erit, vt res tuta sit, nec aliquod dubium habeat, quòd ipse Notarius expressim scribat formam, & solennitatem ipsius iuramenti.

22 Quartò limitatur per id, quod scribit Bar. in l. admonendi, col. antepen. ver. quæro quid si reperirentur. ff. de iureiur.

23 Vbi concludit, & expressè firmat, testium dicta valere, si antiqua fuerint, & non appareat, quòd fuerint iurati, ad similitudinē sententiæ, quæ valet, quamuis non appareant acta, si modò est antiqua: per doctrinam Innocentij in cap. cùm in iure, de off deleg. & Bart. sequuntur ibi omnes Doct. vnanimiter, & Canonistæ in d. c. cùm in iure, & in c. quoniam contra, de prob. & ibi Fely. & in c. sicut, col. 4. de re iudicata.

24 Quintò limitatē quoq; ꝙ testes remissoriæ, iurantes pro vtraq; parte dicere veritatē super eo, quod fuerint examinati, non teneātur iterū iurare: & sic eis tunc nullo modo debet deferri nouū iuramentū: quia cū iuramētū secūdū necessariū nō sit, posset omitti, & partē nullarent citari oporteret. ita Abb. in c. fraternitatis, de testib. & ita determinauit etiā Rota Rom. sub die 20. Maij. 1566. attestante grauissimo, & illustri D. Oradino preceptore meo in suis vtilissimis decisionibus, decis. 34.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES non publicati non probant in alio iudicio, etiam inter easdem personas.*

2 *Testium non publicatorum examen videtur scriptura priuata.*

3 *Testium publicatio peti non potest ab eo, qui illos produxit, licèt sua intersit.*

4 *Testes non publicati, nullam fidem faciunt.*

5 *Testes non publicati non probant, etiam semiplenè.*

6 *Testes non publicati à iudice ordinario, coram quò fuerunt examinati, sed ab alio iudice extraneo: et sic non successore causæ appellationis, nō probant: verùm necesse est, vt uerum examinentur, nisi mortui appareant.*

7 *Publicatio testium fieri debet per iudicem, qui eos examinauit, vel per eius successorem, non autem per alium iudicem alterius tribunalis,*

8 *Testes examinati in prima instantia, & non publicati, possunt publicari in secunda instantia appellationis, quę loco instantię principalis subrogatur: & tunc ipsi testes fidem faciunt.*

9 *Publicatio testium facta in eadem instantia, etiam à iudice diuerso, non aliter loco primi iudicis subrogato, valet, & ipsi testes ita publicati probant.*

10 *Testes in omnibus illis casibus, in quibus examinari possunt absq; litis contestatione, probant non publicati inter easdem personas, tam in eadem instantia, quàm etiam in diuersa.*

11 *Publicatio testium facta coram eodē iudice, vel subrogato illius, qui eos examinauit, valet, et fieri pōt.*

12 *Testes examinati ante litis cōtestationē ad æternam rei memoriā, nō aliter facta publicatione, probāt.*

13 *Publicatio testium non fit in Curia Romana vsque ad tertiam sententiam.*

14 *Publicatio attestationum semper in Rota Romana peti potest, etiam post ostensa partibus dicta testiū.*

15 *Publicatio debet fieri formiter: quia testes publicati aliter non dicuntur, etiam quòd fuerit petita publicatio, sed non concessa: verùm requiritur, quód constet plenè dudicita esse testificata.*

16 *Publicationis vera forma traditur remissiuè.*

17 *Publicatio debet ritè, et solēniter fieri, aliás nō tenet.*

18 *Publicatio testium solennis, discreta, & partibus consentientibus emanata, excludit vt nemo amplius admitti debeat ad productionem testium propter subornationis suspitionem.*

## OPINIO DCCCCXXXII.

1 TESTES requiritur necessariò, quòd sint publicati, vt probent: aliàs non publicati fidem non faciunt in alio iudicio, etiam inter easdem personas: & sic tunc eis nulla fides adhiberetur. l. gesta, vbi Glo. & cęteri omnes nostrates. C. de re iudic. & Bart. alijq; in l. 2. C. de eden. præsertimq; ibi Cagn. n. 123. cū alijs seq. vbi istā opinionē tuetur, & cōem esse perhibet, & Ripa etiam, sub n. 30. licèt, & malè, suoq; capite inibi Bologn. sub n. 57. asseueret cōtrariā sententiā magis cōem. *Cōis opin.*

2 Et hoc ideò est: nam examen ipsorum testium non publicatorum videtur quædā scriptura priuata, cùm illa nullatenus iudicis authoritatem habeat: secundùm Castr. in d. l. 2.

3 Imò solidiori fundamēto roboratur isthęc communis: quoniam testium publicatio peti nequit ab eo, qui illos produxit, licèt sua intersit. ita Bald. in rub. de controuer. inuest. & Innoc. in c. constitutus, de testib.

4 Et finaliter testes non publicati non probant modo aliquo. vt voluit Bart. in l. solam, num. 1. & seq. C. de testib.

5 Imò ipsi testes non publicati, minimè etiā probant semiplenè. ita Bal. in l. in bonæ fidei, col. 3. C. de reb. cred. per l. 3. & seq. de his quæ in fraud. cred. & per d. l. gesta.

6 Sed isthæc cōis ita explicita extendit vires suas, amplificaturq; etiam locum obtinere, si alius iudex, & sic non successor causæ appellationis, eosdē testes publicari faceret: quia eis tunc indubitanter nulla fides adhiberetur, cæterū opus foret, vt de nouo examinarētur, nisi mortui reperirētur. l. fi. C. de test. & ita firmat Ant. de Butr. in c licèt causam, de prob. Bal. in d. l. fi. Glo. Bart. & Bal. in d l. gesta, & Alex. cōs. 82. viso processu causæ vertentis, col. fi. vol. 3. vbi ad lucē adducit istā esse cōem opinionē, *Cōis opin.* & Ripa etiam, nu. 32. & Cagn. n. 126. in d. l. 2.

7 Et ratio est, ex quo publicatio testiū fieri debet per iudicē, qui eos recepit, & examinauit, vel per eius successorem, non autē per alium iudicem alterius tribunalis: secundū Bal. in d. l. fin. col. 1. C. de testib. & Ripam, cum alijs aggregatis per eum, in d. l. 2. sub. nu. 32.

8 Veruntū memorata cōis ita ampliata claudicat primò sibi locū non vēdicare in instātia appellationis, quę loco instātię principalis subrogat. l. cū apud Sēproniū. ff. iud. solu. & ita limitat, atq; concludit Abb. in c. cū causam, de testib. Bal. in tit. de pace Cōstan. in ver. causis, & in l. prolatam. C. de sent. & interloq. omniū iud. Paul. de Castr. Alex. & Ripa, n. 31. in d. l. 2.

9 Fallit etiā secundò eadē cōis opinio, vbicūq; emanaret, fieretq; publicatio in eadē instātia, & iudicio, etiā à iudice diuerso non aliter loco primi indicis subrogato. ita Aret. in c. causam quę, extra de testib. vbi planè deducit istam *Cōis* esse communem opinionem. *opin.*

10 Tertiò coarctatur quoq; prędicta cōis in omnibus illis casibus, in quibus testes examinari queunt absq; aliqua alia litis contestatione. in istis enim casibus indubitanter probāt testes non publicati inter easdem personas in eadē instantia, & in diuersa. text. est, secundum Bar. lecturam, in auth. sed si quis. C. de testib.

11 Quartò restringitur antesignata communis, vbicunq; fieret publicatio coram eodem iudice,

iudice, vel subrogato illius, qui examinauit. tunc nempè valebit publicatio ipsa, & fieri potest: vt concedunt expresse Bar. & alij omnes conformiter in d.l.gesta, & Aret.in d.cap. causam quæ, & ibi etiam Dec. num. 9. vbi in medium reseruauit istam esse cõem opinionẽ. *Cõis opin.*

12 Quintò fallit etiam prænotata communis non sortiri aliter locum, vbicunque testes examinati forent ante litis contestationem ad æternam rei memoriam.ita Bart. in auth. si quis in aliquo.C.de eden. Alex.Ripa sub n. 31.& alij omnes in d. l. 2.

13 Sextò interpretatur, limitaturque præmemorata communis non procedere in Curia Romana: nam in ea fieri non solet publicatio. teste Bolognet. sub nume.58. cum alijs Moder.in d.l.2.& Pet.Rebuff.in tract.de publicatione attestationum, in prin.num.4. vbi meminit publicationem in Curia Romana non fieri vsq; ad tertiam sententiam.

14 Sed ista limitatio falsa redditur, & sustineri nequit modo aliquo. Nam testium publicatio semper in Rota Romana peti potest, etiã post ostensa partibus dicta ipsorum, vel post notificationem illis factam, an sint in partibus. ita Capntaquens.decis.259.lib.1. Vndè testes examinati in ipsa Curia Romana, ad hoc vt probent in alio iudicio, etiam inter easdem personas, debent publicari, postquã vt supra docuimus, semper peti potest publicatio testium.

15 Et aduerte, quòd publicatio ipsa debet fieri formiter: vtpotè, quia testes non dicuntur publicati, etiam quòd fuerit petita publicatio, sed non data, & informatum super testibus, & lecto teste in domo iudicis: verùm requiritur, quòd constet plenè dicta esse testificata. teste Peregr.decis.78.lib.3.

15 Et veram normam, formamq; publicationis faciendę tradit Spec.in tit. de teste.§.satis vtiliter, & compendiosè docuimus, n.2.& Marian.Soc.Sen.in repet.c. fraternitatis, sub nu. 23. de testib.

17 Vndè necessariò testium publicatio debet ritè, solenniterq; fieri, aliàs non valet, nec tenet: vt ubertim ostendit Soc. in d.c. fraternitatis, sub num. 24.

18 Sed vbicunq; esset discreta, solennis, & ritè emanata publicatio ipsa, & partibus consentiẽtibus: tũc enim foret terminus exclusiuus nouę productionis testiũ, & sic nemo amplius admitti deberet ad testium productionẽ propter suspitionẽ subornationis. ita Inno.& Hostien.in c.vltra tertiũ de test. Io.And. & Soc. sub nu.24.in d.c.fraternitatis, vbi multas rationes effundit pro veritate, & resolutione pręsentis opinionis, & prorumpit deniq; eam esse cõem.quam sequitur etiã Pet. Rebuff.in d. tract. de publicatione attestationum, in princ.sub num.4. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *IVRAMENTVM suppletoriũ reo est deferendum, vbicunque actor probaret per duos testes se mutuasse Titio centum, & reus probaret se soluisse ipsa centum per vnum testem.*

2 *Mutuum est probatum in decem, si duo testes deponant Mœuium mutuasse pecuniam Sempronio, et nesciant quantitatem; & alij duo testes asserant eundem Mœuium petijsse à Sempronio decem.*

## OPINIO DCCCCXXXIII.

1 PER duos testes actor probans se mutuasse Titio centum, & reus probans se soluisse dicta centum per vnũ testem solummodo: tũc obtinebit reus, & sibi per iudicem deferendum esset iuramentum in supplementum.ita Bar.in l.admonẽdi.ff.de iureiur. cum quo sentiunt omnes communiter ibi, Bald.& Saly.in l.in bonæ fidei.C. eod.tit.Panor.in c.fin.ext.de iureiuran.& Moder.in d.l. admonendi, vbi testantur de dicta communi, præsertimque Curtius, nu. 305. *Testis* *Cõis opin.*

2 Et his occurrit vnum verbum nunquam obliuioni tradendum, quòd si duo testes deponant Mœuium mutuasse pecuniam Sempronio, sed nesciant quantitatem; alij verò duo testes dicant ipsum Mœuium petijsse à Sempronio decem: tunc profectò probatum est mutuum in decem.ita singulariter tenent Bart.in d.l.admonendi, colum.2. vers. quarto quid si testis deficiat, quem sequuntur ibi omnes cõmuniter, Ant.in d.c.fi.& Alex.cons. 69.col.2.vol.2. & cons.189.col.fin.vol.6. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS productus si reproducatur contra ipsum producentem in eadem causa, vel in alia instantia, non potest reprobari, etiam si sit infamis, aut periurus: vt num.2.& ampliatur num.3.& tripliciter remissiuè limitatur, num.4.*

## OPINIO DCCCCXXXIIII.

1 TESTIS productus per me contra, aduersusque partem aduersam, in eadẽmet causa si postmodum produceretur contra me, amplius reprobari non potest: sic Glo.in l.si quis testibus.C.de testib.communiter ab omnibus Scriben.approbatam ibi. *Cõis opin.*

2 Amplia hoc procedere similiter si ille testis esset infamis, aut periurus: d.l.si quis testibus, & c.fin.§.si quis.4.q.5.

3 Am-

3 Amplia secundo loco dictam communem habere locum non modò si essent producti te stes,& in eadē causa, verùm etiam in alia reproducti,& examinati extitissent: secundùm nonnullos Doct. Sed Odofredus in præcitata l.si quis testibus,tenet contrarium in alia instantia. quem sequitur inibi Albertc. asseuerans opinionem Odofredi in iudicijs,& praxi Cōis communiter obseruari,& Boer.decis.245.nu. opin. 6.cum duobus seq.

4 Et dictam communem opinionem ita ampliatam, limitat in tribus casibus Felyn.in c. præsentium,de test.& Aufrer. in tract. de reprobatione testium,in ver.Prodigo, nu.82.

sis,per illum tex.vbi Ias.etiam,& omnes Doctores communiter. Cōis opin.

3 Et his accedit vtiliter, quòd non est idoneus testis dicēs in parte falsum. & ista est cō munis opinio,teste Soc.cons.155. Cōis opin.

4 Limitaturq; isthæc sententia cōmunis non habere locum in capitulis prorsus diuersis à falso. Nam falsitas commissa in capitulo, seu articulo,exploratum est non vitiare cætera capitula omninò diuersa à falso:vt per Bal. in l. iubemus.C.de testam.Felyn.in c. fraternitatis,de testib.col.pen.Dec.in c.1. de probat.& ista est communis opinio,quam citat,& nonnihil commendat Boer.decis.253.num.6. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS respondens falsum in vno articulo,seu capitulo,redditur falsus quò ad alia capitula;et propter falsitatē vnius capituli vitiatur eius depositio in omnibus, si falsum dixit in committendo;secus si in omittendo.*

2 *Testis in parte iurās falsum,redditur inhabilis semper ad deponendum pro se,& alijs.*

3 *Testis deponēs in parte falsum,nō est idoneus testis.*

4 *Falsitas commissa in vno capitulo,seu articulo,non vitiat cætera capitula omninò diuersa à falso.*

## OPINIO DCCCCXXXV.

1 TESTIS respondens falsum in vno capitulo, seu articulo, redditur falsus quòad alia capitula; & per consequens propter falsitatem unius capituli vitiatur eius depositio in omnibus:secundùm Grauet.late consil 6. nu.14.Alex.& Alciat.in l.1.§.sed si mihi.ff.de verb.oblig.& Afflict.in consti. Eos qui scienter,nu.25.lib.3.rub.55.& ista est communis Cōis opin. omnium opinio, attestante Bossio in tit. de falsis,nu.147.& Cotneo cons.61.vol.1.& constat pariter communem esse ex alijs cōgestis per Tiraq.in tract.de pœnis temperādis,causa 44 nu. 42. vbi declarat hoc habere locum si falsum fuerit commissum per testem in cōmittendo,non in omittendo.& Doct.communiter in l.1.ff.ex falsis.C.de transact.quam quidem opinionē communem esse asseuerat Scriben.inibi,præsertimq; Alexā.nu.12.& seq.& Alex.de Neuo consil.2.num.4.

2 Ampliatur ista communis,ꝙ dictus testis, qui in parte iurauit falsum,in totum,& in omnibus alijs casibus amittit beneficiū legum, & statutorum in eius fauorem facientium: & amittit beneficium similiter, & facultatem iurandi pro se, & alijs:secundùm Dec. consil. 83.in causa,col.pen. Alex.consil.114. col.11. vol.3.& consil.18.volum.2.& in d.l.si ex fal-

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS dictum non reprobatur propter falsitatem per eum commissam non tangentem negocium principale;imò probat, & valet eius dictum:punitur tamen crimine stellionatus.& num.2.*

## OPINIO DCCCCXXXVI.

1 TESTIVM dicta nou reprobantur propter falsitatem per eos cōmissam non tangentem negociū principale:vt per Bal.in l.pen. C.de transac.quam sequitē ibi Saly.subdens ita in practica seruari quotidie.& ita cōsuluit Dec.cons.100.col.3.& cōs. 163.in causa matrimoniali, quæ Mantuæ agitatur,n.10.& Gram.cū alijs Doct. relatis per ipsum,decis.60.nu.17.&decis.43.n.5.Ias.in l. 2.sub nu.16.C.de bon.poss.secund.tab.Curt. Iun.cons.122.nu.8.Soc.Iun.cons.31.nu. 28. vol.2.& Ruin.cons.36.nu.3.vol.4.

2 Vndè sciendū est indubitanter, ꝙ testis dicens falsum super accessorijs,& non super facto principali,probat,& valet eius depositio. verbi gratia,si quis est mihi affinis aliqua leui vel lōga affinitate, & deponit in aliquo negocio meo; & super interrogatorijs sibi factis si est meus affinis,dicit,& deponit,ꝙ non:certē eius dictum valet,nec aliquid minuitur de fide ipsius, sed benè pro tali mendacio debet puniri crimine stellionatus: secundū Iac.But. in l. Lucius.ff. de infamibus, quem sequitur Ang.cons.194.visis processibus causæ,col.2. vbi dicit hoc esse notatu dignum, & Marsil. sing.76.Communis opinio Doct.est.& in repet.l.fin.fol.45.post prin.C.de probat. Ias. in l.2.sub nu.16. C. de bon. poss.secund. tab. Dec.in c.licèt causam,nu.22.de prob.Marsil. in l.1.§.præterea,n.25.ff.ad leg.Cor.de sicar. Grammat.decis.43.nu.4.Soc.Iun.consil.31. num.28.& Bossius in pract.crim.tit.de falsis, num.146.& 148.

## SVMMARIVM.

1 *TESTIS falsum deponens, siue tacens veritatem, vel aliquid recipiens à litigantibus, ne ferat testimonium, punitur criminaliter, aut ciuiliter secundum qualitatem facti.*

2 *Testis falsum testimonium dicens in causis criminalibus, incurrit in Regno pœnam vltimi supplicij: & in ciuilibus falsum asserens, punitur pœna mutilationis manus, & perpetui exilij.*

3 *Testis falsum testimonium deponens, tenetur nõ solùm in foro contentioso de falso, sed etiam de omni damno ex illo testimonio contingente: in foro verò conscientiæ tenetur solùmmodò de falso testimonio.*

4 *Testis deponens falsum scienter, vel dolosè extra capitulata, & extra causam, siue de eo quod non noceret partibus, vel curijs in absoluendo, vel condemnando, non tenetur ad pœnam falsi ordinariam iuris communis, siue interpositam á statuto, sed alia mitiori arbitraria.*

5 *Falsitas nemini nocibilis non potest de iure communi puniri pœna falsi ordinaria, siue per notarium, siue per testem, vel per alium sit commissa.*

## OPINIO DCCCCXXXVII.

1 TESTIS falsum testimoniũ deponens, siue tacẽs veritatem, vel aliquid accipiens à litigantibus ne ferat testimonium; punitur criminaliter, aut ciuiliter, secundùm qualitatem facti. l. 1. in princ. & §. 1. & l. falsi pœna. ff. ad leg. Cornel. de fal. Et sic testis accipiẽs pretium, vt testimonium proferat, puniri debet pœna falsi: secundùm Abb. & Fely. in c. 1. de crim. falsi. Bar. & Marsil. in d. l. 1. §. 1. nu. 5. eundem Marsil. singul. 353. Ias. in l. Diuus, nu. 27. de re iud. Plotum in l. si quando, nu. 45. C. vndè vi, & Couarru. in c. quamuis pactum, par. 1. §. 7. nu. 5. de pact. in 6. qui appellat istam esse
Cõis opin. communem opinionem. sed valde quidem periculosa redditur ex scriptis eiusdem authoris, & Dec. in c. 1. nu. 2. de test.

2 Sed in Regno habemus pragmaticam nouissimam, inchoantem: Ferdinandus Aluarez, in qua sancitum reperitur, testem falsum testimonium dicentem in causis criminalibus, incurrere pœnam vltimi supplicij. In ciuilibus verò falsus testis, eiusdem pragmaticę dispositione, punitur pœna mutilationis manus, ac perpetui exilij.

3 Et intantùm prædicta vera sunt, vt testis falsum testimonium deponens, teneatur non modò in foro cõtentioso, de falso testimonio, verùm etiam de omni damno ex illo testimonio contingente: vt per Glo. in c. presbyterũ, de homicid. & in c. imputari, de reg. iur. lib. 6. In foro verò conscientiæ tenetur duntaxat de falso testimonio: secundùm communem opinionem omnium Canonistarũ in c. 1. de custod. Eucharist. quam communem sequuntur, & attestantur inibi Doct. & passim in iure nostro, & Corsetus in singul. in verb. Testis vltimo, inchoante: Si aliquis dixit falsum &c. Cõis opin.

4 Limitaturque dicta pragmatica, seu statutum non procedere, si testis deposuisset de eo, quod esset extra articulos, vel capitulos, vel extra causam, siue de eo, quod non noceret partibus, vel curijs in absoluendo, vel condemnando, etiam quòd falsum scienter, & dolosè deponeret, non teneretur pœna dictæ pragmaticæ, siue statuti, sed alia mitiori pœna; erit puniendus. ita in specie consuluit Bald. consil. 106. cùm peteretur, volum. 1. ad limitationem statuti Mediolanensis.

5 Et sic nota vtiliter, quòd falsitas, quæ nemini nocet, non potest puniri pœna falsi ordinaria, siue per testem, siue per notarium, vel alium fuerit commissa. & ista est communis opinio: secundùm Alex. consil. 145. visis, vol. 6. & Soc. consil. 103. in facto, & cons. 104. post redditum vol. 1. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata per falsos testes vt retractetur, non sufficit probare corruptelam testium, sed debet probari falsitas.*

2 *Restitutio in integrum aduersus sententiam latam sub prætextu falsorum testium vt competat, sufficit probare solam ipsorum testium falsitatem absque eo, quòd probetur corruptela partis: secus verò si libellans se astringeret in libello in eadem oratione ad vtrunque probandum: siquidem tunc tenetur falsitatem, & corruptionem probare.*

3 *Sententia lata per falsos testes retractatur, etiam si pars deduceret in libello in diuersis orationibus testes falsum dixisse, & fuisse corruptos, & consequenter copulatiuè, vel respectiuè non videtur se astringere ad vtrunque probandum, sed alterum probare sufficit, scilicet corruptelam, vel falsitatem.*

## OPINIO DCCCCXXXVIII.

1 TESTIVM solam corruptelam probare non sufficit, vt sententia lata per falsos testes retractetur, seu annulletur, sed debet probari falsitas ipsorũ testium: secundũ Inno. & omnes in c. licèt causam, de prob. quorum opinionem sequitur, declarat, & ait esse commu-

Cōis opin. cōem Dec.ibi n.156.cū alijs seq. ¶Io.And verò,in d.c.licèt causā,& Bar.in l.Diuus Adrianus,n.7.ff.de re iud.inclinauerunt in cōtrariā partem,videlicèt,ꝙ testi corrupto indistinctè non credatur, & sufficiat proponere testes pecunia corruptos, ad hoc vt sententia lata per falsas probationes retractetur. ideq; videtur tenere Glo.& ibi Bart.in l.is qui iudicio.ff. de accus.vbi cōcludunt,ꝙ si testis ob pecuniā receptā accedit ad testificādū, repellitur à limine iudicij.Tñ in iudicādo,& cōsulēdo nō foret tutū discedere à d. cōi, ob rōnes,& argumēta allegata p Moder.& Dec.in d.c.licèt causā.

2 Et similiter ad hoc vt cōpetat restitutio in integrū aduersus sententiā latam sub praetextu falsorum testium, sufficit probare solā testium falsitatem absq; eo,quòd probetur corruptela partis: secundùm Gloss.in d.l.Diuus Adrianus.quam declarat,& interpretatur ibi Cōis opin. Ias.n.18.& ait communiter approbari.

¶ Sed hoc non procederet vbicunq; libellans se astringeret ad vtrunq; probandū,& ꝑponeret in libello testes falsum deposuisse corruptos in eadē oratione. eo, nanq; casu vtrūque tenetur,& debet probare, scilicet falsitatē,& corruptionē:secūdùm Bar.in d. l. Diuus Adrianus,nu.3. cum quo transeunt ibi Ang. Imol.Raph.& omnes.Abb.& alij in d.c. licèt Cōis opin. causam,& Ias.quoq; in d.l.Diuus Adrian.nu. 20.vbi asseuerat istā esse cōmunē opinionē.

3 Interpretaturq; isthęc sententia nō habere locum,quando pars in libello deduceret in diuersis orationibus dictos testes falsū dixisse, & fuisse corruptos,& sic copulatiuè,vel repetitiuè: tūc profectò non videtur se astringere ad vtrunq; probandū, verùm alterū probare sufficit,videlicèt corruptelā,vel falsitatē:secūdùm Glo.& Doct.in c. 2. de rescrip. & omnes cōiter in d.c.licèt causam,de prob.Bar.in d.l. Cōis opin. Diuus Adrianus,n.4. post alios cōgestos ibidem per Ias.vbi scribit istam esse cōem opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS, vel notarij contrarietas non aliter partibus nociua,non est punibilis in his, quæ sunt extra negociū principale.*

2 *Testis sibi contrarius in eadem depositione, & in causa principali non extra negocium, reijcitur in totum tanquam falsus.*

## OPINIO DCCCCXXXIX.

1 TESTIS, vel notarij cōtrarietas, quæ non nocet partibus,non est punibilis in his, quæ sunt extra negociū principale:vt latè per Ias.in l. si ex falsis, col.fi.C.de transac.& per Gram.decis.43.& Dec.cons.103.nu.143.

2 Tamen vbicunq; testis esset sibi cōtrarius in eadē depositione, & in causa principali nō extra negociū, reijceretur in totū tanquā falsus:secundū cōem opin. omniū Doct. de qua Cōis opin. attestatur Alc.in tract.de præs.reg.3.præs.29.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES in instrumentis,seu contractibus publicis necessariò de iure communi non tenētur se subscribere subscriptione propria manus, sed sufficit, quòd notarius scribat nomina testium in ipso instrumento.*

2 *Instrumentum non probat, nisi habeat testes in eo descriptos.*

3 *Instrumentum reassumptum in forma probante per notarium,in Regno exigit subscriptionem testium propria manus,aliàs non probat.*

4 *Instrumentū continens summā infra librā auri,exigit in Regno subscriptionē ad minus duorū testiū & vltra librā auri subscriptionem trium testium.*

5 *Testamentum reassumptum in Regno in publicam formam, exigit subscriptionem trium testium,& non septem.*

## OPINIO DCCCCXL.

1 TESTES in instrumentis, seu contractibus publicis necessariò de iure cōmuni non tenētur se subscriber subscriptions propriæ manus,sed sufficit,vt notarius scribat nomina testiū in ipso instrumēto:secundùm Glo.in §. si verò absunt,in auth.de hæred. & falcid. in §. sed si & instrumenta, in auth. de fide instrum. Panor. Fely.nu.14.Dec.nu.12.& omnes in c.1.de fide instr.Paul.de Cast.cons.323.lib.1.in prin. & in l.cōtractus.C.de fide instr.Glo.& Doct. omnes, in l.donationē. C.de don. & in l.fi.C. de test. Affl.in const.Baiulos,n.20.rub.73. lib.1.Capic. decis.29. & istorū opinionem ait esse communem Barbat.in rubr.de fide instr. Cōis opin. nu.97.& Dec.in c.quoniam contra, num.18. de probat. & ibi Mantua etiam num. 39. & sequen.contra Accursium in l.generali.C. de tabular.lib.10.contrarium asseuerantem, & malè.

2 Et instrumentum ipsum non probat, nisi habeat testes in eo descriptos.d.§.sed si instrumenta,Gloss.in l. donationibus. C. de donat. Bal.cons.55.col.2. libr.2.Alex.cons. 166.col. pen.vol.6.& Corn. consil.114.col.2.vol.1.& cons.220.col.2.vol.2.

3 In Regno verò Neap. hodie est necessaria in instrumentis publicis propriæ manus testium subscriptio: vt reperitur sancitum in constit. incip. Instrumentorum robur, in tit. de fide,& authoritate instr. & sic per statutū,

post Gloss. in authen. minoris debitor. C. qui dar. tuto poss. ubi dispositio prohibens accedere debitorem ad tutelam, non intelligitur de modica quantitate, vel re.

¶ Intelliguntur que prædicta sanè, secundùm Roma. in d. l. 3. ff. de iureiuran. procedere in causis criminalibus intentatis ad vindictã publicam; secus autem in ciuiliter intentatis ad pœnam pecuniariam, & sic in quibus tantùm veniat pœna pecuniaria imponenda. & ista fuit opinio originaliter Ant. in c. fin. de iureiur. tamen Imol. ibi, & malè affirmat indistinctè contrarium.

3 Sed animaduerte ob hoc, quòd licèt ex semiplena probatione quis condẽnari nequeat: tamen unicus testis de uisu, qui deponat vidisse Titium vulnerantem, vel occidentem Mæuium, vel committentem aliquod simile delictum, dummodò iste testis sit omni exceptione maior, reddat que sufficientem rationem sui dicti, facit indicium non solùm ad inquirẽdum, uerùm etiam ad torquendum: secundũ Glo. & Doct. in l. si quis. C. ad leg. Iul. Maiest. Doct. omnes in d. l. admonendi. Bar. Alexã. & Marsil. in l. 1. §. item Cornelio, & in l. maritus, & in l. fin. ff. de quæst. Michaelem Cifuentes in commentariis super leges Tauri, in l. 79. col. 4. vers. Et primò dictum vnius testis. & Iacob. Nouellum cum aliis ibi congestis per eum in sua pract. crim. super forma inquisitionis contra producentes falsitates, num. 8. & ista est Cõis opin. communis opinio. teste Carrerio in pract. cri. num. 100. vers. Primum &c. Moder. in locis supra citatis, Rolan. à Valle cons. 7. in causa Antonini Brunelli, nu. 3. & 10. vol. 1. & Boerio. de cis. 163. & ita consuluit Ang. cons. 3. publicatus est processus, super quo fuerunt producti, & examinati quinque testes.

¶ Sed coarctatur hoc, ubi testis non esset omni exceptione maior: quia omnis minima qualitas, & defectus impedit, ut non faciat indicium ad torturam: ut per Bart. & Alex. in d. §. item Cornelio, & Paris. cons. 160. & si considerata, nu. 64. & seq. uol. 4. & Rolan. in d. cons. 7. sub nu. 10. & seq. vol. 1. si concurrat leuitas vitæ rei: secundùm Carterium in d. uers. Primum. Et hoc verificatur in teste, quotiescunque eius fides vacillaret, seu in aliquo elidere tur, vt quia esset affinis producentis, amicus, vel similis: tunc profectò non faceret semiplenam probationem, nec induceret iudicem ad opinionem, seu suspitionem: secundùm Bar. in d. l. admonendi. quem sequuntur Bal. & Rom. ibi, & idem Bal. in l. 1. C. qui & aduer. quos, & in c. 1. de controuer. inuest. Ant. & Panor. in c. fin. extr. de iureiuran. quoniam modicus defectus impedit huiusce semiplenam probationem vnius testis. Nec mirùm, quia satis exorbitat fides vnius testis domestici à iure communi: secundùm Bal. in c. 1. §. sacramentum, de consuet. recti feudi, & in c. à nobis, & in c. in notuit, extr. de testib.

4 Et sic vnus testis domesticus non facit semiplenam probationem: nam non reputatur idoneus, & integer. l. etiam. C. de testib. c. in literis, ext. de testib. Item infamis infamia facti non esset integer, & idoneus testis: secundum Bart. in d. l. admonendi, colum. fin. vbi Ias. cæteros refert. Nec non subditi producentis, cõpatriotę, homines malæ conuersationis, & alij similes relati per Scriben. præsertimque per Moder. in d. l. admonendi.

5 Et quemadmodum vnus testis, nisi sit integer, non suffic t ad torturam in casibus ordinariis ita etiam in crimine læsæ maiestatis, vel simoniæ unus testis non integer existẽs ad torturam inferendam minimè sufficeret: vt consuluit Alex. cons. 11. circa primum dubium quo quæritur, num. 1. & seq. vol. 1. & ita uidi obseruari in practica tam in causis clericorũ, quàm laicorum quàmplurimis vicibus, me patrocinante.

6 Et animaduerte, quòd ille dicitur testis omni exceptione maior, qui aliqua ex parte, & causa non potest repelli, & consequenter contra quem nulla exceptio opponi possit: vt per Glos. no. in c. 1. extr. de consang. & affin. quã ponderat ibi Panor ad statuta facientia mentionem de testibus omni exceptione maioribus. & idem si diceret idoneis. quam ad hoc idem ponderant Moder. inibi, & idem Panor. in c. at si clerici, de iud & Alberic. in l. optimã, circa fin. C. de contrahen. & commit. stip. Et quòd testis dicatur omni exceptione maior, quando nulla imputatio contra eum fieri potest, & nihil penitus patiatur; tenet Glo. etiam in §. item, inst. de inutil. stip. Bal. in l. maritus. ff. de quæst. Ioan. de Ana. cons. 17. num. 8. Bal. in rub. de controuer. inuest. & Rolan. in d. consil. 7. num. 13.

7 Imò omnis testis censetur omni exceptione maior, & idoneus in dubio, nisi repellatur aliqua legitima exceptione probata: secundũ Glo. in c. 1. extra de consanguin. & affin. & in c. 1. extra de testib. & in §. item uerborum, instit. de inutil. stip. & Alberic. in d. l. optimã, in fin. C. de contrahen. & commit. stip. & optimè probat textus in c. licèt ex quadam, extra de testib. & Panorm. in c. at si clerici, extra de iudic. & ita in facti contingentia obtinui in practica compluribus vicibus in variis causis, & in variis, diuersisque tribunalibus.

¶ At dictam regulam communem, quòd faciat semiplenam probationem, limitat Curtius in repet. dictæ l. admonendi, in septuaginta septem casibus, & ponit, & optimè declarat Lancillotus Conradus, in tract. seu pract. de decurionibus, lib. 1. c. 13. de prætore. §. 11. de offic. prætor. nu. 1. & seq.

8 Et aduerte, quòd quemadmodum in crimi-

minalibus non sufficit probatio facta per vnum testem: ita in eisdem causis criminalibus minimè sufficeret etiam probatio facta per vnum testem cum fama: vt not. per Gloss. in c.veniens, il 1. de testib.

¶ Sed hoc non procederet, vbicunq; concurrerent aliæ coniecturæ: tunc enim etiam in criminalibus testis vnus cum fama, vtique probaret: vt notat Domi. in c. 1. §. & quia, in Glo. in ver. Manifestos, de usur. in 6. Aret. in c. ueniens, colū. 7. de testib. & Bald. in l. si quis. §. 1. ff. de eden.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS unicus non facit plenam probationem, sed semiplenam, etiam quòd litigantium cōsensus accedat, qui rem omnem depositioni ipsius testis committat, secundùm communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit, vt ex consensu litigantium fieri possit, vt testimonio vnius testis plena fides adhibeatur.*

2 *Testis, cuius dicto partes stare assenserint, potest deponere partibus ipsis non citatis ad uidendum eius iuramentum.*

3 *Testis, cuius dicto necessariò standum est, potest deponere eius dictum partibus absentibus, & non aliter citatis ad uidendum eum iurare.*

4 *Partes paciscentes inter eas de stando dicto vnius testis non possunt recedere à tali pacto, & conuentione, etiam ante quàm testis declararet, & deponeret eius voluntatem. Quod limitatur, ubicunque superueniret iusta causa iuramentum, & electionem reuocandi.*

5 *Tutor non potest pacisci, vt stari debeat dicto vnius testis in causa sui pupilli.*

6 *Partes possunt remittere iuramentum testibus.*

7 *Testi vnico licèt ex conuentione partium plena fides adhibeatur: tamen procedit hoc, quando consensus præstaretur certę personæ, & nominatim quò ad certum negocium, & non aliter, nec alio modo.*

8 *Testis unici dicto standum esset ex conuentione partium, nisi de eius iniquitate appareret.*

9 *Testis approbatus in dicto, & persona per partes, non possunt postmodum partes ipsæ eidem contrauenire.*

10 *Partes quando consentirent in persona tantùm testis, non autem in eius dicto, possunt opponere dicto eiusdem testis.*

## OPINIO DCCCCXLII.

1 TESTIMONIVM vnius testis facit semiplenam probationem, non autem plenam: vt latè supra deducimus: etiam si consensus ambarum partium litigantium præcesserit; quę rem omnem assertioni, seu depositioni dicti testis commiserint; undè iudex hoc casu, ex conuentione, & consensu litigantium non tenetur, nec potest vnius testis assertioni stare: secundùm Glos. Dyn. & Rayner. in l. Theopompus. ff. de dote pręleg. idem tenet Bar. in l. 1. §. fin. num. 2. ff. de uer. oblig. ubi Al-
ciat. num. 23. & seq. ait hanc opinionem esse Cō
communem. idemq; fatetur Ias. in l. iusiuran- opi
dum quod ex conuentione, colum. 2. ff. de iureiuran.

¶ In contrariam uerò partem, quòd conuentione, & consensu litigantium fieri possit, vt testimonio vnius testis plena fides adhibeatur, inclinauerunt Specul. in tit. de teste. §. testat. 24. fall. Roma. Alex. Aret. & Moder. in d. l. 1. §. fin. ff. de ver. oblig. Crotus in tract. de testibus. 6. parte, colum. 2. Bertran. cons. 140. viso casu mihi exhibito parte nobilis, & honorabilis viri Stephani, nu. 4. vol. 6. Hoc idem senserunt Glo. in c. veniens, el 1. & in c. licèt vniuersis, de testib. ubi Doct. sequuntur eandem
opinionem, quam asserit communem Ias. in Cōis
præallegato. §. fi. num. 6. & istam vltimam sen opin.
tentiam mihi sequendam fore constitui, tanquàm magis ęquam, & melioribus rationibus vallatam. & eidem inhærent Fely. in c. veniēs, de testib. num. 19. Ias. in l. admonendi, nu. 20. ff. de iureiur. & Alexā. cons. 47. circa primum, num. 4. uol. 1. & cons. 37. viso, & diligenter considerato themate, sub num. 4. vol. 4. quibus in locis ostendit huiusmodi opinionem communem esse. & cons. 54. circa id, quod quæritur, sub num. 1. & 4. uol. 2. vbi demōstrat eandem opinionem magis communem. & Dec. etiam in c. veniens, sub num. 46. de testib. & in c. 2. num. 19. de fide instr. & Marcus Antonius Blācus in tract. de compromissis, quęst. 8. de ordine procedendi in compromisso, nu. 27.

2 Imò hæc communis ita retenta, ampliatur primò intantùm procedere, vt non solum stari debeat dicto testis vnici, ac ei plena fides adhibeatur ex conuentione inita inter partes, sed etiam testis ipse ita electus, rogatus, uocatusque per partes, posset nempè dictum suum proferre, atque deponere cum iuramento, etiā partibus ipsis absentibus, & non aliter citatis, & uocatis ad videndum iurare ipsum testem: vt consuluit excellēter, & præclarè Alex. in cons. 130. difficultas huius negocij consistere videtur, vol. 1.

3 Vbi hoc confirmat per doctrinam Ant. de But. in c. 2. extra de test. asserentis ibi, quòd licèt regulariter testis debeat iurare partibus præsentibus; tamen determinat, limitatq; hoc non obtinere locum, ubicunque talis esset testis, cuius depositioni necessariò standum foret. & sequitur Ias. cons. 200. uol. 2.

4 Et quamuis Bar. in l. fin. de præt. stipul. determinet, quòd huiusmodi conuentio, quòd stari debeat dicto unius testis, reuocari queat

ante-

antequàm ille declararet,atq; deponat. Nihilominus Ang. & Paul. de Cast.ibi,Abb.in c.2.in fin.de fid.instrum.Bal. & Alex.in d.l.iusiurandum quod ex conuentione,& in d.consil.130. sub num.6.contrarium asseuerant, vbi pręsupponūt istam esse communem opinionem contra Bart. & Afflict. etiam in decis.91. Iterum in causa, sub num. 11. & decoratissimus D. Cardinalis Albanus,in lucub.in Bar.in d.l.fin. ff.de præt.stipul.num.2.& Iaf.in d.l. iusiurandum quod ex conuentione,sub numero 6. vbi istam communem limitat non procedere,ubi cunque superueniret iusta causa iuramentū, & electionem reuocandi; veluti si in teste superueniret aliqua suspitio,dolus,fraus,vel aliquis alius defectus.

Cōis opin.

5 Et eandem communem limitat etiam ini bi idem Iaf.post Bar.& alios communiter in l. iusiurandum etiam.ff.de iureiuran.non habere locum in tutore faciente talem conuentionem, vt ea facta per eum non teneat, neque valeat.

Cōis opin.

6 Ampliatur secundò eadem communis,vt non tantùm dicto vnius testis credendum sit ex conuentione partium,sed etiam partes ipsæ possint remittere iuramentum testibus:vt in c. in tuis, de testa. & ita ampliat, & firmat Abb.conf.51.Videtur primò standum libris, nu.1.libr.1.

7 Quæ quidem communis opinio ita ampliata,intelligitur cum grano salis procedere, quando consensus præstaretur certæ personæ, & nominatim,quò ad certum negocium, ne aliter præbeatur ansa fraudibus, ac falsitatibus: secundùm Ang. in l. pactum inter hæredes.ff.de pact.cuius sententię adhęret Iaf.in repet.l.admonendi,num.100.& 200.ff. de iureiuran.Aret.num.40. Soc. num.3.Iaf. num.9. Alciat.num.28.in d.l.1.§.fin de uer. oblig.

8 Limitatur etiam secundo loco eadem cōmunis opinio,quòd dicto testis standum foret ex conuentione partium, nisi de eius iniquitate appareret,& probaretur: vt firmat eleganter Alex.ex communi opinione,in conf.67. visso themate,& verbis instrumenti, numero 4. volumine 2.

Cōis opin.

9 Sed in contrariam sententiam videntur inclinare Bal.& Salyc. in l. in bonę fidei.C. de reb.cred. dum constanter concludunt, quòd vbicunque testis approbatus reperitur in dicto,& persona; partes non posse eius depositionem infringere, nec ei contrauenire modo aliquo.& opinionem hanc Bal.& Saly. sequitur, & strenuè tuetur Marcus Ant. Blancus in d. tract.de compromissis,in 8.q.nu.29.

10 Claudicatque tertiò quoque eadem communis procedere,vbicunque partes consentirent in persona, & dicto testis: tunc equidem plenam dubio procul testis ipse faceret fidem. Secus uerò si consentirent partes in persona tantùm: tunc enim possent opponere dicto eiusdem testis: vt firmauere Alexan.Soc.Iaf.& alij communiter in d.l.1.§.fin.ff de uer. oblig. Bal.colum.fin.& Saly.col.7. in d.l. in bonæ fidei, vbi concludit Salycetusmet, quòd si partes conuenirent in persona tantùm; determinat, inquam, testem probare semiplenè tantummodò, & similiter eius dictum reprobari posse. & huic limitationi adhæret etiā Fely.in d.c.veniens,sub num. 19. de testib. & Marcus Ant.Blancus in præmemorato tract. de compromissis,q.8.nu.28.

Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS vnus deponens de veritate,& fama; & alius de fama, concludenter probant.*

2 *Baldi opinio non est parua, vbi non habet contradicentem;imò tutum, & irreprehensibile foret iudici secundùm opinionem Baldi iudicare, ubi non haberet contradictorem.*

## OPINIO DCCCCXLIII.

1 TESTIS vnus deponens de veritate, & fama publica; & alius testis deponens de fama publica dūtaxat,plenè probāt: secundùm Bald. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib.& posth.per illum text.& istam Bal. doctrinam asserit esse mirabilem,perpetuoque memoriæ commendandam; ex eo quòd non habet contradicentem,Alex.in d.§.ille casus,& alij Doctores ibi, & Moder.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& sequitur Soc.Iun.etiam conf.32.num.22.vol.2. & Mar.Salomon.in d.§.ille casus,num.5.& sequen.Et hoc ideò est.nam adest publica fama probata, uerificataque per duos testes, & ueritas per unum testem, quę quidem ex istis duabus semiplenis concludenter,& sufficienter probatur.

2 Et licèt Francisc.Curt.in tract.de test.conclus.44.n 90.nō ausus fuerit firmare memoratam Bal.opinionem, sed eā indecisam reliquerit. Nihilominus tamen in consulendo, iudicandoque suadendum esse duxi sequendam fore doctrinam Bal. tanquàm communem, & verissimam.quia secundùm Paul.de Cast.consilio 152.viso puncto,colum. fin. volum. 2. & in l.si vniuersæ,col.fin.C. de lega.in causis decidendis non est parua Bal.opinio,præsertimque ubi non habet contradicentem ; imò tutum,ac irreprehensibile est iudici secundùm opinionem Baldi iudicare , maximeque ubi non habet contradicentem: vt refert Dec. consi-

Cōis opin.

consilio 283. colum. 2. Iaf. in l. si quis in fundi vocabulo, col. 3. ff. de leg. 1. Et de Baldi authoritate latius scripsimus supra in Opin. 924. Te stis illud, quod deposuit, num. 4. & seque. hoc eod. lib. tertio.

*SUMMARIUM.*

1 *ACTOR, si probauit semiplenè per unũ testem, licèt non ipsi, sed reo delatum sit iuramentum, non condemnatur in expensis: quia iustam habuit litigandi causam, dummodò ille testis fuerit omni exceptione maior, aliàs secus. num. 2.*

## OPINIO DCCCCXLIV.

1 PER vnum testem actor probãs semiplenè, & succumbens; quia non ipsi actori, sed reo est delatũ iuramentum, non condẽnatur in expensis, quasi per illum testem videatur habuisse iustam litigandi causam, verisimiliter credendo, quòd sibi deferatur iuramentum: secundùm Ioan. And. Pet. de Anch. Butr. & communiter omnes Canonistas in c. finem litibus, extr. de dolo, & contu. Bal. in l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. Alex. in l. properandũ. §. fin autem reus. C. de iudiciis. quam quidem communem sequuntur, & attestantur Doct. passim, & præsertim in præcitato. c. finem litibus, & Moder. in repet. l. admonendi. ff. de iureiurando.

Testis

Cõis opin.

2 Et ista communis procedit, secundùm præcitatos Doct. quãdo testis productus per actorem erat omni exceptione maior, aliàs secus.

*SUMMARIUM.*

1 *TESTIS vnus, & confessio facta absente parte faciunt plenam probationem, dummodò istæ duæ semiplenæ tendant ad vnum finem, vt discurritur etiam infra sub nu. 3.*

2 *Testis unicus, & fama, eo potissimum casu, quo fama facit semiplenam probationem, plenè probant.*

3 *Testis vnus de ueritate, & duo de fama publica cũ aliquo indicio legitimè probato probant in criminalibus concludenter delictum.*

4 *Testes duo eiusdem generis faciunt plenam probationem, & fidem iudici, si essent contestes in omnibus prædicamentis traditis hic.*

5 *Testes singulares, cùm tendant ad diuersa, non autem ad idem probandum, non coniunguntur.*

6 *Testis vnus de una cõfessione absente parte, & alius de alia non iunguntur.*

7 *Testis vnus de uero mutuo deponens, & alius de confessato non iunguntur.*

## OPINIO DCCCCXLV.

1 TESTIS unus, & confessio facta absente parte, faciũt plenam probationem casus est in c. fin. de suc. ef. ab intest. & not. Ioan. de Amicis consilio 76. num. 9.

2 Pariformiter vnus testis & fama, eo casu, quo fama facit semiplenam probationem, plenè probant. c. 1. de appella. ubi Gloss. & l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. & ita decisum extitit in Sacro Regio Concilio Neap. teste Afflicto decis. 337. & Natta consil. 279. sine ulla dubitatione tenendum est, sub nu. 1. vol. 2. Et idem dicendum est in similibus casibus.

3 Et hoc ampliatur procedere etiam in negocio criminali. Nam in causa ipsa criminali vnus testis de ueritate, & duo de fama cum aliquo indicio legitimè probato, probant concludenter delictum: secundùm Aret. in c. ueniẽs, colum. 7. de testib. & Fely. quoque ibi col. 5. cũ aliis signatis per eum, Bal. in l. si quis ex argentariis. §. 1. colum. 4. ff. de eden. & Crot. in tract. de testib. fol. 9. colum. 3. uers. Quarta conclusio. Et quamuis istæ duæ semiplenæ probationes sint diuersi generis; tamen si tendant ad vnum finem, faciunt plenam fidem iudici, secus uerò si ad diuersa tendant: quia tunc duo imperfecta non facerent vnum perfectum.

4 Idem dicendum est in duabus semiplenis probationibus eiusdẽ generis, vtputà in duobus testibus: tunc nemini dubium est, quòd duo testes faciunt plenam probationem. ita & taliter conclusiuè, & formaliter. tenet Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurã. cuius opinionem sequuntur Doct. communiter: vt refert Saly. in l. in bonæ fidei, uers. Visis his quæ semiplenam probationem faciunt. C. de iureiur. & inter cæteros Doct. ei inhærent Bal. in l. si ex cautione, quæst. 12. C. de non nume. pecu. in l. unica, in princ. C. de cõfessis, in l. per hanc. C. de temp. appel. in l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. & in l. 2. C. de bon. poss. secundùm tab. idem Bal. & Panor. in c. cùm causam, ext. de probat. Panor. & Ant. de But. post Glo. in c. veniens, el 1. ext. de testib. Anchar. cons. 277. visa diligenter, Panor. cõs. 16 Alber. post Glo. in l. instrumenta. C. de probat. Angel. Aret. in tract. malef. in uer. Quod fama, uer. Et an fama sit sufficiens indicium ad torturam, numero 41. & Alex. cons. 116. animaduersis his, colum. penult. volum. 2. & Iaffredus Lanfrancus decis. 56.

Cõis opin.

¶ Et dictam opinionem communẽ, quòd duo testes eiusdem generis faciant plenam fidem iudici: intelligerem procedere, vbi essent contestes in omnibus prædicamentis traditis per Bal. in l. de quibus, circa fi. ff. de leg. & in l. testium. C. de testi.

5 Te-

5 Testes uerò si essent singulares, quia non coniungerentur, cùm tenderent ad diuersa, non autem ad idem probandum, non coniunguntur, ita Ant. de But. in d c. veniens.

6 Ideoque vnus testis de vna confessione absente parte, aliusque de alia, non iungerentur: secundùm Anto. de But. in c. licèt ex quadam, colum. 3. extr. de testib. & Panor. in c. cùm causam, col. 4. exr. de prob.

7 Dicentem ibidem idem esse, si unus testis deponat de vero mutuo, & alius de confessato. idem firmat Bal. in c. fin. extr. de consuet. & in l. 2. §. fin. circa fin. ff. si cer. pet. quod uberius declarat Lauren. Syluanus cons. 51. num. 12. & ita fuit iudicatum in Sacro Concilio Neap. vt refert Afflict. decis. 364. num. 3.

### SVMMARIVM.

1 *Testis vnus de uera numeratione deponens, & alter de confessione extraiudiciali, non inducunt plenam probationem: & consequenter mutuum non probatur, vbicunque vnus testis deponit de vera numeratione, & alius testis de confessione.*

2 *Mutuum est naturale, & ciuile: & naturale quippè est, quod uera numeratione contrahitur, ciuile autem, quod sola confessione perficitur.*

## OPINIO DCCCCXLVI.

1 Testis vnus deponens de uera numeratione, & alter testis de confessione extraiudiciali; tunc non inducitur plena probatio: & sic mutuum non probatur, quando vnus testis deponit de uera numeratione, & alius testis de confessione ipsa: secundùm Dyn. in l. 2. ff. de excusat. tut. Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bal. in auth. rogati. C. de testib. in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. in c. licèt causam, de prob. in c. fin. de consuet. Abb. in c. cùm causam. de probat. & in c. fi. de consuet. Alex. in l. Gallus. §. ille casus, colum. 8. ff. de liber. & posthum. & Ias. in l. admonendi, num. 216. ff. de iureiur. in 3. lect. ubi docet istam esse communem opinionem, quam equidem communem, & verissimam reperio. *Cōis opin.*

2 Nam mutuum quoddam naturale est, quoddam uerò ciuile. Et naturale est, quod vera numeratione contrahitur; ciuile aũt, quod sola confessione perficitur: secundùm Glo. cōmuniter approbatam in l. 2. §. fin. ff. si cer. pet. *Cōis opin.* ideò depositiones prædictorum testium ad diuersa tendunt, etiam deponens de vera numeratione arguat naturale mutuum, ac deponens de confessione, mutuum ciuile: & sic depositiones istorum ad diuersa penitus tendunt, & coniungi nequeunt: secundùm Ias. vbi supra.

### SVMMARIVM.

1 *Testis vnus de ueritate, & alius de confessione emanata præsente parte, seu duo testes de emanata confessione parte absente, seu de fama publica, plenè probant simul iungendo.*

2 *Testis vnus de uero numerali actu, & duo de confessione absente parte, plenè probant.*

3 *Confessio facta in ciuilibus extra iudicium præsente parte, si probetur per duos testes, facit plenam probationem, & præiudicat confitenti, si acceptatur confessio ipsa: secundùm communem opinionem, licèt contraria sententia appareat similiter communis, quòd non requiratur dicta acceptatio.*

## OPINIO DCCCCXLVII.

1 Testis vnus de ueritate, & alius de confessione emanata præsente parte; seu duo testes de emanata confessione parte absente, seu de fama publica, plenè probant simul iungendo. ita Bal. in rub. de controuer. inuest. & in l. si quis ex argentariis, in princ. ff. de eden. Francisc. Curt. in tract. de testib. conclus. 45. nu. 91. & Afflict. in tract. de iure protomiseos. §. 4. quæst. 2. sub nu. 9. folio par. 72.

2 Et Pau. de Cast. sequendo Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in cons. 229. visa petitione, tenet, vnũ testem de uero numerali actu, & duos de confessione absente parte, plenè probare. & Barba. etiam in cap. licèt causam num. 36. & 38. de probat. Et circa hoc abundè scripsimus supra tenendo prædictam opinionem tanquàm verissimam, & canonicam. & latè probat Laurent. Sylua. consilio 51. numero 12.

3 Si uerò, nota, confessio esset facta in ciuilibus extra iudicium præsente parte, & probaretur per duos testes, faceret vtique plenam probationem, & præiudicaret hæredi confitenti: secundùm Bald. in l. 1. colum. fin. C. ne ex delicto defunctorum, & Soci. consil. 228. colu. 1. uol. 2. & Alexan. cons. 19. colum. 4. & cons. 22. col. 1. uol. 4. vbi asserit, ꝙ vltra præsentiam partis requireret etiam acceptatio. Nihilominus obseruatur cōiter contrariũ, uidelicet, ꝙ non requiratur dicta acceptatio: ut oēs Doct. passim testantur, *Cōis opin.* & Mod. in add. ad Alexã. in præallegatis consiliis, & Doct. relati per Petrũ Dueñas in suis regulis, reg. 119. nu. 1. ubi plane facit contrariã opinionem esse cōmunē post alios quamplures congestos ibi per eum. *Cōis opin.*

SVM-

### SVMMARIVM.

1 *TESTES in vna causa publicati, non possint amplius produci in causa appellationis, vrgente pari timore subornationis in causa appellationis, sicut & in causa principali, quamuis diuersa sit instantia, & est communis opinio Canonistarum: licèt Legistæ sentiant communiter contrarium, quòd testes recipi possint in causa appellationis, etiam publicatis testibus in causa principali, super eisdem articulis, seu directò contrarijs.*

## OPINIO DCCCCXLVIII.

1 TESTES in causa principali publicati, nõ possunt amplius produci in causa appellationis vrgente pari timore subornationis in causa appellationis, sicut & in causa principali, quamuis diuersa sit instantia. & timorem præfatæ subornationis exploratum est, mouisse Pontificem ad ita decidendum, in Clemen. testibus, extr. de testib. & in c. fraternitatis, eod. tit. & ita per illum tex. tenet Bar. in l. per hanc: C. de temp. appel. Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Testes, num. 38. & seq. & Canonistæ omnes communiter, in c. per tuas, de testib. ubi Fely. magistraliter ponit multas limitationes, & Socinus in tract. fallent. in regul. 447. *Cõis opin.*

¶ Verùm enimuerò Cyn. Bal. Ang. cæterique omnes communiter, in d. l. per hanc, affirmant de iure ciuili contrarium, uidelicet, quòd in causa appellationis posint recipi testes, publicatis etiam testibus in causa principali super eisdem articulis, seu directò contrariis. & hoc probatur in l. fi. C. de testi. & ita seruat consuctudo, & practica, teste Martino Garrato in tract. de opinionibus Bart. reprobatis, & Afflict. decis. 216. num. 4. vbi articulum hunc, cum multis aliis, decisum inuenies tam per ipsum, quàm per Vrsillum in add. ibi num. 1. cum aliis seq. & sic iudicaui in facti cõtingentia dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1560. videlicet obseruandam fore præfatam communem sententiam in terris Imperij. Vndè scias tradendam esse tenaciter memoriæ dictam communem in practica: ex eo, quia vidi nonnullos aduocatos errare. Et ne in aliquem errorem incidas, vide obsecro pulchram distinctionem traditã per Martinum in præcitato trac. ubi saluat opinionem Bart. procedere in terris Sedis Apostolicæ, seu in foro canonico. c. fraternitatis, de testib. & opinionem communem habere locum in foro seculari. d. l. fin. C. de testib. & ita residet Lanfran. in d. c. quoniam contra, in uers. Testes. num. 39. in fin. & sic consuluit quoque Ang. consil. 155. in quæstione uertente inter dominum Michelettum, colum. 1. & ita obseruatur in Camera Imperiali, quòd d. Clemen. testibus, in foro ciuili non habeat locum, teste Ioachimo in obseruatione. 41. centuria 1. ubi refert pluribus vicibus ipsam cameram admisisse eadem grauamina cum articulis primæ instantiæ ad probandum. *Cõis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *TESTIS non potest tradere in scriptis dictum suum iudici.*

2 *Mutus sciens scribere potest esse testis, & deponere per scripturam.*

3 *Attestationes, seu uerba attestationum debent scribi per tabellionem.*

4 *Veritas per iudicem facilius cognoscitur ex titubatione, & trepidatione deponentis.*

5 *Testificatio non potest fieri hoc modo, videlicet testifico prout in hac scriptura sigillata sigillo meo, dummodò non legat scripturam iudici, & ipse velit dictum testificantem videre, & audire loqui.*

6 *Depositio, seu testificatio facta per scripturam non probat, sed facit præsumptionem.*

7 *Testificatio, vel depositio facta per scripturam á patre, ac matre de ætate fily, plus probat, quàm ea, quæ fit viua voce.*

## OPINIO DCCCCXLIX.

1 TESTIS non potest tradere in scriptis dictum suum iudici. c. testes. 3. q. 11. & ibi Io. Andr. Abb. Siculus, cæterique Canonistę omnes in c. testibus, de testib. Bar. ueto in l. Theopõpus. ff. de dote præleg. nu. 12. inclinauit in contrariam opinionem, & Guid. Papę etiam in sing. 123. Testis potest tradere. *Cõis opin.*

2 Sed tamen prima pars verior videtur, ista potissimum ratione: quia testis non potest deponere per scripturam, nisi sit mutus. c. testes, vbi Glos 3. q. 9. & Specul. in tit. de teste, in §. nunc tractandum, uers. Quid de muto.

3 Secundò comprobatur, quoniam per tabellionem debent scribi uerba attestationũ, vt ibi probat text. & hanc partem tenet etiã Saly. in l. iurisiurandi. C. de testib. Panor. in d. c. testibus, & optimè facit tex. in c. licèt ex quadam ext. de testib. ibi, proprio iuramẽto &c. quem tex. ad hoc ponderant Abb. antiq. Ant. de But. Panor. & alij communiter post Inno. & Gemin. in c. relatum. 5. q. 2. *Cõis opin.*

4 Postremò asignatur ad fulciendum præfatam opinionem ista optima ratio: quia iudex ex trepidatione, & titubatione facilius ueritatem potest comprehendere. d. c. testes, d. c. à nobis, & d. l. Theopompus. & not. Siculus in

d.c.à nobis,& Caf.

Lallus de Tuscia in constit.Regni, In pecunia riis,num. 13.libro 2.& sic constat apertissimè contra Bart. esse communem sententiam om nium Doct. de qua testatur Couarruuias in tract.resolutionum iuris ciuilis,& canonici.c. 13.numero 6.lib. 2. Et præfatam opinionem tanquàm ueriorem sequutus est Lanfranc. in c.quoniam contra, de probat in uer. Testes, numero 7.post medium,& Celsus ibi in addi. Boer.decis.1. numero 38. & Marsil. cum aliis congestis per ipsum,in l. de minore. §. pluriū quoq;,n.2.de quæst.& Bal. in d l.iurisiurandi.

Cōis opin.

5 Vbi dixit, quòd non potest dicere testis rest.fico prout in hac scriptura sigillata sigillo meo, si non legat iudici illam. secus si legeret scripturam iudici, & ipse uelit eum uidere ,& audire loqui.& hoc modo potest saluari dictū Bartol.in d.l. Theopompus, secundùm Ioan. And.aliosque communiter in præcitato.c. testibus, & in c. licèt ex quadam, supracitato. Bal.& Salyc.in d.l.iurisiurandi.

Cōis opin.

6 Sed limitantur prædicta, quòd licèt depositiones factæ per scripturam non probent; nihilominus faciunt præsumptionem: secundū Dominum Antonium in c.in ecclesiis,colum. 2.de maior. & obed. col. 11.quod dictum referunt,& sequuntur omnes Moder.communiter in d. c.à nobis.

Cōis opin.

7 Fallitque secundo loco dicta communis conclusio in alio casu, in quo magis probat testimonium factum per scripturam,quàm testimonium uiuæ uocis:qui casus est in patre quò ad filium,super ætate ipsius filij, si de ea dispu teretur:nam in tali casu magis creditur scripturæ patris,uel matris, quàm eorum uiuæ uoci. ita dixit Ant.de Butr. in c.ex literis, de transact. quod dictum sequitur Barbat. ibi, licet Imol.reprobet Ant.Bur.& malè.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS deponens de nocte, se uidisse & cognouisse Titium cōmittentem maleficium luna no lucente, indubitanter, nec in ciuilibus, nec in criminalibus negociis probat.*

2 *Nocturno tēpore nec uideri quis,nec cognosci potest.*

3 *Testis deponens de u su tempore nocturno est suspectus de falso.*

4 *Testis deponens se uidisse Titium delinquentem de nocte,& non dicens quòd tunc erat luna,si per computum dierum inueniatur non fuisse tunc lunam, nihil probat.*

5 *Testis deponens cognouisse aliquem ad uocem tempore noctis,quia eius uox sibi erat nota, facit indicium ad torturam.*

6 *Testis cum iuramento deponens se uidisse aliquem committentem delictum de nocte, quia erat lumen lunæ,uel ignis,facit indicium, dummodò contrarium non probetur.*

7 *Testis deponens uidisse aliquem de nocte, probat si ei erat tunc vicinus,vel si commorabatur cum ipso,vel quia illa nox erat clara,vt tempore autumni,nisi probetur contrarium.*

8 *Testes in aliqua domo commorantes,& deponentes uidisse nocturno tempore aliquem eam ingredientem per fenestram, uel ianuam ad lumen lunæ lustrans in ipso loco,nil probāt, cùm rem impossibilem deponant.*

9 *Luna habet radios lugubres.*

10 *Luna quicquid luminis habet,recipit à Sole,quia per se est corpus obscurum.*

11 *Lunares radij sunt adeò debiles, ut minimum lumen ex sua reflexione progignant.*

12 *Luna licèt contra successionem signorum per circulos deferentes augeat à die naturali undecim gradibus,& 12.minutis ferè, & per deferentem epicicli 13.gradibus,& undecim prope minutis moueatur; nihilominus sexta quaque hora quartam cæli partem quasi peragrat, non ex motu proprio, sed in tu primi mobilis rapiente illam secum, & omnes planetas.*

13 *Lunæ totus, ac integralis cursus describitur, simul cum ratione ortus signorum,& cum theorica planetarum,& lunæ.*

14 *Lunæ lumen si contingerit dignoscere an illustrauit aliqua loca, uidendum est,an ea hora luna se erexerit,vt illam partem illuminare potuerit.*

15 *Luna silens,& incerta quando dicatur.*

16 *Aurora,seu diluculum licèt videatur medium inter diem,& noctem, tamen ascribitur diei, & censetur pars diei.*

17 *Nox quando dicatur esse,ad hoc, ut sciatur quando delictum sit commissum de nocte, uel de die,relinquitur arbitrio iudicis.*

18 *Diei ortus,& occasus principium vix capi,& discerni potest.*

19 *Dies artificialis habet duodecim horas non æquales, secundùm circulum æquinoctialis,sed inæquales secundùm ascensiones Zodiaci per sex signa.*

20 *Dies in treuga incipit ab ortu Solis.*

21 *Dies quando incipiat in omni materia,remißiuè.*

22 *Testis si deponit aliquid factum esse de nocte, uel de die,& interrogatus quid sit nox,vel dies,& respōdeat nescire,non probat.*

## OPINIO DCCCCL.

1 TESTIS deponens de nocte, seu tempore nocturno, se ui disse, & cognouisse Titium committentem maleficiū, uel dolosè contrahentem, uel aliquid dicentem, luna non lucente, & absque lumine accenso,indubitanter, nec in ciuilibus, nec in criminalibus negociis probat:secundū Glo.in uer.Ignorat.Bal.Ang.& alios cōmuniter in l.si cùm exceptionem.§.in hac. ff. quod met.cau.& in l.non minorem.C.de transac.&

in l. si non speciali. C. de testa. & uoluit etiam Ang. consi. 194. visis processibus causæ principalis, col. 2. circa mediam, & Aegidius Bossius in pract. crim. in tit. de indiciis, & considerationibus ante torturam, num. 172. & Rolan. à Valle cons. 7. in causa Antonini Brunelli, nu. 29. cum aliis seq. uol. 1.

2 Quia de nocte quis non potest uideri, nec cognosci.

3 Imò talis testis esset de falso suspectus naturali ratione, secundùm præcitatos Doct. & sic testes quosdam Athenis falsi cõuictos fuisse, refert Plutarchus in Alcibiadis vita. & aliquos alios testes, deponentes in Romana Curia de nocte, se uidisse, quòd impossibile erat uidere absque lumine lunæ, uel alio artificio damnasse vti falsos, Oldr. Lauden. assidentem in ipsa Curia refert audiuisse Ang. in d. consil. 194. col. 2.

4 Idemque dicendum est, si testis diceret se cognouisse Titium delinquentem, & nihil deponeret, ꝙ luna luceret, uel non luceret: & probetur postmodum per dictum Titium per cõpotum dierum, ꝙ luna non lucebat: tunc talis testis nil probaret. ita consuluit Oldr. de Ponte Lauden. ut refert Ias. in d. l. non minorem, col. 1. Bal. Ang. in d. §. in hac, Fely. in c. sicut, colum. 4. de re iud. & doctissimus D. Vincentius Maxilla, super consuetudinibus Ciuitatis Bari, in tit. quousque dies intelligatur, nu. 5. fol. 121. ubi meminit aliàs in facti contingentia detexisse falsitatem aliquorum testium deponentium tempore nocturno uidisse aliquẽ furtum patrare ad lumen lunæ: & tamen tunc, & in illa hora, quam assignabãt, per ueras regulas astrologię non erat eleuata, nec lucebat.

5 Sed fallit hoc quando testis diceret, se uidisse, seu cognouisse Titium patrãtem maleficium de nocte ad vocem, quia habebat notas voces ipsius: tunc ista depositio faceret indiciũ ad torturam: secundùm Ias. in d. l. non minorem, nu. 5. & Michaelem Cifuentes in commentariis super leges Tauri, in l. 79. col. pen. ver. Sextum indiciũ certũ est. & alios Doct. relatos per Cottã in memorali, in uer. Testis deponens de eo quod est factũ de nocte. ubi admonet contrarium extitisse obseruatũ, & practicatum Papiæ in facti contingẽtia in sua causa propria. & contrariũ etiam asserit Bossius in d. pract. crim. in tit. de indiciis, sub numero 172. & seq.

¶ Et ratio ultra alias allegatas per nostrates posset assignari isthęc: quia operatio sensus fit per receptionem; & eorum vnusquisq; à proprio obiecto moueatur, vt putà auditus à sonitu; quo fit ad uariationem uarij obiecti, varia sequitur sensatio; & hoc præsertim in auditu. Alia uerò ratio est, quòd ad alterationem ita perciti, sequitur vocis alteratio, qua ille percitus fortasse nunquàm vsus fuerit. Omitto etiam, quòd quis ratione raucedinis non potest proferre solitam vocem, vt indè recognosci queat, quod pręcipuè in rixis, & altercationibus, timore, vel aliis accidentibus dignoscitur. Nihilominus tamen si quis duplici sensu, minirum auditu, & visu aliquem recognosceret, subsisteret prima opinio.

6 Interpretatur secundò prædicta cõclusio, quando testis diceret cum iuramento se uidisse Titium delinquentem, seu committentem aliquod maleficium de nocte; quia luna lucebat, uel aderat lumen lucernæ, vel ignis & lucernæ: secundùm Ias. & Doct. omnes vnanimiter in d. l. si non speciali, & in d. l. non minorem, Dec. consil. 163. in causa matrimoniali, sub num. 3. & ita consulendo tenuit Grammaticus, post alios congestos ibi per eum, consil. crim. 58. num. 1. Cõis opi.

7 Fallit vlterius prædlegata conclusio, quãdo testis diceret se uidisse Titium maleficium committentem de nocte, quia erat ipsi ualdè vicinus, & propinquus, uel commorabatur simul cum ipso: tunc licèt luna non luceret, nec alia lumina accensa adessent, non ob id falsus censendus est ipse testis, imò probat: quia sæpè contingit, & pręsertim tempore autumni, noctes esse clariores, secundùm Philosophos, & Phisicos communiter. Cùm enim anni tempora per quatuor, quas Philosophi primas qualitates vocãt, caliditatem, scilicet frigiditatem, humiditatem, & siccitatem distinguantur: & pro dictarum quatuor qualitatum dominio quatuor efficiantur anni tempora; dominante siccitate congruè fit autumnus, quo in tempore, existente dicto siccitatis prędominio, ac deficiẽte humiditate, quæ inter visum, & id quod videmus esse potest, melius, & clarius lucere videntur. Nisi probaretur contrarium, noctem illam fuisse obscuram, & testem prædictum distasse à dicto Titio per vnam balestraram, uel per aliam loci distantiam: vt latè probauit, & tenuit Oldr. & Bened. de Vadis in apostillis ad Franc. Aret. in dicta. l. non minorem, per Bal. & Ang. in d. §. in hac, & Bal. in l. Arethusa, in secunda lectura. ff. de statu hominum. Cõis opi.

8 Sed aduertere non nihil debent cauti iudices, & aduocati, & præsertim in causis decidendis, ubi interueniunt testes deponentes de his, quæ gesta sunt nocturno tempore. Nã omnia præmissa intelliguntur, & intelligi debent, quando testes assererent in eorum depositionibus de gestis nocturno tempore ad lumen lunæ, in stradis, plateis, uel in aliis similibus locis. Sed vbicunque deponerent testes aliquem vidisse, & cognouisse introeuntem per fenestram, vel per portam in aliquã camerã, seu salam alicuius domus ad lumen lunæ, quod lustrabat tunc in ipso loco, ipsis nullatenus credendum est. Impossibile enim est quo-

quodammodò recognoſcere introeuntes in memoratis locis prędicto nocturno tempore. Tum quia experientia, quæ eſt rerum magiſtra, in facti contingentia hoc mihi demonſtrauit in compluribus cauſis:ut aduocato, & ut iudici. & hiſce oculis uidi de anno 1574. dum eram aduocatus Ioannis Fortis,& Ioannis Philippi de Seuerinis de Terra Fonticulorum, quòd duo teſtes commorantes in carcere depoſuerant uidiſſe ipſos inquiſitos introeuntes per feneſtram ipſius carceris,& extrahentes notarium Antonium Clementinum inibi tunc carceratum, & cognouiſſe illos ad lumen lunæ, quod lucebat in eodem carcere. & nihilominus me præſente, & iudice præſentis cauſæ,nocturno tempore,& luſtrante luna aliqui pluribus uicibus egredientes feneſtrã antedicti carceris,& regredientes uidimus,cæterùm eos non potuimus cognoſcere modo aliquo. Et tum etiam,quoniam hoc naturalẽ ſuadetur ratione.ſiquidem ingredieus per feneſtram,ſeu ianuam alicuius domus,recognoſci nequit per commorantes in domo, camera,vel aula ad lumen lunæ: quia ambulat ingrediens ipſe contra lumen lunæ, & potius poteſt ipſe cognoſcere in camera permanentes,ubi eſt ſituatum lumen lunæ,quàm cognoſci.Et quòd I hoc in omnibus,& per omnia uerum ſit, poteſt iudex luſtrante luna intus domum ſe conſtituere ſedendo, vel non ſedendo in ipſo lumine,& permittere, vt aliquis ab eo cognitus ingrediatur per feneſtram,uel ianuam,& deueniat, accedatque ad locum vbi reperitur: quia oculis propriis inſpiciet, & ſimul inueniet illum non poſſe recognoſci, & ſibi apparebit vmbram, potius quàm hominem videre. Et licèt in memorata cauſa prędictorum Ioannis Fortis, & Ioannis Philippi probatum extitiſſet non luſtraſſe lunam intus carcerem tempore aſſerti criminis: nihilominus cautus D. Nicolaus Interuerius compatriota meus,& fiſcalis in pręſenti cauſa, ex ſubtili ſuo ingenio allegabat, conſiderabatq; quod mediante reflexione luminis, ipſi teſtes poterant cognoſcere eoſdem reos inquiſitos: & ſe fundabat in reflexione ipſius lunæ, præſuppouendo lumen lunæ, quod diſtabat à carcere præmemorato ſaltim aliquibus paſſibus, extendere, ſeu propagare radios ſuos in carcerẽ. Nihilominus reſpondebam, quòd ratio, & conſideratio hęc pulcherrima erat, ſed ſubſiſtere nequaquam poterat de iure.

9 Nam aſſerebam, quòd luna habet radios lugubres,ſecundũ Philoſophos, & eſt Glo. ſingularis,& ſignanda literis aureis hoc firmãs, in §. noſtra autem conſtitutio, in uer. Lucubratione, inſti. de legatis, Bald. in c. 1. §. porrò, quæ fuit pri. cau. benefic. amit. & Corn. in d. l. ſi non ſpeciali, colum. 2.

10 Nec mirùm eſt, quia quicquid luminis luna habet, recipit à Sole; per ſe enim eſt corpus obſcurum; vndè luna quaſi lux aliena dicta eſt. Huiuſce ucrò rationem Cicero de Deorum natura graphice ſcribit; & clarius in Somnio Scipionis, & lunam luce lucere alienã teſtantur omnes, & Phiſici, & Aſtronomi, vel in primis Plato, Ariſt. & Archimedes, & propterea minus lucere fatentur omnes:ſiquidem lumen eius eſt ex reflexione luminis Solis, vt Ptolomeus in Almageſto pleniſsimè, vbi dicit,quicquid illud eſt luminis,eſſe debile,& ex cẽteſima parte illuminare, quàm Sol. Ex quo colligit Maurolicius Siracuſanus, lumen,quod accipit terra, uel aliud corpus ſolidum à luna,amittere pluſquam perdiderit de lumine Solis.& idcircò ipſe Albumazar,Georgius Peurbachius cap. 2 Theoricarum, colligunt radios lunares eſſe debiles,& minimum admodum lumen ex ſua reflexione progignere:ubi Titus Popmaphriſius ponit exemplũ hoc. Si Sol illuminet montes, & montes domum,& ex illa domo intret aliquantulum lucis in aliam domum: tunc hæc vltima domus puſillum admodum luminis habebit; ſic & lumen lunæ, quod reſultat ex terra parum lucis pręhere exiſtimat.

11 Et aduerte etiam poſtremò tu iudex, & aduocate, quòd vbicunque teſtes deponunt cognouiſſe aliquem ad lumen lunæ, quod luſtrabat in loco pręſuppoſito patrati criminis: ad ſciendum, & perſcrutandum veritatem vtrum lumen lunę ibi aderat, neceſſariò diſcurrendum eſt,qua noctis hora crimen perpetratum ſit,& ſic ex omnibus infraſcriptis facillimè inuenies ueritatem, vel falſitatem ipſorũ teſtium,& an luna poterat luſtrare,vel non luſtrare in loco aſsignato per teſtes.

12 Vndè luna ipſa,licèt contra ſucceſsionem ſignorum per circulos deferentes augear in die naturali 11. gradibus,& 12. minutis ferè, & per deferentem epicicli 13. gradibus,& 11. ferè minutis moueatur:tamen ſexta quaque hora quartam cœli partem quaſi peragrat, non ex motu proprio, ſed motu primi mobilis rapiente illam ſecum, & omnes planetas.

13 Ita vt ſi luna fuerit in principio noctis in oriente,& tunc primò apparere cœperit ſuper orizontem, non prius peruenerit ad lineam, quæ appellatur meridiana, hoc eſt ad quartã partem cœli, quàm dimidium noctis tranſactũ fuerit. nam tũc neceſſe eſt, vt quarta pars æquinoctialis ſurrexerit ferè ſuper orizontem. Totus autem æquinoctialis circulus oritur ſuper orizontem in 24 horas Vbi notandum,quòd ſi plenilunium contingerit circa æquinoctiũ veris,vel autumni,ſemper in ſex ferè horas luna peruenier ad dictam lineam.Sed ſi contingerit circa brumam,tunc non eò pertinget ante ſeptimam horam cum dimidia. Si uerò circa ſolſtirium æſtatis, quarta hora noctis luna

luna deueniet ad eandem lineam,& eò citius, vel ferius veniet,quò erit lögius, vel propius dictis terminis. Exẽpli causa, si plenilunium fuerit circiter idus Augusti, id est magis propè æquinoctium, quàm solstitium, ad quintã ferè noctis horam eò appropinquabit. Verũ post plenilunium singulis noctibus dimidiũ ferè horæ (modò non resecemus ad vnquem) serius ad dictam lineam contingerit peruenire: sed ante plenilunium dimidium ferè horæ, citius veniet,& eò serius,uel citius, prout luna fuerit in signis vel rectè,uel obliquè orientibus. Nam quanto rectius oritur signum, tanto segnius,& quanto obliquius,tanto celerius se super orizontem effert: rectè oriuntur Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius,& Sagittarius. Obliquè uerò Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus,& Gemini.

14 Itaque si contingerit dignoscere,an lumẽ lunæ illustrauerit aliqua loca, uidendum est an ea hora luna tãtum se erexerit,vt illam partem illuminare potuerit,& hoc sit indicasse satis: nam,vt diximus, noluimus hæc ad unguẽ resecare; esset enim opus non tantùm rationẽ ortus signorum,sed etiam theoricam planetarum totam, & præsertim lunæ pertractare: quod quidem ab instituto multum nos deuios teneret.

15 A coitu uerò lunæ ad septimum vsque diem, hoc est quando incipit esse dicotomos, idest per mediũ secta, dicitur luna silens: quia lumen suum quasi silet,& modicum splendoris affert,& modicum temporis lucet. Sic etiã intelligendum est post vigesimum quartum diem lunæ, quando iterum est facta dicotomos, cuius lumen est valdè imminutum: tunc etiam dicitur silens,& incerta luna. Hæc autẽ in gratiam studiosorum, uersantiumq; quotidie in tribunalibus,& iudiciis dicta sufficiant. Et licèt hæc non conueniant legistis, vt testatur accuratissimè D. Vincentius Maxilla in d. tit. consuetudinum Bari, quousque dies intelligatur, sub num. 5. usque ad finem, vbi complura vtilissimè fundit circa curriculum, seu cursum lunæ: tamen hæc scitu ualdè necessaria,& utilia forent pro defensione causarum criminalium,& pro reperienda veritate,& detegenda falsitate.

16 Et hæc omnia licèt attineant ad noctem,& ad gesta in ea: tamen non intempestiuè modò tractandum foret aliquid de gestis in aurora, & crepusculo post occasum Solis.

¶ Sciendum est igitur, quòd aurora, uel diluculum, seu crepusculũ serotinum magis accedit,& attribuitur diei, quàm nocti, dummodò non sit multa distantia ab ortu, vel occasu solis. Vndè quicquid fit ante lucem diei, siue ante ortum Solis, siue post occasum, dicitur de die; dummodò persona discerni, & cognosci possit subsistente aliqua claritate: secundùm Bart. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis, Bartol. Cæpol. in l. 2. §. fin. de verb. sig. Bal. Ang. Imol. Francisc. de Arer. Alex. Ias. & alios omnes communiter in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber.& posthum. per textum ibi,& Ioan. Andr. in c. alma, de senten. excommun. in 6 & in c. si persodiens, de homicid ubi Abb. etiam Ang. Pau. de Cast. Fulgos.& Roma. in l. more Romano. ff. de feriis, Fely. in c. consuluit, sub num. 7. de offic.& potest. iud. deleg. Ioan. Tabiensem in Summa Tabiena, in uer. Dies, sub §. 2. propè finem,& peritissimum D. Vincentium Maxillam in consuetudinibus Ciuitatis Bari, in tit. quousque dies intelligatur, numero 4. vbi admonet istam esse communem opinionem, videlicet, quòd cùm tractatur de puniendis criminibus, dilucula & crepuscula ascribantur,& attribuantur diei, dummodò non sit multa distantia ab ortu, uel occasu Solis: & cõsequenter quicquid fiat ante lucem, siue ante ortum Solis, siue post occasum, dicitur de die, dummodò persona discerni possit. *Cõis opin.*

17 Sed re uera circa præsentem speculationem standum esset arbitrio iudicis, qui mediante exquisita diligentia,& circumspectione debet animaduertere, utrũ tam magna lux esset, vt ascribendum sit diei; vel vtrùm tanta occurrat obscuritas, vt sit attribuendum nocti: & tunc in dubio mitior quippè pars sequẽda foret: ut uoluit Ioan. Andr. in d. c. si persodiens, cum quo sentiunt communiter Canonistæ omnes, teste Augustino in addit. Angel. in tract. de malefic. in uer. De nocte, post numerum 4.& hanc opinionem sequitur etiam, citat,& commendat Abb. in dicto. c. si persodiens, sub numero 2. Ias. in d. l. Titius. §. Lucius, num. 18.& Iulius Clarus in pract. crim. libro 5. quæst. 82. in statuto ultimo, de statutis pœnalibus in genere, statuto 9. uers. Quarto quomodò intelligatur non in terminis huius statuti. *Cõis opin.*

18 Et de hoc non mirandum est, siquidem diei ortus,& occasus principium maxima cũ difficultate capi posset: ut subtilissimè considerat Cotta in memorali in uer. Diem more Romano, colum. 3. uers. Quare cùm ob dictas causas ortus diei.

19 Imò secundùm Sanctum Thom. super cap. 11. lect. 2. colum. 1. in fin. dies artificialis habet duodecim horas non æquales, secundùm circulum æquinoctialis, sed inæquales secundum ascensiones Zodiaci per sex signa.

20 Cæterùm prædicta omnia limitantur non habere locum in treuga; nam in ipsa treuga dies incipit ab ortu Solis, quò ad obseruationem treugæ. c. 1. de treu.& pace.

21 Et dies ipsa quando incipiat in omni materia, uide Fely. declarantem in d. c. consuluit, col. 3. ubi ponit decẽ cõclusiones spectãtes,& pertinẽtes ad hãc materiã, quas reassumit Io.

Ta-

Tabienſis in Sũma Tabiena, in uer. Dies. §. 2.

22 Vndè reducendo omnia præmiſſa quàm ſimpliciſsimè ad ueram practicam, aduerte, quòd teſtis deponens aliquid factum eſſe de nocte, non probat modo aliquo, ſi interrogatus quid ſit nox, reſpondeat ſe neſcire. ita Bal. & Petr. Anchar. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. & Alex. conſil. 167. quoniam res coram excellentiſsimis agitur, numero 7. uol. 6. & in l. de ætate. ff. de mino. ubi affirmat expreſsè hoc idem procedere etiam, ſi interrogatus teſtis quid ſit dies, vel quid ſit bona fama, reſpondeat ſimiliter neſcire: tunc enim nullatenus probat.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS, non poteſt iurare per procuratorem, etiam habentem ſpeciale mandatum.*

2 *Iuramentum teſtis poteſt per procuratorem præſtari, ſed teſtis dictum non poteſt deponi per procuratorem, ſecundùm aliquos.*

## OPINIO DCCCCLI.

1 TESTIS non poteſt iurare per procuratorem, etiam habentem ſpeciale mãdatum: & ſic iuramentum teſtis per ipſum procuratorem præſtari nequit: ſecundùm Barto. in l. qui bona. §. in alieno. ff. de damno infect. Bal. in rub. de iureiuran. & ſequitur Abb. D. Ant. & alij relati, per Fel. in c. licèt ex quadam, ext. de teſtib. Roma. in d. §. qui alieno, & Panor. in d. c. licèt, vbi ait hanc eſſe communem opin. *Cõis opin.*

2 In contrariam uerò ſententiam, quòd iuramentum teſtis præſtari poſsit per procuratorem, ſed ipſe teſtis non valeat dictum ſuum deponere per procuratorem, inclinauit Ioan. And. in c. ut circa, de elec. lib. 6. in nouel. & Rota Romana, quã ſequitur idem Rom. titubanter, in ſing. 8. Et mouetur Rota ibi per nonnulla fundamenta, & optimas rationes, quas reaſſumpſit Curtius in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. nu. 359. quaſi inhærendo iſti vtrimque opinioni Rotæ Romanæ. Tamen omiſſo multiloquio, quicquid præfati Doct. ſenſerint contra communem, ab ea in iudicando, & conſulendo fatuum eſſet diſcedere: vt latè ſcripſimus, in primo lib. Opin. 429. fol. 392. Iuramentum poteſt præſtari per procuratorem, circa num. 9. cui innititur ſtrenuè quidem tuendo etiam, & de ipſa communi mentionem expreſſam faciendo, Ioan. Crot. in tract. de teſti. in 9. par. num. 371. & ſeq.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS deponens extra articulos non probat, quia deponit non iuratus.*

2 *Teſtis deponendo quomodò intelligat articulos, non dicitur deponere extra articulos, ſi in hoc non ſit extra propoſitum.*

3 *Depoſitio pertinens dicitur, licèt in modicum faciat ad cauſam.*

4 *Impertinens non dicitur illud, quod ex leui præſumptione cauſam adiuuat.*

5 *Teſtis deponens de aliquo certo modo pertinenti ad cauſam, ſi iurauerit deponere ſuper tota cauſa, non dicitur extra articulos deponere.*

6 *Teſtis deponens falſum extra articulos, & extra cauſam in cauſa ciuili, non poteſt puniri pœna falſi ordinaria à lege communi, ſeu municipali impoſita, ſed alia mitiori arbitraria.*

7 *Teſtis non poteſt rectè probare ſuper articulis ineptis, nec articulorum defectum ſupplere.*

## OPINIO DCCCCLII.

1 TESTIS deponens extra articulos, non valet eius depoſitio: quia teſtis non debet examinari extra articulos, & ſi deponit non probat; ſiquidem deponit non iuratus. c. de teſtibus, extra de teſtib. & l. ſi quis libertatem, cum Glo. ff. de pet. hæred. & Bart. & alij notant in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. cum ſimilibus, Alexã. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Bald. conſilio 123. volum. 2. Ang. conſilio 269. ſuper puncto ſupraſcripto breuitatis cauſa omiſsis allegationibus pro, & contra, colum. fin. verſ. Item quia dicti teſtes depoſuerunt extra dictum articulum, Bertran. conſil. 14. ſuper proceſſu cauſæ agitatæ, ſub num. 2. & ſeq. uol. 5. & conſilio 128. deliberando, nu. 4. vol. 5. Fely. & alij in c. de teſtibus, & in c. per tuas, de teſtib. & Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 6. tit. de teſtib. & eorum inductione, col. 6. fol. par. 87.

2 Cæterùm ſi deponat teſtis, quomodò intelligat uerba articulorum, non dicitur extra articulos deponere, cùm iſtud nõ ſit extra propoſitum: ſecundùm Bart. Alex. Ripam, ſub numero 23. & alios omnes in d. l. 1. per illum tex. ff. ſi cert. pet.

3 Nam pertinens depoſitio dicitur, quæ aliquo modo facit ad cauſam, etiam in modicum: ſecundùm Bal. in c. quoniam, de teſtib. & in l. ad probationem, in 4. not. C. de probatio. Paul. Caſtren. conſilio 272. col. 7. & conſ. 288. colum. 8. in antiquis, Dec. conſilio 172. & conſ. 517. Iaſ. Dec. Ripam, ſub numero 23. & ſequen & alios omnes, in d. l. prima. ff. ſi certum petatur.

4 Et illud, quod adiuuat causam, non dicitur esse ex leui præsumptione impertinens: ut per Bal. in c. licèt causam, colum. pen. uer. Ex prædictis apparet, de probat.

5 Et sic concludunt præallegati Doct. & Nellus de sancto Gemin. in tract. de testib. in 1. pat, nu. 92. quòd testis non dicitur deponere extra articulos, quando deponit de aliquo certo modo pertinenti ad causam: & sic super dependentibus, annexis, & connexis. Et hoc in-

Cōis opin. telligunt Bart. Dec. cæteriq; communiter, in d. l. 1. quando testis iurauit super articulis: nã si iurauit deponere super tota causa, facit fidem sine dubio de eis, quę deponit extra articulos, dummodò eius dicta pertineant ad causam: vt per Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & ibi Alex. col. 2. Bat. in l. si quis legatum, colum. fin. ff. de fal. & in l. 1. §. Diuus, *l. ultimo*. ff. de quæst. & per Octauia. Vestrium vbi supra, & alios quamplures Doc. congesios per Marsil. in d. l. 1. §. Diuus Adrianus, num. 2. ubi sequitur præfatam communem opinionem. Et hinc est, quòd practici notarij faciunt testes iurare super tota causa, & ita seruat consuetudo: vt tradunt Moder. in d. l. 1.

6 Ex hisque nota unum, & tene menti perpetuò, quòd testis deponens falsum extra capitulata, & extra causam in causa ciuili, non tenetur ad pœnam falsi ordinariam iuris communis, siue impositam à statuto, sed alia mitiori pœna arbitraria debet puniri: secundùm

Cōis opin. Bal. consi. 16 col. 1. & ita est communis opinio. teste Lud. Rolog. consi. 30. Ser Sauius.

¶ Prout testis iurans non tactis scripturis depouendo falsum, similiter puniri posset: vt firmat Nellus de sancto Gemin. post Bal. relatum per eum, in tract. de testibus, in 1. part. num 64.

7 Sed aduerte, quòd testis super articulis ineptis nõ posset benè probare, nec supplere defectum articulorum: secundùm Bal. in addit. Spec. in tit. de teste, uers. Super articulis, post Spec. in uer. Quid ergò si capitula.

¶ Et ideò requiritur longa experientia, eminensque scientia in articulando: ex quo uidi plerasque ex causis periclitari ex ineptis, insulsis, impolitisque articulis. Vndè litigantes deberent eligere Doctores prudentissimos, & strenuè solitos causas tueri, non autem illos, qui quotidie versantur in opprobrium dignitatis eorum in uariis, diuersisque mercaturis. Proindè admonitos esse desidero clientes omnes, vt tanquàm cauti, & prudentes eligere debeant non illos aduocatos, qui lædunt, offendunt, & diuerberant clientes, & Priscianum etiam, sed iurisperitos religiosos, alienosque à ludis prohibitis, à mercaturis, ab otio, & cæteris vitijs, & eos qui habent domum cõtinuo plenam clientulorum.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES de collegio, & vniuersitate seculari non probant pro ea, etiam in causis onerum, & num. 2.*

3 *Testes vniuersitatis nõ sunt idonei pro ea, quando omnes de ipsa vniuersitate agerent, vel syndicum constituerent, uel deponerent; ex quo sunt testes in facto proprio.*

4 *Testes de uniuersitate probant, & admittuntur pro ea in causis ciuilibus, & criminalibus, quando tractaretur de probando actum factum in ipsa vniuersitate, uel in congregatione.*

5 *Testimonia eorum de collegio, vel uniuersitate clericorum, vel religiosorum recipiuntur absolutè pro utilitate ecclesię, non autem in subsidium, quando essent testes omni exceptione maiores.*

6 *Prælatus non potest testificari in causa suæ ecclesię, quando esset quæstio de bonis mensæ ipsius prælati: & pariformiter canonicus non potest esse testis in causa suæ prębendæ.*

7 *Prælatus potest esse iudex in causa suæ ecclesiæ, sicut laicus, non tamen si fuerit quæstio de bonis mensa sua.*

8 *Confessio prælati de mutuo recepto, ecclesię, uel successori suo non pręiudicat. quod declaratur nu. 9.*

10 *Mutuum factum prælato regulariter probãdum est versum fuisse in utilitatem suę ecclesiæ. quod declaratur nu. 11. & 12.*

13 *Testes de uniuersitate deponentes ad eius fauorem super iure pascendi, lignandi, & similium, non repelluntur à testimonio, quando non sentiunt commodum in particulari, sed solummodò in communi.*

## OPINIO DCCCCLIII.

1 TESTES de collegio, vel uniuersitate seculari non probant pro ea: & ista est communis opinio. vt asserit Deci. in c. insuper, numero 6. extra de testibus, & Lanfranc. in c. quoniam contra, de probationibus, in uer. Testes, numero 73. ubi eam plenissimè declarat. Cōis opin.

2 Quæ communis ampliatur etiam procedere in causis onerum: secundùm Abb. consilio 16. Primò an dictus, in prima parte. Fely. in d. c. insuper, colum. 3. Ias. in l. sed si hac lege. §. patronum, col. 2. ff. de in ius vocan. & Afflic. decis. 400 inchoante, Nobilis, colum. 5. uersic. His præmissis.

3 Et hoc potissimũ procedit, quando oẽs de uniuersitate agerent, uel syndicum constituerent, vel deponerent. quo casu indistinctè etiam in casibus, quibus aliàs admittuntur, puta quando non tractatur de eorum interesse, nõ essent aliquo pacto testes idonei, ex quo

essent

essent testes in facto proprio: secundùm Bald. in c. tertio loco, de probat. & Afflict. in d. decis. 400. vers. Fallit nisi &c.

4 Interpretatur verò ista communis nō habere locum quando tractaretur de probando actum factum in concilio, vel cōgregatione; in qua communitet non admittuntur nisi illi de vniuersitate: tunc pro illa vniuersitate admittuntur testes vniuersitatis in ciuilibus, & criminalibus: vt per Marsil. sing. 73. incip. Plures, Grammat. cons. crim. 26. num. 37. in causa matrimonij. & probatur in c. veniens, il 2. de testib. vbi text. in fin. & Glo. Abb. Butr. Felyn. & alij Doctores communiter in d. c. tertio loco. Cōis opin.

5 Interpretatur quoq; vlterius non procedere in collegio seu vniuersitate clericorum, & religiosorum: quia absolutè testimonia eorum de collegio recipiuntur pro vtilitate ecclesiæ, non autem in subsidium. c. nuncium, vbi omnes Scriben. not. de testib. & in c. & si Christus, de iureiur. & ista est communis opinio, de qua testatur Dec. in d. c. tertio loco, n. 45. & seq. & Socin. in tract. fallen. in reg. 408. Testis prælatus. Quod sanè, & cum grano salis intelligendū esse asserunt Doct. relati per Dec. in loco, de quo supra, quando testes hoc casu essent omni exceptione maiores. Cōis opin.

6 Sublimitatur isthæc limitatio communis, quòd prælatus non potest testificari in causa suæ ecclesiæ, quando esset quæstio de bonis mensæ ipsius prælati: de quibus per Gloss. in Clemen. 1. in ver. ad mensam, de exces. prælat. & hoc tenet Ioan. And. Ant. Dom. & Sicul. in d. c. insuper. Idem Io. And. & Doct. in c. præsentium, eod. tit. de testib. lib. 6. licèt Ant. in cap. cùm venissent, de iudic. videatur tenere contrarium: nihilominus præcedens opinio communiter approbatur, ex qua Siculus infert in d. c. insuper, canonicum non posse esse testem in causa suæ præbendæ, cùm illa sit deputata pro mensa sua. Cōis opin.

7 Et sequitur ibi dicens pro hoc optimè facere, quòd licèt prælatus possit esse iudex in causa suæ ecclesiæ, sicut laicus, non tamen si fuerit quæstio de bonis mensæ suæ: secundùm Hostien. in c. procurationes, de censibus, Calderin. cons. 6. tit. de iudic. Dom. post Collect. col. 6. in d. c. cùm venissent. & præcitatam cōmunem sequuntur omnes Doct. in d. c. insuper, & audacter eam attestantur inibi.

¶ Et communem prædictam in prin. positam interpretatur, & limitat in septem casibus non procedere Soc. in d. reg. 408.

8 Et hinc infertur, quòd licèt confessio prælati de mutuo recepto, ecclesiæ, vel successori suo præiudicare non soleat: secundùm Bal. in l. in contractibus. §. sed quoniā. C. de nō num. pecun. & in auth. hoc ius porrectum, colum. 5. C. de sacrosan. eccles. per auth. contra qui propriam, in fi. C. de non num. pecun. & Glo. in c. præsentium, in ver. Conuentuum, de testib. in 6.

9 Tamen vbicunque cum confessione prælati concurrerent aliqua adminicula, & præsertim confessio Capituli: tunc ex ea confessione prælati, & Capituli simul, probatur mutuum ipsum, & illa indistinctè præiudicat ecclesiæ. ita Cyn. in l. 1. quæst. 16. C. de confess. Glo. in c. dudum, il 2. in ver. Veritate, de elec. Paul. de Castr. consil. 1. & D. meus Oradinus in decis. 202. Moheda. decis. 202. & Achill. de Grassis de confess.

10 Et quamuis regulariter probandū sit, mutuum receptum per prælatum, versum esse in vtilitatem suæ ecclesiæ: secundùm Legistas in l. ciuitas. ff. si cert. pet. & Canonistas in c. 1. extrà deposit.

11 Nihilominus stante confessione prædicta prælati, & Capituli simul, de pretio recepto, ea nocet ecclesiæ absque eo, quòd ostendatur, & probetur pecuniam versam esse in vtilitatem ipsius. ita Couarru. in lib. 2. variarum resolutionum, cap. 17. num. 3. vbi promit istam esse communem opinionem. & ita indicauit Rota Rom. sub die 10. Iunij 1569. attestante illustri D. Oradino præceptore meo in decis. 216. in fin. Cōis opin.

12 Et quemadmodum in præsenti casu prælatus præiudicat ecclesiæ: ita pariformiter eius confessio præiudicat eidem ecclesiæ, etiam sine cōsensu capituli in alijs casibus, in quibus est administrator legitimus. ita Rota Rom. in decis. 466. in nouis.

13 Vnde ad institutum nostrum redeundo, interpretantur etiam præmissa non procedere, vbicunque testes de vniuersitate deponerent ad eius fauorem super iure pascendi, lignandi, irrigandi, triturandi frumentum in molendino, panem coquendi in furno, & super similibus rebus, & iuribus competentibus eidem vniuersitati, in quibus ipsi testes non sentiūt in particulari commodum aliquòd, sed duntaxat in communi: tunc enim possent esse testes, & probarent vtiq; pro sua vniuersitate. Et sic testes de vniuersitate non repelluntur modo aliquo à testimonio communitatis, ex eo quòd habeant commoditatem pascendi: quoniam talis exceptio non valet, neque tenet, cùm ex victoria nullum commodum reportent, seu repetant. ita Bar. Guil. de Cu. & alij in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. Cæpol. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 11. de seruitute iuris pascendi, num. 28. Chissanen. decis. 189. & Dominus meus Oradinus decis. 429.

SVM-

## *SVMMARIVM.*

1 *PATER non potest esse testis in causa filij, nec filius in causa patris.*

2 *Pater non potest esse testis in causa filij etiam emancipati.*

3 *Pater testificari potest pro filia in causa religionis,*

4 *Pater, & mater potest testificari cum quaeritur de aetate, vel genere, aut cognatione filij.*

5 *Pater, vel mater potest esse testis, cùm quaeritur vtrùm matrimonium possit esse cum eis, vel non, propter consanguinitatem, & affinitatem.*

6 *Pater, & mater sponsę non admittuntur in testes in fauorem matrimonij vbi agitur an matrimoniũ fuerit contractum, vel non, sponsa asserente fore contractum, & sponso hoc negante, & pręsertim si sponsus esset ditior, nobilior, potentior, vel honorabilior: imò si essent pares, pater, & mater viderentur suspecti.*

7 *Pater, aut mater in causa matrimoniali an admittantur in testes pro liberis, atque suspecti sint pro eis, relinquitur arbitrio iudicis, qui diligenter inspicere debet an adhibenda sit fides patri, vel matri circa hoc.*

8 *Pater testificatur pro filio in causa status.*

9 *Pater admittitur testis in testamento militis, & si filius testetur de castrensi, vel quasi, & in alijs contractibus, vt dicitur infra sub nu. 11. in fin.*

10 *Legitimatio non potest probari per patrem legitimati.*

11 *Pater contra filium, & è contra admittitur testis, vbicunque accedit consensus eius, contra quem deponere possent huiusmodi testes.*

12 *Filius non potest esse testis in causa, in qua interuenit eius pater procuratorio nomine alterius: & similiter pater in causa filij procuratoris repellitur etiam á testimonio.*

## OPINIO DCCCCLIIII.

1 TESTIFICARI, vel testis esse non potest pater pto filio, nec filius pto patre. c. si testis. 4. q. 3. notat Ioan. Mona. in suo de sensorio iuris, folio 5. in rub. contra testes, & Specul. in tit. de teste. §. 1. & Alberic. de Maletis in tract. de testib. in 1. par. in prin. nu. 1. & ita
Cõis opin. se habet communis opinio omnium Scriben. varijs in locis iuris nostri: vt planè, & abundè deducit Aberic. in tract. de testib. colum. 1. & Grammat. decis. 45. & 48. Et ista est communis conclusio, quòd pater regulariter non possit testificari pro filio. probatur in l. patentes, vbi Glo. notat Cyn. & Butr. C. de testib.

2 Imò ampliatur isthaec conclusio vt procèdat in causa filij etiam emancipati, in qua
Cõis opin. regulariter pater non potest testificari. d. l. parentes, vbi Doct. communiter omnes. tenet etiam Bar. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testamen. & latè Specul. & ibi Ioã. And. in tit. de testib. §. 1. colum. 1. & seq. vers. item quòd est parens. & istam opinionem cómunem esse fatetur Albetic. de Maletis in d. tract. de testib. in princ. sub nu. 1. & Melchior de Facinis consil. 82. in prin. volum. 1. posito inter consil. crim. diuersorum, collecta per Io. Bapt. Zilettum. & Aret. in d. l. qui testamento. §. quęcunque, sub nu. 6.

3 Sed opinio antedicta ita ampliata limitatur non procedere in causa religionis, in qua pater pro filio testificari potest. c. pręsens. 20. q. 3. & Alberic. de Maletis in d. tract. de testib. in prin. nu. 8.

4 Et mater testificatur etiam cùm quęritur de aetate, vel genere, aut cognatione filij. l. etiam in matris. ff. de prob. Et quamuis Glo. ibi dicat, quòd non recipitur vt testis, sed vt ex ipsius responsione iudex melius inueniat veritatem: nihilominus mater potest indubitanter testificari in causa aetatis filij comprobandae: secundùm Glo. in c. 2. §. testis idoneus pater pto filio, in ver. Filio. 4. q. 3. Bar. in l. 2. §. ętas. ff. de excus. tut. & Aret. in §. pater, instit. de testam.

5 Limitaturq; in causis matrimonialibus, in quibus pater, vel mater potest esse testis, cùm quęritur vtrum matrimonium possit esse cum eis, vel non, propter consanguinitatẽ, vel affinitatem. c. 1. 35. q. 6. c. transmissae, qui filij sint legit. & c. super eo. de sponsa. & idem tenet Io. de Anania, & ibi Bologni. in add. in cons. 52. & Calder. cons. 11. in tit. de testib. & ita consuluit Io. Bap. Ferrettus consil. 48. in causa matrimoniali diu versa in Ciuitate Vicentiae, num. 1. cum alijs seq. vol. 1. vbi docuit Cõis
istam esse communem opinionem. opin.

6 Caeterùm vbi agitur an matrimoniũ fuerit contractum, vel non, sponsa asserente fore contractum, sponso hoc negante: si eo casu ipse sponsus ditior, vel nobilior, vel potentior, vel honorabilior esset: pater, ac mater sponsae profectò non admitterentur in fauorem matrimonij. d. c. super eodem, & c. ex literis, eod. tit. & ita dicit Io. Bap. Ferrettus in d. cons. 48. & Spec. in tit. de teste. §. 1. uer. item quòd est parens. adijciens inibi dominum suum dicecere, quod etiam si sint pares pater, & mater, videntur suspecti; vnde bonus iudex hoc arbitrabitur. l. continuus actus. ff. de verb. obligationib. in princ.

7 Addens idem Specul. in d. §. 1. quòd sufficit alterum istorum, videlicet, quòd ditior, vel etiam nobilior, licèt in alijs sint pates, ad hoc, vt pater, & mater intelligantur suspecti. d. c. super eodem. & hoc optimè declarat Ioã. And. in add. Specul. in d. §. 1. Sed opinionem Specul. reprobauit Dec. cons. 163. sub nu. 11. Zas. cons. 9. nu. 3. lib. 1. & Soc. in tract. fallen. in reg.

in reg.427. testes parentes pro liberis, num. 6. vbi ait communem opinionem esse Ioan. And. Hostien. & aliorum contrariam in locis præcitatis. quòd in casu isto relinquatur iudicis arbitrio, vtrum in dicta causa matrimoniali parentes admittantur. qui quidem bonus iudex diligenter inspicere debet an adhibenda foret fides patri, vel matri circa prædicta.

Cõis opin.

8 Item parens potest testificari in causa status: secundùm Bart. in l.3.§.duæ autem causæ. ff. de Carbonia. edic. & Ioan. Fabri. in dicto §. pater.

9 Item potest testificari in testamento militis; secundùm Ang. post Glo. vbi supra.

19 Sed nō potest testificari in causa legitimationis filiorum: vt pet Bart. in l. Gallus, in fin. prin. ff. de lib. & posthum.

11 Fallitque etiam vbicunque accederet consensus eius, contra quem huiusmodi testes deponere possent, videlicet, quòd testes sui aduersarij recipiantnr in testes: tunc proculdubio pater contra filium, & filius aduersus patrem produci, ac recipi potest: secundùm. Guido. de Suza. in d. l. parentes, & Io. And. in add. Specul. in prin. & Melchiorem in d. consil. 82. nu. 2. vbi ita consuluit.

¶ Limitatur quoq; in testamento filij de castrensi, vel quasi testantis, vel alijs contractibus in præcitato §. per contrarium, repositis. ita Lanfranc. in c. quoniam contra, in cap. 8. de testib. sub nu. 59. in fin de probat.

12 Claudicat postremò itidem præmemorata communis non sortiri aliter locum, vbicunq; nullum commodum acquireretur ipsi filio, vel patri, vt quia pater procurator extet in causa alterius: tunc enim indubitanter posset filius testificari pro clientulo patris in dicta causa. vt cōcedit Bar. post Iacob. de Aret. in d. l. qui testamento. §. quæcunque, sub nu. 3. ff. de testam. & Lanfranc. in d. c. quoniam contra, de probat. in cap. 8. de testib. num. 60. vbi concludit hoc locum non obtinere versa vice, quando pater deponeret etiam in aliena causa, in qua eius filius procurator reperiatur. & hoc idem sentire videtur etiam Bar. in d. l. qui testamento §. quæcunque, sub n. 3.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Soc. in tract. fallent. in reg. 427. nu. 3. vbi indistinctè firmat, quòd tam filius potest esse testis in causa, in qua eius pater procuratorio nomine alterius interuenit, quàm èconuerso, filius, vbi agit ut procuraror alicuius, pater suus testificari similiter valet. & ait Socin. ibi esse casum ad hoc, secundùm vnam lecturam in d. l. qui testamento. §. per cōtrariū.

¶ Sed Alberic. de Maletis in d tract. de testibus, in 1. par. in princip. num. 18. cum aliis sequen. fundamentaliter penetrando difficultatem præsentis controuersiæ determinauit neutrum prædictorum, id est patrem, & filium vllatenus posse esse testem in præsenti casu: & præsertim vbicunque euaserint ipsi pater, & filius domini litis, & instantię: quia tunc redderentur suspecti, & uiderentur habere affectionem ad causam, & causas, & semper sperarent quoque procuratores (vt experientia rerum magistra docet) reportare honorem, & commodum, percipereque præmium extraordinarium ex victoria causarum, & ista est ueritas.

¶ Quoniam patris uox, filij uox intelligitur, & econuerso l. fin. in fin. C. de impuber. & aliis substit. & §. ei uerò, & §. post mortem, in. stit. de inutilib. stipul.

¶ Imò ubi est unus, alter esse videtur. l. cū scimus. §. fin. C. de agric. & cens. lib. 11. & Marsil. sing. 160. Pater & filius, & sing. 448. Habēs potestatem à lege, in fin. & illum textum in d. l. cùm scimus, in fi. ad hoc aureum esse asserit Bal. cons. 234. colum. 2. uol. 1.

¶ Et denique cùm tractetur de ipsorum patris, & filij honore hic, non mirandum, si honor ipse commodo pecuniario pręferendus est. l. isti quidem. ff. quod met. cau. l. Iulianus, ff. si quis omis. cau. testa. & l. reprehendunt. C. de instit. & substit.

¶ Aliasque limitationes quamplures recensuit, & posuit Soci. in d. reg. 427. Spec. in d. tit. de teste. §. 1. num. 2. cum aliis sequen. & Alberic. de Maletis, in d. tract. de testib. in 2. par. in princ. num. 1. cum aliis seq.

*SVMMARIVM.*

1 *VXOR non potest esse testis pro marito, nec econtra.*

2 *Vxor pro uiro in testem, & pro teste non admittitur, nedum in commodo pecuniario, sed etiam famæ, & honoris.*

3 *Testis deponens super eo, in quo vertitur suum commodum, vel incommodum, non probat, etiam si deponens ipse Episcopus foret.*

4 *Testis deponens in eo, quod sibi est commodum non principaliter, sed in consequentiam, facit fidem.*

5 *Testis probans contra tutorem, qui non confecit inuentarium, uel librum rationū, est idoneus in causa, in qua tractatur de eius commodo.*

## OPINIO DCCCCLV.

1 TESTIS non potest esse vxor pro uiro, & econtra: secundùm Glo. & omnes in l. etiā. C. de testi. & Alber. in trac. de testib. in rubr. quando testes repellantur ratione domesticitatis, colum. 1. Bal. & Saly. in l. 2. C. de testib. Afflict. in constit. mores dissolutè uiuētium, sub num. 7. libr. 3. rubr. 53. Grammat. cons.

cons.crim.45.num. 6. & Canonistæ omnes in c.literis, extr. de testib. ubi hanc opinionem Cōis opin. aiunt esse communem.& Scriben. in d. l. etiã, & Grammat.decis.45.& 73.num. 19.

2 Imò ampliãtur prędicta non modò procedere in commodo pecuniario uiri, sed etiam famæ & honoris. vt not. Barr. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & famos. libell. & Dec. consilio 232.colum.2.

3 Ampliãturque secundò ista omnia, quòd testificans super eo, in quo inest suum commodum, uel incommodum, non probat, etiam si deponens ipse esset Episcopus, seu Princeps: vt per Dec.conf.410.sub num.9.& seq. Sed contrarium tenet Grauet.conf.73.nu.31.

4 Et istã conclusionem, quòd testes non probant in eo quod est sibi commodum, declara, nisi illud commodum veniret in consequentiam: ut per Dec.conf.100.col.fin.

5 Fallit similiter isthæc communis, quòd non est idoneus testis quis, quando tractatur de eius commodo, in teste qui probaret, & produceret contra tutorem, qui non confecit inuentarium, vel librum rationum: vt per Bart. in l.deferre. ff. de iure fisci. quē sequitur Dec. consilio 256.sub num.7.

¶ Limitãturque prædicta, ac declarantur duobus aliis modis per Dec conf.342.colũ.2.

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITOR pro emptore testis esse non potest, uel econtra in causa emptionis.*

2 *Venditor, vel donator non sunt idonei testes in causa emptionis, uel donationis, si tenerentur de euictione.*

## OPINIO DCCCCLVI.

1 TESTIS esse non potest venditor pro emptore: secundũ Gloss. & cõmuniter Doct. in Cōis opin. l.in omnibus.C.de testib. & Bart.in l.ab executore. §. 1. de appell. & Lanfranc. post alios congestos per eum, in c.quoniam cõtra, de probat.in uer. Testes, nu.66.

2 Imò nec idonei testes sunt donator, uel venditor in causa emptionis, uel donationis, etiam si tenerentur de euictione: secundùm Pet.Cyn.& Ioan.Fab.in l.si tibi decem. §. pactum.ff.de pact.Ant.Imol.& Panor.in c.insuper, de testib.Bal in l. si ad te. C. de fal. Guid. Pap.consil.74.sequuntur rationes, num. 12.& seq.Bertran.conf.17.viso processu, colum. penult.lib. 2.& Ruinum conf.189.num. 21.uol. Cōis opin. 1.& istam inquit communem opinionem Lãfran.in loco pręcitato, & Ioan.de Amicis, consilio 145.num.16. & seq.vbi eam sequitur, & declarat.

*SVMMARIVM.*

1 *CEDENS non potest esse testis in causa cessionarij, siue teneatur de euictione, siue non.*

## OPINIO DCCCCLVII.

1 TESTIS non potest esse aliquo pacto cedens in causa cessionarij: secundùm Collecta.in c.nũtius, de testib. Ioan.Fab.Bal.& Salyc. in l. in omnibus.C.de testi. Bal. in l.fin. colum.2.C. de iure dot.Capel.Tholos.in decis.94.Nellum in trac. de testib.in uer.Cedens, Guid.Papę conf.171. sequuntur rationes in iure, num.12. cum aliis seq. Afflict. in constit. mores dissolutè uiuentium, sub num.9.lib.3.rub.53.& Moheda decis.53.& 148.& ista est communis opinio, de Cōis opin. qua testantur omnes Moder.in d.c.insuper, & in d.l.in omnibus,& Stepha.Aufre.in tract. de testib.in ver.Cedens, num.17.& Lanfran.in c. quoniam contra, de prob.num. 65. in fi. licèt Fely.& malè post alios relatos per eum in d.c. insuper, teneat contrarium. quam communem tenet etiam Glos. & Doct. in l.nullus. ff. de testib.Ang.conf.174 thema.super quo cõsilium petitur, tale est, vertitur causa, quæstio, & controuersia inter filios quondam Marci. colum.fin.uers.Et in eo, qui iura sua in alium transtulit.Guliel.Bal.& Alex.in l.& hæredi.§. hos autē, de pact.& conf.13.col.antepen. vol. 1.siue teneatur de euictione, siue non.

*SVMMARIVM.*

1 *PERIVRVS, uel infamis testis esse non potest contra alium infamem, vel periurum: nec etiam admittitur ad iurandum in litem, nec in supplementum probationis.*

2 *Testis periurus nunquàm admittitur, nisi de eo admittendo specialiter caueatur.*

3 *Testis periurus nec post emendationem admittitur tam in ciuili, quàm in criminali.*

4 *Testi vario, vel contrario deponenti in tortura creditur, secus est in periuro.*

5 *Iuramento semel violato, quod est confirmatorium veritatis, remanet semper suspitio periurij.*

6 *Periurus etiam absolutus à periurio non est idoneus testis in aliqua causa.*

7 *Periurus potest habilitari à Pontifice, vt ualeat ferre testimonium.*

8 *Periuri probant contra hæreticos: & sic eorum testimonium admittitur in negotio hæresis.*

9 *Periurus, vel infamis dici non potest periurans sine dolo, & ex inaduertentia. Itidem minimè periurus dicitur iurans soluere ad tempus, & non valeat postmodum soluere debito tempore.*

10 Per-

10 *Periuri non sunt, qui ex iusta causa iuramentum non seruāt: & sic periurium non eßet isto casu modo aliquo puniendum, cùm periurans satis Deum habeat ultorem.*

## OPINIO DCCCCLVIII.

1 TESTIS non potest esse periurus, uel infamis, nec admittitur aliquo pacto ad iurandum in litem, nec in supplemētum probationis contra aliū periurum, uel infamem, seu dolosum: vt per Bart. in l. cùm mulier, col. fin. ff. sol. matr. quem sequuntur inibi Alex. cæterique Doct. omnes communiter. (Cõis opin.) Fely. in c. testimonium, colum. fin. de testib. Ferrarien. in pract. Papiensi, in for. iuramenti testium. §. pro testante, num. 6. & seq. & Ioan. Bapt. Zilettus cum aliis ferè innumeris signatis ibi per eum, in addit. in litera A. & Ias. in l iu arenā. C. de inof. test. & Moder. in præcitata l. cùm mulier, ubi attestantur de dicta communi, & Lanfrā. iu c. quoniam contra, de probat. in uer. Testes, num. 74. post medium, & Soci. ponit hoc pro regula cum. 4. limitationibus, in tract. fallen. reg. 415. Iufames infamia facti.

2 Imò periurus in testem nunquam est admittendus, nisi id specialiter caueatur: vt firmauit eleganter Abb. in c. per tuas, colum. 3. extra de simo.

3 Imò dic in fortioribus terminis, quòd periurus quantumcunque emendatus non admittitur in testem in ciuili, nec in criminali: vt d. c. testimonium, & in c. quicuuque. 6. q. 1. Glo. iu l. qui cum uno. §. ignominia ff. de re. milit. quam Gloss. Bal. allegat pro singulari in l. Lucius, in fiu. de infa. Hoc idem uoluit Ioan. And. in add. Specul. in tit. de teste. §. 1. num. 4. Bal. in authen. ei qui iurat, in priuc. C. de bon. autho. iud. poss. per illum text. Roma. iu l. 2. colum. 9. ff. solut. matr. S. Anton. in sua Summa in 2. par. c. 6. de periurio, colum. fin. sub vers. Quantum ad quartam. Ias. in l. admonendi, num. 117. Ripa uum. 56. Curt. & alij inibi. ff. de iureiuran. idem Ripa in l. damnum, nu. 6. ff. de dam. infect. & Marsil. in sing. 273. & Cephalus consil. 234. in præsenti casu prima consideratione, sub num. 3. cum aliis seq. volu. 2. vbi etiam doctisimè consuluit, periurum nullo modo posse admitti in testem, etiam si cum tortura testificaretur: prout ita firmauit etiā in cons. præcedenti. 233. num. 7. & seq.

4 Quoniam talis testis caret eo, quod est potisimum in teste, scilicet ueritate, quæ in teste debet esse pura, & simplex. c. pura. 3. q. 9.

5 Ideoque uiolato semel iuramento, quod est confirmatorium ueritatis. c. & si Christus, de iureiuran. remanet semper suspitio periurij. d. c. quicunque, & c. paruuli. 22. q. 1. & uiolato in uno officio semper præsumitur defectus in eodem. l. si aliquid. C. de suscep. & archarijs, lib. 10. secundùm Doct. in d. c. testimonium, ubi omnes communiter excepto Zaba. hoc firmant, & expresè tenent. (Cõis opin.)

6 Item si absolutus extitisset à periurio ipso, minimè esset idoneus testis in aliqua causa: secundùm Glo. in d. c. testimonium, Afflict. in constit. Eos qui scienter, sub nu. 25. lib. 3. post alios signatos ibi per eum.

7 Sed Pontifex posset habilitare criminosos, atque periuros ad ferēdum testimonium: secundùm Doct. in d. c. testimonium, & Corset. in sing. in uer. Testis, exordiente, Communis conclusio Doc. ubi ostendit istam communem opinionem fore, & latè limitat. (Cõis opin.)

8 Et licèt periuri, testes esse nequeant: tamen in negocio hæresis admitterentur: & sic contra hæreticos testimouium eorum reciperetur absque dubio aliquo. c. accusatus. §. licèt, de hæreticis in 6.

9 Item infamis, ac periurus dici non posset ille, qui periuraret sine dolo, & ex inaduertentia: seu quia ad tempus statutum, quod iurauit, soluere non potuit: secundùm Zasium post Bald. in §. item si quis postulante, num. 22. instit. de actio. Et sic periuri non sunt, qui ex rationabili, iustaque causa iuramentum non seruant.

10 Et aduerte, quòd periurans ipse puniri nō posset; & consequenter periuriū hoc nullo modo esset puniendum, cùm periurans satis Deū vltorem habeat: secundùm Alber. & Salyc. in l. 2. C. de reb. cred. & iureiur. Parpaleam in l. si quis maior, num. 64. C. de transact. & Boer. cum aliis aggregatis per eum, in decis. 305. col. fi. ubi meminit istam esse communem, uerioremq; opinionem, & ita extitisse decisum in Senatu Burdegalensi. (Cõis opin.)

### SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS non poteſt eſſe teſtis in poſſeſſorio, in quo fuerat aduocatus: poßet tamen eſſe idoneus teſtis in petitorio.*

2 *Aduocatus pro clientulo, pro quo adhuc patrociniū non præstiterit, est idoneus testis.*

3 *Aduocatus potest esse testis in alia causa, in qua eius testimonium absque aliquo dubio reciperetur.*

4 *Sollicitator, uel instigator causę, non est idoneus testis in eadem causa.*

5 *Sollicitator causę salariatus repellitur á testimonio in eadem causa.*

6 *Sollicitator causę etiam non salariatus, & absque salario causam sollicitans, minimè admittitur in testem in eadem causa.*

7 *Aduocatus, sollicitator, procurator, uel instigator causæ*

*causæ, an recipiantur in testes per iudicem parte non opponente, remissiue.*

8 *Mediator non potest dicere testimonium.*

9 *Procurator acceptans ad effectum substituendi tantum, non est idoneus testis.*

10 *Procurator in causa, quam incipit, prosequi testificari nequit.*

11 *Procurator ad lites, durante lite, non potest esse testis ad fauorem constituentis.*

12 *Procurator ad lites repellitur etiam à testimonio in causa appellationis proferendo ad fauorem constituentis.*

14 *Proxeneta potest testificari partibus consentientibus, & non aliter, nec alio modo.*

14 *Testes inhabiles consensu partium possunt validari.*

15 *Testis in causa propria admittitur parte consentiente.*

16 *Attestationes testium inualidę consensu partium ratificari, & validari possunt,*

17 *Aduocatus pro clientulo suo non est idoneus testis, sed benè contra clientulum ipsum.*

## OPINIO DCCCCLIX.

1 TESTIS esse non potest aduocatus in possessorio, in quo fuerat aduocatus; posset tamē esse idoneus testis in petitorio: vt per Ant. de Butr. Imol. & Fel. in c. cùm à nobis, de testi. Caputaquens. decis. 76. lib. 1. & Ripam in l. naturaliter. §. nihil commune, notabili, 18. ff. de acquir. poss.

2 Est etiam idoneus testis aduocatus pro clientulo, si adhuc patrocinium non præstitisset, licèt de salario conuenisset: secundùm Nellum de Sancto Gemin. in tract. de testib. in 1. par. sub num. 31. Alberic. de Maletis, in tract. de testib. in 1. par. cap. 4. sub num. 4. cum aliis seq. Steph. Aufrer. in tract. de testib. sub numero 8. Glos. & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Testes, num. 67. vbi sequitur opinionem istam, & ait esse communem. *Cōis opin.*

3 Posset quoque esse testis aduocatus in alia causa, in qua eius testimonium absque dubio aliquo reciperetur: secundū præcitatos Doct. & ista est communis opinio, teste Lanfran. in loco præmisso. *Cōis opin.*

4 Similiter sollicitator, vel instigator causæ non est idoneus testis: secundùm Afflict. in cō stit. mores dissolutè viuentium, sub num. 2. libro 3. rubr. 53. Ang. consil. 233. punctus est, quædam Domina Margarita, colum. 2. Ferrarien. cum aliqua modificatione in pract. Papien. in for. libelli iuramenti testium. §. protestante, numero 27. Soc. Iun. consilio 88. circa præsentem consultationem, in causa matrimoniali, num. 23. uol. 2. Grammar decis. 73. num. 19. & Ioan. de Amicis consilio 120. numero 10. vbi tenet etiam num. 9. post alios relatos per eum, aduocatum non esse idoneum testem, & Bertran. etiam consil. 341. viso ex tactu processus, num. 1. uol. 4.

5 Et hoc procedit in sollicitatore salariato, qui omninò repellitur à testimonio: secundū omnes mentionatos Doct. & ista est communis opinio, vt secernitur in his allegationibus, & aliis aggregatis per Hor. Mandos. in addit. Roma. cons. 420. sub litera A. *Cōis opin.*

6 Quæ quidem, communis ampliatur procedere etiam in sollicitatore non salariato, & absque salario causam sollicitante, ut minimè admittatur in testem: secundùm Fely. in c. cū à nobis, de testib. Soc. Iun. in d. cons. 88. & Horat. Mandos. in add. Roma in d. cons. 420. sub litera A, in quibus locis admonet istam opinionem ueriorem esse, & tuetur quoque, respondetque fundamentis Roma. contrarium, & male asseuerantis in d. cons. 420.

7 Sed dato, quòd contra tales testes pars nō opponat, verùm posset iudex eos reijcere. uide Alexā declarantem in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 20. ff. de dam. infect.

8 Item mediator non potest dicere testimonium: vt per Dec. consilio 133. & cons. 453. & Grauet. cons. 56. col. 2.

9 Imò procurator, qui acceptauit etiam ad effectum, & finem substituendi tantùm, minimè examinari posset tanquàm testis, etiam quod instaretur examinari saluis exceptionibus, atque poni ad partem. ita Peregri. decis. 59. lib. 1. & decis. 134 lib. 2.

¶ Et ratio est, quoniam procurator ipse iam cœpit dirigere gressus suos, atque exercere officium sibi commissum procurationis, & habere etiam affectionem ad causam ob acceptationem hanc, & substitutionem factam: & tantò magis suspectus redditur idem procurator, stante quòd officium procuratoris uoluntarium est, non autem necessarium. teste Glo. in § si tutor, in uer. Tutor, instit. de inoff. testa. & poterat procurator acceptare, & non acceptare: & cùm acceptauerit saltem præsentem prouinciam quò ad unum actum, is profectò sufficiens uidetur ad eum repellendum à testimonio ad fauorem constituentis proferendo. vt discurrit per huiusmodi rationes Alber. de Maletis in tract. de testib. in 1. par. cap. 4. numero 10. cum aliis seq.

10 Et consequenter procurator si causam prosequi incipiat, testis esse nequit modo aliquo. ita Bart. in l. deferre. ff. de iure fisci, Glos. & Domi. in c. fin. de testib. libro 6. Bal. in c. inter pares, colum. penul. de lege Corra. Ant. & Imol. in c. cùm à nobis, de testib. Ioan. Andr. de reg. iur. in reg cùm quid una via, & Sicul. in c. fraternitatis, circa fi. de cler non resid.

11 Et hoc ideò est etiam: nam procurator ad causas, & lites, durante lite non potest esse testis.

testis.ita Bart. qui ad satutitatem vsque, hoc explicat,& declarat in l.deferre, num. 2. ff. de iure fisci,Nepos de Monte Albano in tract. de testib.num.145. Alberic.de Maletis in d. tractatu de testibus,in 1.par.cap. 4. num.10. cũ aliis seq.Glo.in d.l.deferre,Ioan.Crot.in trac. de testib.in 4.par.num.134.& Iodocus Damhouderius in tract.de testib.in princ. de reprobatione testium,num.11.

12 Imò procurator ipse ad lites non solùm in causa principali repellitur à testimonio proferendo ad fauorem sui principalis,sed etiam in causa appellationis,ubicunque ille fuisset procurator in causa principali:secundùm Glo.in c.Romana,de testib.in 6.Bald. in d.l. deferre, Cyn.in l.quoniam.C.de testib.Nellum de Sancto Gemin.in tract. de testib.in 1. par. sub numero 31.Lanfran.in c.quoniam cõtra, In uer. Testes,sub num.67.de probat.Alex.consil.134. in causa & lite inter Albertinum, nu.7.vol.2. & Bosium in pract.crim. in tit. de oppositionibus contra testes,num.117.

13 Item nec proxeneta est idoneus testis, & integer: ut tenet Glos. in §. quoniam uerò legem,in auth.de testibus,in uer.Prohibitione, Cyn.in l.omnibus.C.de testib. Albet.in l. si tibi decem.§.pactum.ff.de pactis Ang.in l. debet.ff.de ædil.edic.Ant.consil. 24 colum.pen. Anchara cons.331.colum. 2. Fulgos.cons. 11. col.2.Panor. in c. insuper, extr.de testibus, & in c.licèt Heli. colum.2.ext.de simo.Alex.nõnullos alios Doct. cumulans,consilio 13. colum.5. libro 1. consilio 128. colum. 1.volu.2. consilio 150. colum.2.lib.5. consilio 112. colum.6.libr.6. & consilio 127.circa fi.lib.7.Barbat.consilio 54.uol.2.Guid.Papæ consilio 74. sequuntur rationes in iure,num.13.Corn.consilio 81.sub num.4.uol. 3. & Bertran. consilio 178.col.pen.lib.2.& cons.225.lib.3.

¶ Sed aliqui Doct.& malè uoluerunt contrarium,signati per Petrum de Benintendis in decis.61.

¶ Et hoc intantùm procedit,atque amplificatur, vt ipsi proxenetę deponenti iudicem corrupisse minimè credatur,nec credi debeat modo aliquo.ita Bosisius in pract. crim. in tit. de oppositionibus contra testes, numero 58. & sequentibus.

¶ Et quamuis determinati iuris sit, quòd proxeneta testis esse non posit, tamen erit ipse proxeneta testis integer,& idoneus, utraq; parte consentiente.& ita se habet communis opinio omnium Doct.de qua testatur Curtius Iun.consilio 112.numer.8. & sequitur Guido Papæ in d.consil.74.sub num.13.Ferrarien.in d.§.protestante,num.29. & Zilettus ibi in addit.in litera I. cum aliis cumulatis per eum, Soc.Iun.consilio 31.num.19.uolum.2.Afflic. in d. constit. mores dissolutè uiuentium, sub nu.2.& Pet.de Benintendis decis.61. ubi tecitat istam esse magis cõem opin. & ueriorem. Cõis opin.

14 Quia testes inhabiles possunt cõsensu partium ualidari:secundùm Ioan. And in addit. Spec.in tit.de teste.§.sæpè,in add. 1. & in §. 1. uer.Quid si uidit,in tit.de proba. Ant. & Imo. in c.cum dilectus,col. 12.de consuet.Alex.con sil.122. viso processu,col.3.uol. 2.

15 Pro quo facit etiam text.& ibi Bal.in l.fi. C.de fideicommis.vbi habetur, quòd consentiente aduersario quis potest esse testis in causa propria.

16 Et facit,quod tenet Innocen.in c.cùm causam,extr.de testib.quem sequitur Salyc.in l.si quis testib.col. 1.C.de testib. ubi dixit, quòd attestationes inualidæ possunt ratificari consensu partium. quod dictum Innoc. sequitur etiam Roma.cons.104.pater reuerende, circa fi.& Alex.in l.Titia,colum.3.ff.sol.mat. quam quidem communem sequitur etiam, & declarat Ruinus cons.34.nn.1.4 & 7.uol. 4.

17 Et quamuis,vt in prin.ostendimus,aduocatus,testis esse nequeat pro clientulo suo:tamen contra ipsum benè posset testimonium ferre:& sic aduocatus contra eum,pro quo est aduocatus,potest esse testis etiam inuitus: vt uoluit Glos.in l.fi.ff.de testi.quam dicit communiter approbari Lanfran.in d. c. quoniam contra,in uer.Testes,num.67.& sequitur Nepos de Monte Albano in d.tract. de testib.sub num.145.Nellus de Sancto Gemi. in tract. de test.b.in 1.par. sub num. 32.Card. Put. decis. 56.lib. 3. & Illustris D. Vincent. de Franchis decis.222.Aduocatus,ubi planè facit ita fuisse in facti contingentia decisum in Sacro Concilio Neapol. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 AMICI, affines, socij, & domestici non sunt idonei testes in criminalibus.

2 Iniuria facta uni de familia,censetur facta omnibus de illa familia.

3 Amici,affines,socij, & domestici in criminalibus ob affectionem,quam habent ad causam,tanquàm suspecti,testimonium ferre non possunt.

4 Amici,affines,socij,& domestici etiam testes admissi pro amico, affine,socio, uel domestico, minimè probant.

5 Affines,seu sui,pro quibus testimonium dici non potest,illi intelligendi ueniunt,qui sunt usque ad septimum gradum.

6 Affinitas repellens à testimonio, debet esse per lineam ascendentem, uel descendentem, nec sufficit esse per transuersalem.

7 Affines sunt idonei testes ad probandum furtum,uel dolum factum in domo actoris de die,uel de nocte, quando actu,& habitu alij testes adesse non potuerint in ipsa domo.

8 Testes domestici preferuntur alijs in probatione facti domestici.

9 *Testes nauis admittũtur ad probandũ gesta in naui.*

10 *Innocentia rei accusati potest probari per parentes, fratres, domesticos, & per alios testes aliàs non idoneos; nisi contra ipsos domesticos essent alij testes.*

11 *Coniunctus non repellitur pro coniuncto à testimonio, si est coniunctus vtriusque partis.*

12 *Filius est idoneus testis inter patrem, & matrem: quia propter paritatem affectionis cessat suspitio.*

13 *Patruus pro nepote contra alium nepotem test's admittitur: & similiter consobrinus pro consobrino, & sic de singulis.*

14 *Amicus testis instrumentarius est integer, & probat.*

15 *Domestici qui propriè dicantur: & secundùm communem opinionem dicuntur omnes cohabitantes in eadem domo.*

## OPINIO DCCCCLX.

1 TESTES affines, socij, amici, & domestici non sunt idonei testes, & in criminalibus repelluntur à testimonio. l. 2. & l. parentes. C. de testi. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. in princ. num. 1. cum aliis seq Steph. Aufrer. in tract. de testib. & eorum reprobatione, num. 34. & ita firmat, & probat in omnibus istis casibus Afflict. in constitu. mores dissolutè uiuentium, sub numero 1. sub num. 4. & sub num. 6. lib. 3. rub. 53.

2 Quia iniuria facta uni de familia, censetur facta omnibus de illa familia. l. lex Cornelia. ff. de iniuriis, & ibi Glo. Bartol. Bald. Ange. & Salycet. in l. unica. C. de rap. uirg. & Tiraq. cum aliis glomeratis per eum, in tract. de pœnis temperan. causa 51. nu. 68.

3 Quare ij de familia ob huiusmodi affectionem in hoc negocio testimoninm ferre, vel iudicare nequirenr, quia iure suspecti forent: secundùm Bartol. in d. l. lex Cornelia, in princip. Grammat. decis. 23. num. 1. Paris. consilio 55. numero 35. uolu. 4. Tiraquel. in dicta causa 51. Rolandum à Valle consilio 24. num. 41. uol. 1. Alciat. in tract. de præsump. regul. 1. præsum. 2. & 23. & Marantam in tract. iudic. in 6. part. in princ. num. 58. & seq. fol. par. 93. vbi hoc vtiliter ampliat, & limitat.

4 Et intantùm hoc procedit, & ampliatur, quòd si dicti testes fuiит admissi, minimè pro-
Cõis opin. babnnt: secundùm Scriben. omnes communiter in locis iam citatis, & de ista communi restatur Grammat. cons. crim. 45. num. 15. & cõsilio 58. nu. 6. & seq.

5 Et istos affiues, seu suos, pro quibus testimonium dici non potest, Glos. in l. si fœmina. C. ad Turpil. eos intelligit, qui sunr vsque ad septimum gradum. l. lege Iulia. ff. de testi.

6 Et ista affinitas repellens à testimonio debet esse per lineam ascendentis, vel descendẽtis, non autem sufficit affinitas transuersalis: vt noluir expresè Ang. cum aliis relatis per eum cons. 194. visis processibus causæ principalis, col. 2. Grauet. cons. 2. nu. 9. Marsil. sing. 133. & Grammat. cons. crim. 12. nu. 25. & seq.

7 Tamen, nota, quòd ad probandum furtũ, uel dolum factum in domo actoris de die, vel de nocte per Sempronium, & ad probandum quantitatem rerum, érunt testes idonei, ex eo, quia alij testes in ipsa domo, actu vel habitu verisimiliter haberi non possunt. tex. est in l. cõsensu. §. super plagiis, ubi Doct. notant. C. de repud. Abbas in c. fin. num. 9. de præscript. Bart. Cyn. & Ias. in l. si quando. C. vnde ui, nu. 43. Federic. Schench. in tract. de testib. num. 28. & seq. Marsil. in sua pract. in §. Diligenter, nu. 81. Ant. de But. & Doct. in c. tertio loco, de prob. Abb. & Scriben. omnes in c. cũ in tua, de spõs.

8 Et ad probãdum gesta, uel acta in domo, testes domestici admittuntur, & præferuntur aliis: vt per Fran. de Aret. in cons. 13. num. 17.

9 Simile uidemus ad probandum gesta in naui, uel domo, admittuntur testes nauis, uel domus. l. quoties, & l. submersis, ubi Bartol. & Doct. C. de naufrag. lib. 11. text. in c. ueniens, il 2. in fi. de testib. Io. And. in add. Specul. in tit. de teste. §. 1. uer. Item quòd est domesticus, & Bar. in l. fi. scimus. §. licentia danda, nu. 2. & ibi Alex. nu. 3. qui reddit rationem. C. de iure delib. vbi firmat, ꝙ ad probandũ secreta patrimonij testes de domo aduersarij sunt idonei.

10 Similiterque innocentia rei accusati potest probari per eius parentes, fratres, & alios domesticos, & alios testes aliàs non idoneos: vt per Marsil. sing. 59. Innocentibus, Alex. consil. 24. nu. 45. uol. 2. & cons. 5. uol. 1. Gramma. cons. crim. 12. uer. 5. quò ad, nu. 19. c. manifestè, & c. seq. ubi Archid. 12. q. 1. Spec. in tit. de inquisitione. §. 1. uer. Sed nunquid eas, Ias. & Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur.

¶ Quodque procedit, ac uerum esse intelligo, nisi contra dictos domesticos essent alij testes: secundùm Bal. & Salyc. in d. l. parentes. Grammat. in d. cons. 12. num. 19. Carrerius in sua pract. crim. nu. 165. in fi. & Grammat. post alios relaros, ibi per eum, in decis. 34. nu. 14.

11 Item coniunctus, licèt repellatur à testimonio deponens pro coniuncto; nihilominus non repelleretur vbicunque esset coniunctus vtriusque partis: secundùm Specul. in d. tit. de teste. §. 1. ver. Quid si testis eodem gradu, quẽ sequitur Alexã. cons. 156. uiso processu inter Appelloniam, nu. 8. uol. 5.

12 Vndè filius esset idoneus testis inter patrem, & matrẽ: nã affectionis pariras vtiq; excluderet, euacuaretq; omnem suspitionẽ. c. R. canonicus, de off. deleg. Bal. in l. 1. fi. ubi pupil. educ.

educ.deb.Glos.in c.postremò,de appel. Inno. in c.ex parte,de feud.Saly c.& alij in l. 1. C. de ne liceat poten.& Barba.in c.causam quæ,de offi.deleg.

13 Item limitatur prędicta communis non procedere in patruo, qui potest esse testis pro nepote suo:& similiter consobrinus pro consobrino,& sic de singulis:secundùm Bar.in l.qui testamento.§. per contrarium.ff.de testam. & Doct.omnes in l.parentes.C.de testib. Glo. & omnes in c. accedens, ut lite non contest. & Lanfran.in c.quoniam contra, de probatio.in uer. Testes,num.18.vbi ponit istam esse communem opinionem Doct. utriusque aulæ, & eam utiliter declarat. *Cōis opin.*

14 Item testis instrumentarius amicus est integer, & probat:secundùm Alexan. in d.cōsilio 156.num.19.

15 Et qui dicantur proprij domestici, vide Ioan.Igne. latè declarantem in l. 1. num. 74. ff.ad Syllania.& in §.serui appellatione, numero 124. & Melchiorem de Facinis consilio 82. num.12.& sequen.posito inter consil.crim. diuersorum, vol.1.collecta per Ioan.Bapt.Ziletum,vbi ait communem omnium opinionem esse, quòd omnes habitantes in eadem domo dicantur domestici, & nepos etiam de Monte Albano in tract.de testib.in princ. numero 2. & seq. Iacob. Aegidij in tract. de testib. & eorum reprobatione,num.10.Federic.Schench. in d.tract.de testib num.27.& Steph.Aufrer. in d.tract.de testib.& eorum reprobatione,numero 35.& seq.ubi utiliter,& commodè limitat communem istam in quatuor casibus. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *SOCIVS eiusdem criminis repellitur à testimonio contra socium, & pro socio.*

2 *Socius criminis non facit indicium ad inquisitionem formandam, secundum unam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit, uidelicet, quòd socius criminis contra socium eiusdem criminis faciat indicium ad inquirendum.*

3 *Socius criminis quando in subsidium admittatur.*

4 *Tortus sua causa non est de alijs interrogandus, nisi in casibus sequentibus,id est contra rebellem, hæreticum,latrones insignes, falsos monetarios, contra maleficos,& contra reos criminis simoniæ.*

5 *Testimonium socij criminis in casibus,in quibus potest ipse de complicibus interrogari, non facit indicium ad torturam absque alijs indicijs.*

6 *Tortus simpliciter in alios,vt in socios, & non in se, statur eius dicto cum alijs indicijs. Sed si torqueretur in se, & in alios, & confiteretur de se, & alijs,non staretur vtique eius dicto de alijs, & contra alios.*

7 *Socius criminis ab accusando alium socium repellitur.*

8 *Testis esse non potest carceratus,se u positus in carceribus publicis.*

9 *Socius an testis esse possit pro socio in causa ciuili, discurritur, & resoluitur.*

## OPINIO DCCCCLXI.

1 IN testem non admittitur socius criminis contra socium, nec pro socio, si in eodem crimine socius est. l. fin. C. de accusationib. & ita firmauerunt per illum textum. Gloss.Bartol.Bald.Saly cer.& Paul.Castren.in l. quoniam liberi. C.de testib. Bonifacius in tract. de maleficiis, in rubric. de testibus, & qui repelluntur à testimonio,numero 30.Nepos de Monte Albano in tractatu de testibus, numero 69.Iacob. Aegid.in tract.de testibus, & eorum reprobatione, numero 16. Federic. Schench.in tract.de testibus,numero 37.Nellus de Sancto Gemin. in tract. de testibus, & eorum reprobatione, in 1.parte, numero 16. Alberic. de Maleficis amplè, & dilucidè in tractatu de testibus,in 1.par. cap. 4. numero 65. cum aliis sequen.Ioan.Crot.in tractatu de testibus,in 3.part.numero 91.vbi hoc ponit pro regula, Afflict.in constitut. mores dissolutè viuentium,numero 6. libro 3. rubric. 53. Dec. consilio 189.numero 7 & consilio 234.in effectu, numero 1. Poer. decisione 319. Thomas Grammat. decis. 28. numero 9. Marsil. sing. 209. & Ioannes de Amicis consilio 138. numero 1. *Testis*

2 Adeò quòd non est testis idoneus ipse socius criminis, etiam ad formandum inquisitionem, secundùm communem opinionem omnium Doctorum, quam citat, & sequitur Deci. in dicto consilio 189. lætatus sum, numero 9 & in d.consilio 234.numero 2.Grammat. consil. crim. 37. numero 14. post alios quamplures ibi congestos per eum, & consilio 38.num.20. *Cōis opin.* *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, quod socius criminis contra socium eiusdem criminis faciat indicium ad inquirendum,inclinauerunt Ang & Roma. in l. & si certus.ff. ad Syllan.Saly cet.in l.ea quidem,colū. 14. dè accusat.Fulgos.consil.71.& Alexā.de Imol.in l.prima.§.si seruus.ff.de quæst. & ista est communis opinio: vt admonet Roma. in d. l. & si certus.

3 Sed regula prænotata non procedit ubicunque ueritas ex natura negocij aliter haberi, ac sciri nequeat, vtputà in coniuratione, uel tractatu facto inter aliquos,

ad quem probandum recipiuntur testes aliàs inhabiles, cùm secretò fiant: secundùm Iaf. in l. prima. colum. penult. C. de Summa Trinitate,& fide cathol. & in l. fin. colum. fin. C. de his qui. ut indig. & Dec. in d. consil. 189. num. 10.

4 Minimeque hoc habet locum in crimine læsæ maiestatis: quia tunc admittitur socius criminis contra socium.c.fina.15.quæst. 3. & per Petrum Follerium in sua pract. crim. in ver. Item quia commisit crimen læsę maiestatis,numero 2.

¶ Et similiter etiam testimonium socij criminum recipitur contra hæreticos. c. in fidei fauorem,de hęret. in 6. & Alberic. de Maletis in d.tract. de testibus, in 1. part. cap. 4. sub numero 65. Contra latrones insignes. l. prouinciarum.C. de fur. Bartol. in l. repeti.§. 1.ff.de quæstio.& Ioan. Crot.in d. tract. de testibus,in 3 par.sub numero 93. Contra falsos monetarios.l.1.C.de fals. monet. Contra maleficos l.fin. C. de malef.& mathemat.contra reos criminis simoniæ.c.si quis Papa.79. dist. & ibi Glos.Nell.de Sancto Gemin.in d.tract. de test.b.& eorum reprobatione,in 1.par.sub numero 16.& Ioan.Crot.in d.tract. de testib. in 3.par sub numero 91.in 1. ampliat.

¶ Propterea nec testimonium tantùm socij criminis in casibus, in quibus potest ipse de complicibus interrogari esset sufficiens in d'cium ad torturam absque aliis indiciis:quia isto casu talis confessio facit aliqualem præsumptionem,ac indicium:secundùm Gloss.in d.l.fin.C.de accusat.cum qua sentiunt omnes Doct.indubitanter ibi,& Affl. in d. constit. mores dissolutè uiuentium, sub numero 6. & Cōis opin. hanc dicit communem esse opinionem Boer. in decis. 319. numero 3. & sequen. & Grammat.in voto 6.numero 2.& Grauet.consilio 9. numero 6.vbi hoc clarius declarat, & Soc.plenissimè in tract. fallentiarum, in regul. 428. Testis socius criminis. & sequitur quoque D. Thobias Nonius Perusinæ Academiæ legalis lucerna,Doctorque his temporibus magni ingenij,& authoritatis,in §.legatariis,nu. 13. instit.de testa.

6 Vndè si quis subiiceretur quęstionibus,& tormentis simpliciter in alios, vt in socios, & non in se; staretur utique tunc eius dicto cùm aliis indiciis,taliter quòd iudex ex depositione torti, aliisque indiciis ad condemnationem procedere posset. Si uerò torqueretur in se,& in alios,& confiterentur de se, & aliis: hoc equidem casu non staretur dicto, & assertioni suæ de aliis, & contra alios; vt ita distinguendo firmauere Bonifacius in tract. de maleficiis, in rubric. quæ indicia debeant procedere torturam, numero 9. Gandinus in Cōis opin. tract. maleficiorum, numero 16. Gloss. & Innocen. & Abb. & alij communiter in c. 1. extrà de confess.Glos. Bald. & cęteri omnes in l. prima. C. de accusatio.Dyn.in tract. quæstionum, in uers. Nunquid per talem præsumptionem, Bart.in l. repeti. de quæst. Guid. de Suza. in tract. de indiciis, & tortura, numero 50.& sequen. Bald. in tract. de quæstionibus, & tortura, numero 3. Paris de Puteo in tractatu syndicatus in ver. An stetur dicto torti,in princ.Francisc. Brunus in tractatu de indiciis,& tortura,quæst.3.primæ partis, numero 24.& sequen.& Ambertus de Antramonia in tract.de quæstionibus,& tormentis, numero 7.& seq.

7 Et nota,quòd quemadmodum socius criminis non recipitur in testem contra socium: ita nec admittitur socius eiusdem criminis ad accusandum socium, & sic ab accusando, & à denunciando repellitur:vt per Gloss.Bartol.in l.qui accusare,numero 8. ff. de accusat. Dec.in dicto consilio 234.nu.2.& per alios latè congestos per Iacobum Nouellum,in tract. ad defensam, in rubric. quæ personæ accusare non possunt, incip. quoniam satis utiliter hactenus uidimus,numero 33.& seq.ubi hoc limitat, & declarat in tribus casibus, vt ibi per eum.

¶ Imò si socius ipse tunc præsentaret socium, minimè liberaretur. ita Bal. in l. sicuti. C.de quæst.num. 1.Nec si bannitus bannitum repręsentaret:vt ibi per eum,in fine.

8 Et similiter carceratus,seu positus in carceribus publicis testis esse non potest: secundùm Doct.in l.tertia. §. lex Iulia. ff. de testib. per textum ibi, & Lanfranc. in c. quoniam contra,de probationibus, in uer. Testes, numero 83. ubi supponit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

9 Sed socius pro socio in causa ciuili regulariter potest esse testis:secundùm Gloss.Bart. Bald.Salycet.Paul.Castren.cæterosque,in d.l. quoniam liberi,Gloss.Fab.& omnes in d.§.legatariis,vbi D.Thobias,numero 11. sequitur istorum opinionem, limitat, & scribit communem esse. Quæ quidem pro cedit de p'ano Cōis opin. in bonis non communibus inter ipsos socios: tunc enim admittitur ipse socius pro socio, cùm non prohibeatur. secus autem in bonis communibus.eo nanque casu omninò repellitur à testificando socius pro socio: vt voluerunt,& declarauerunt omnes antedicti Doct. & Bonifacius in d.tract. de maleficiis, in rubric.de testibus, & qui repellantur à testimonio, numero 8. Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus,& aliis sociis, parte vndecima,quæstio.14.numero 15. Nellus de Sancto Gemin.in dicto tract. de testibus,in 1.par.numero 10.Federic. Schench. in tract. de testib. sub num.37.

S V M-

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS deponens, respondensque contenta in pcessu, aut in articulis, seu inquisitione esse uera; vel quòd alter testis deposuit esse uerum, non probat in criminalibus.*

2 *Testis dicens contenta in articulis, seu capitulis esse uera, probat. quod procedit, nisi contraria consuetudo esset in loco. nu. 3.*

## OPINIO DCCCCLXII.

1 TESTIS deponens, respondensque contenta in processu, aut in articulis, seu inqnisitione esse uera; uel quòd alter testis deposuit esse uerum: huiusmodi depositio non probat aliquo pacto, nisi extensim scribatur dictum suum. vt per Bart. eleganter in l. Labeo, num. 8. ff de suppell. leg. Bal. in l. fin. C. de testib. & Lallum de Tuscia in constit. Regni, In pecuniariis, num. 13. lib. 2. vbi reddit optimam rationem, & Tyndar. etiam in tract. de testib. cap. 10. num. 4. & seq.

¶ Et hoc uerum est, ac procedit indubitanter in caulis criminalibus: secundùm communem opinionem omnium Scriben. quam *Cõis opin.* sequuntur Doct. passim in iure nostro, præsertimque Moder. apostillantes Bart. in d. l. Labeo, & Fely. in c. cùm in causa, ext. de testi.

2 Secus uerò si testis diceret in causa ciuili contenta in capitulo, seu articulo esse uera: tunc proculdubio ualeret, & probaret dicta depositio: vt consuluit Bal. cons. 10. in quæstione, quæ uertitur, colum. 11. uol. 5.

3 Tamẽ hoc non procedit, quando extat cõtraria consuetudo in loco: vt per Bal. in l. fin. §. in refutatoriis. C. de appellat. & ponit Bart. in l. 3. §. 1. circa fin. ff. de testib. Abb. & omnes Canonistæ communiter, in c. nihil obstat, de *Cõis opin.* uer. sig. de qua communi faciunt mentionem Moder. apostillantes ibi. Et istam consuetudinem, seu statutum, quòd testis asserens super articulo, uera esse contenta in eo, non probet, nisi extensim dictum suum scribatur, commemorat uigere Romæ Bal. in d. l. fin. §. in refutatoriis. Et contrariam consuetudinem, quòd testis non extensè deponens, sed asserens contẽta in articulis uera esse; uel quòd alter testis deposuit uerum fore, uocat iniquam post Ioã. And. Tyndar. in d. tract. de testi. c. 10. sub n. 4. prout irrationabilis, & iniqnissima extat, & inductiua innumerabiliũ fraudum, & falsitatũ.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS deponens per dictionem, uel circa, seu, & plus, uel ultra, nihil probat, nec ei datur fides, tanquàm de incerto deponenti.*

2 *Testis dubiè, ac ambiguè respondens non probat, etiã in casu dotis, vel aliter fauorabili.*

3 *Testis alternatiuè deponens, si depositio sua tendat ad eundem effectum, probat.*

4 *Accusans aliquem, quòd eum percussit in collo, & probetur, quod percussit in facie, frustra agit, ex quo non potest sequi condemnatio ex tali accusatione.*

5 *Testis deponens aliquem percussisse Meuium cum ense cum puncta, & alterum per taglium, & non per punctam, non probant delictum tanquàm singulares.*

6 *Testis alternatiuè deponens, licèt regulariter non probet: tamen probaret, vbicunque qualibet pars alternatiuè concluderet, & fundaret intentionem producentis testes.*

7 *Testis deponens per dictionem vel, circa, seu, & plus, vel ultra, licèt nil probet: tamen probaret, si quis procuraret rescindere uenditionem tanquàm læsus vltra dimidiam iusti pretij: quia si res erat valoris mille, & uendita fuit pro quingentis: & testes deponunt, quòd mille, & vltra, seu plus tempore venditionis valebat, erit equidem probatus excessus vltra dimidiam: quia sufficeret excessus in vno nummo.*

8 *Testis deponens per dictionem circa, ualeret eius depositio, si de modica instantia temporis intelligeretur: & sic si in modico tempore dierum, vel saltem mensium dictum testis ita deponentis uerificari posset.*

9 *Testis deponẽs de tempore per dictionem, circa, nunquàm probat concludenter.*

## OPINIO DCCCCLXIII.

1 TESTIS deponens per dictionem, uel, circa, seu, & plus, vel ultra, nihil probat: nec sibi aliqua fides adhibetur tãquàm de incerto deponenti: secundùm communẽ assertionem Bart. & omnium Doct. in l. Celsus. *Cõis opin.* ff de vsucap. quã sequitur Panor. in c. tuæ ext. de despon. imp. Scrib. in c. licèt causam, ext. de proba. & ibi Fely. sub nu. 8. & Ias. in l. & si post tres, nu. 7. & 10. ff. si quis caue. ubi attestatur de dicta cõi opin. & eam latè declarat. & Ruinus cons. 36. nu. 6. vol. 4. & Balbus cum aliis signatis per eum, in repet. d. l. Celsus, quę reperitur, in fin. sui tract. de pręscrip. in 4. & ultima par. d. repet. nu. 14. ubi conatur saluare sententiam contrariam.

2 Et ista cõis ampliatur procedere ẽt in casibus fauorabilibus dotis, & similibus: & sic testis ambiguè, ac incertè deponẽs, ẽt in ipsis casibus non probat: secundùm Glo. in c. in præsentia, de probat. in uerb. Dubium, & Alexan. consilio 152. sub num. 1. uolu. 5. qui demonstrat communiter eandem Glos. ab omnibus Doct. approbari. *Cõis opin.*

3 Sed præmissa communis ita ampliata co harctaretur, vt non procederet indistinctè. Nam,licèt testes deponant alternatiuè, & sic incertè,& obliquè, tamen probant si eorum verba ad vnum effectum tenderēt: & ideò si accuso Sempronium,quòd interfecit Titium, & testes deponant alternatiuè, uidelicet quòd eum occidit cum gladio,uel clauo: tunc quia uterque intellectus concludit maleficium, habetur tale eorum dictum pro certa probatione: secundùm Alex. in l.inter stipulantem.§. 1.colum.fin.ff.de uerb.oblig. quem sequitur Ias.in l.dedi,colū.1. ff. de cond. causa non se.Fely.in c.ex parte,*el primo*,colum. 7. de rescrip.& Marsil.sing. 206.Incertitudo.

4 Sed aduerte, quòd si accuso aliquem, ꝙ percussit me in collo, & probetur, quòd percussit in facie:tunc vtique non potest sequi cōdemnatio: secundùm Bal. in l. item exigitur. ff.de dolo,& Ang.in l. is cui. ff. quemad. seru. amit.& in l.vulgaris.ff.de fur.

5 Et idem consuluit Oldr. cons. 57. & 213. Dicens,quòd si testis deponit, quòd quis aliquem percussit cum ense per punctam, & alter deponit,quòd per taglium,& non per punctam; quòd hoc casu non est probatum delictum, & testes sunt singulares. & idem tenet Ang cons.78.

6 Fallitque secundò antedicta communis, vbicunque qualibet pars alternatiuè concluderet,& fundaret intentionem producentis testes.l.quòd si dubitet.ff.de acquir.hæred. & c. tertio loco,& ibi Doct.de proba.& Ioan. And. Domin. de Sancto Gemin. & alij in c. 1. de pact.in 6.

7 Fallit etiam tertiò præmissa communis opinio,quod dictio,plus,uel ultra prolata à teste nihil operatur, non habere locum etiam vbicunque quis rescindere procuraret uenditionem,tanquàm læsus ultra dimidium iusti pretij,per remedium.l.2. C.de rescind. uend. quoniam si res erat valoris mille, & uendita extitit pro quingentis, & testes deponant, ꝙ mille, & ultra, seu plus tempore uenditionis ualebat; erit dubio procul probatus excessus ultra dimidiam,& sic erit locus. d.l. 2. remedio.quia sufficeret excessus etiam in uno nummo.secundùm Salyc.colum. pen. & omnes in d.l.2.Alex.colum.2.& Ias.col.3.& seq. in d. l. & si post tres,Fely.in c.pastoralis,sub num. 5. de rescrip.& Balbum in d.repet.l.Celsus,in 4.

Cōis opin. par.sub num.15.ubi recitat istam esse ueram, & communem opinionem.

8 Limitatur etiam quartò eadem communis, quando testis deponeret per dictionem circa: quia tunc valeret eius depositio, & de modica temporis instantia intelligeretur; & sic in modico tempore dierum,uel saltem mēsium dictum testis ita depouentis verificari posset: secundùm Ang.cons. 127.visis petitione,& responsione,Iac.Belui. in authē.de mau. princ. collat 1. Ant. Butr. in c.fin.per illum tex.de despon. imp.Alber.in l. 2 C. de veter. iur.enuclean Gui.de Cu.Ang. & reliquos omnes in d.l.& si post tres, & Sigismun. Loffredū cum aliis aggregatis per eum,consilio 27.numero 7. ubi affirmat istam esse communem opinionem. Cōis opin.

9 Sed aduerte, quòd ipse testis deponens de tempore per dictionem prædictam,circa,nunquàm diceretur probare concludenter: secundùm Alex.consil.149. vi o processu inter Michaelem Dominici. num. 17. uol.5. post Ant. Butr.ibi relatum per eum.

¶.Limitatur quoque per ipsum Balbum præcitata communis in tribus aliis casibus vbi supra.

## SVMMARIVM.

1 *PVPILLVS, vel impubes in causa ciuili non potest testificari, quia quicquid uidet, & audit ignorat: & eius testimonium est, sicut si cœcus testificaretur de coloribus.*

2 *Testis minor uiginti annis non admittitur in criminalibus, nisi quantum ad præsumptionem faciendam.*

3 *Pupillus quandoque facit indicium ad probandum dominum occisum à familia.*

4 *Pupillus factus maior, testimonium de ijs, quæ uidit in pupillari ætate, rectè perhibet, dummodò esset proximus pubertati.*

5 *Testis nisi sit annorum viginti non admittitur in criminalibus. quod etiam habet locum in ciuilibus, dūmodò causa sit magna, & ardua.*

## OPINIO DCCCCLXIV.

1 TESTIS esse non potest pupillus, seu impubes, nec ad testimonium aliquo pacto admittitur. c. in testimonium.4.q.3. l. 3.§. lex Iulia, & l. inuiti.ff. de testib & §.testes autem, inst. de testa.vbi Doct.not.Specul.in tit.de teste.§. 1.vers. Item excipitur, Alberic. de Maletis in tract.de testib.in 1.par.cap.5.num.19.& Nellus in tract. de testib. in uers.Impubes, num. 21. quia quicquid uidet, & quicquid audit, ignorat.l.fin. circa finem. ff. rem pupil.sal.fore,l.fin.ff de iuris,& facti ignoran.& l.1.ad fin. C.de fal.monet. Et quia similiter eius testimonium est in effectu, sicut si cœcus testificaretur de coloribus: vt dicit Bal.in l.testium, col. 2.vers.Redeo ad primum.C.de testi.

2 Sed hoc procedit in causa ciuili: nam in criminali,

minali, etiam pubes ante uiginti annos completos non admittitur. c. in testimonium. 4. q. 3. & l. testimonium. ff. de testi. iuncta l. præcedenti, & ibi Glo. nisi quantùm ad præsumptionem faciendam.

3 Pupillus tamen quandoque facit indiciū ad probandum dominum occisum à familia. l. 2. §. impuberes. ff. ad Syllania. & not. Specul. in d. §. 1. & Alberic. de Maletis in d. tract. de testib. in 1. par. sub num. 29.

4 Claudicatque secundo loco hoc non procedere etiam, quotiescunque pupillus esset factus maior: nam tunc absque dubio potest testificari de his, quæ uidit in pupillari ætate: vt per Glos. in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de uerb. sig. & in l. ad testium. §. 1. in uer. Contingerit. ff. de test. & in l. 4. §. lege Iul. in uer. Impubes, & ibi Alexan. ff. de testib. Specul. Ioan. And. & Bal. ibi in add. in d. §. 1. uer. Sed nunquid factus impubes, & Alberic. de Maletis, in d. tract. de testi. in 1. par. cap. 5. numero 21. & sequen.

¶ Et istud equidem procedit in his, quæ vidit dum esset proximus pubertati: secundùm Bar. in d. l. ad testium, & in memorato. §. instrumentorum, Glo. in §. sed neque, in uer. Impubes, instit. de testam. Are. in d. §. testes autem, Marsil. in l. 1. §. idem Numio, nu. 5. ff. de quęst. & Ferrarien. in pract. Papien. in for. l. belli iuramenti testium. §. protestante, num. 30. & seq.

Cōis opin. & hanc aiunt esse communem opinionem omnium Doct. Aret. in d. l. testium, & Dec. & Hierony. Chucalon ibi in add. in l. fœminę. §. item impuberes, circa fi. ff. de reg. iu. & Albe de Maletis in d. tract. de testib. c. 5. sub n. 21. & seq.

¶ Vbi limitat hoc minimè sortiri locum in crimine læsę maiestatis, in quo admittitur pupillus pro teste, & subiicitur etiam quęstionibus & tormentis si opus foret. l. de minore. ff de quæst. & uide latè per Fely. post alios, in c. cùm uobis, de præscrip. num. 9. & in c. fi. de sent. excommu. Et quis dicatur proximus pubertati, diximus latè in Opin. 674. lib. 2. Pubertati proximus. fol. 182.

5 Imo aduerte, quòd quemadmodum in criminalibus quis non admittitur in testem, nisi sit annorum uiginti. ita etiam in causis ciuilibus magnis, & arduis idem testis recipi non debet. l. propter litem. ff. de excus. tut. Bart. in l. admonendi, colum. antepen. ff. de iureiuran. Panor. in c. si quis testium, extra de testibus, & Bal. in l. parentes. C. eod.

## *SVMMARIVM.*

1 *TESTIS deponens de sua credulitate, vel quòd sibi ita uidetur, non probat.*

2 *Consuetudo, quòd testi deponenti de credulitate fides adhibeatur, non ualet.*

3 *Testis deponēs per uerbum, iudicio meo, non probat.*

4 *Testis dicens se pro certo credere, non probat etiam presumptiuè, nisi adyciat bonam rationem credulitatis.*

5 *Testis deponens per uerbum, ni fallor, probat, si redderet claram, bonamque causam scientię dicti sui, aliàs secus.*

6 *Testis depositio facta per credulitatem non probat, nisi sit iuncta aliqua pręsumptione, ac ratione inferente ita credi debere: quia ratio depositionis testis regulat ipsam depositionem.*

7 *Testis de credulitate deponēs, ꝓbat in factis antiqs.*

8 *Antiquum tempus, in materia probationis, & vt admittatur testis de auditu, vel de credulitate, & similibus, dicitur spatium excedens centum annos.*

9 *Memoria hominum non dicitur extare post lapsum centum annorum.*

10 *Testes maiores quadraginta quatuor annis requiruntur ad probandum centenariam, seu immemorialem; qui dicant uidisse tempore suo annis quadraginta, & audiuisse pro residuo temporis à maioribus, qui audiuerint ab alijs maioribus.*

11 *Testis ut probare de uisu valeat per quadraginta annos, necesse est, quòd habeat ad minus annos quadragintaquinque.*

12 *Testis deponens per uerbum credo, uidetur, & similia, probat, quando res esset difficilis probationis.*

## OPINIO DCCCCLXV.

1 TESTIS deponens de sua credulitate. uel quòd ci ita videtur, nullam fidem facit, nec probat aliquo modo: secundùm Gloss. Cyn. & omnes Legistas in l. testium. ff. de testi. Canonistas in c. quoties, ext. de testib. Bal. consil. 19. factum tale est, quidam Vannus Romæ decessit, num. 2. uol. 5. Specul. in tit. de teste. §. 1. ver. Item quòd deposuit de credulitate. Alex. cons. 70. colum. 3. vol. 2. & cons. 148. in causa appellationis, num. 8. vol. 5. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 392. viso longo processu, & depositionibus testium vtriusque partis, num. 14. uol. 2. Bertran. cons. 322. ex processu dudum cepto, num. 2. vol. 8. Alex. cons. 156. viso processu inter Appelloniam, num. 11. vol. 5. Afflict. decis. 381. quædam Hippolyta Manda, numer. 7. & Ioannem de Amicis cons. 77. num. 20. & cons. 102. num. 18. & ista est communis opinio, attestante Panor. in d. c. quoties, & Moder. ibi, & Curt. Iun. cons. 19. viso, ac diligenter consideratoque processu agitato nomine Illustrissimi Marchionis, sub nu. 12. & seq. Cōis opin.

2 Vbi concludit, quòd si extaret consuetudo in contrarium, quòd testibus deponentibus de credulitate fides adhiberetur, minimè ualeret, ac teneret. & firmat etiam Dec. cons. 37. in causa rigorosæ accusationis, num. 6.

3 Idem-

3 Idemque uidemus in teste deponente per uerbum, iudicio suo, quia non ualet eius testimonium: secundùm Bar. & alios in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbit. Bal. in l. de quibus, col. 25. ff. de legib. Ang & omnes in l. sciendum, colum. 2. ff. de uerb. oblig. & Alex. consil. 186. in causa, & lite, colum. pen. vol. 2. & consil. 119. viso processu, colum. 3. uol. 7 Dec. consil. 363. in causa quæ agitatur contra Antonium, num. 4 Io. de Amicis cons. 45. num. 15. Afflictum in mentionata decis. 381. sub num. 7. Grammat. consil. crim. 12. num. 13. & Bertrã. in d. cons. 322. sub num. 2. & seq. & istam exarauit communem opinionem Curt. Iun. cons. 165. præsupponitur in facto, nu. 17. & Io. Bap. Ferret. in d. cons. 392. sub nu. 14.

Cõis opin.

4 Et similirer testis deponens per uerbum, se pro certo credere, non probat etiam præsumptiuè, nisi adiiciat rationem credulitatis: secundum Bar. in l. siue possidetis, colum. pen. C. de probat. quem sequitur Alex. cons. 70. uo lu. 1. cons. 134. col. 2. & in d. cons. 119 & Curt. Iun. in d cons. 19. sub num. 12.

5 Idemque dicendum est in teste deponente per uerbum, nisi fallor: quia probat, si redderet claram, & bonam causam scientiæ sui dicti, aliàs secus: secundùm Bal. Cato. & alios in l. 1. ff. de iust & iure.

¶ Contrarium uerò tenuerũt aliqui Doct. relati per Riminal. in §. 1. instit. quib. alie. lic. vel non, num. 15. & seq. vbi distinguendo opiniones concordat post alios citatos per eum.

6 Interpretaturque ista communis conclusio ita explicita, non habere locum, quotiescũque huiusmodi depositio de credulitate esset iuncta ratione, uel aliqua præsumptione inferenti ita credi debere: vt quia testis in depositione sua super defensione alicuius inquisiti redderet causam scientiæ, quia uidit: tunc dictum testis probat. Ratio enim dicti testis reddentis bonam causam, & rationem scientiæ, regulat ipsum dictum. ita no. tenuit Iacob. de Aret. & Cyn. in d. l. testium. Bar. in d. §. si arbiter. Ioan. And. in add. Specul in tit. de teste. §. super, in uer. Item quod deponit de credulitate. Bal. in l. solam, col. 2. C. de testi. & Corn. consilio 162. num. 8. uol. 1. & alij relati per Iaffredum Lanfran. in decis. 7. Alex. in præcitatis cõ sil. Riminal. in d. §. 1. nu. 19. Hierony. Gabriel. consil. 159. co or, sub num. 25. vol. 1. & Iacob. Mandel. cons. 94. quia deducta per suprascriptum, num. 4 ubi affirmat istam esse communem opinionem: prout ista est uerissima, & cõmunis limitatio, ut per prædictas allegationes apertissimè constat.

Cõis opin.

7 Interpretatur similiter ista communis in factis antiquis, In quibus testis de credulitate, probat.

8 Et antiquum tunc dicitur in materia probationis, ad hoc vt admittatur testis de auditu, aut credulitate; aut uerba enũciatiua, aut fama publica & cætera huic generi similia; requiritũ tps excedens metã cẽtũ annorum: secundũ Inn. in c. uenicns, de ver. sig. Archi. Io. And. & alij omnes in c. 1. de iurepatron. lib. 6. Imol. in l. 2. §. idem Labeo, *il primo*. ff. de aqua plu. arcen. Archi. post Odof. in c. si plures 16. q. q. 7. Pau. Castren. cons. 139. uol. 1. & Alex. cons. 207. colum. pen. vol 2. & cons. 89 uol. 5. & hãc opinionem asseuerat esse communem Alex. & & Moder. in l. cùm aliquis. C. de iure delib. & ibi Ias. etiam, & in repet. l. admonendi, num. 209. ff. de iureiur. & cons. 81. colum. pen. lib. 1. consil. 24 col. pen. libro 3. & cons. 148. colum. fin. uol. 4. Corn. cons. 35. in fin. & cons. 329. co lum pen. lib. 2. Curt. Sen. cons. pen. col. fi. Dec. in c. 1. colum. 4. de appell. in cons. 13. col pen. cons. 42 col. 2. Curt. Iun. cons. 17. colum. 2. & cons. 90 colum. fi. Et licèt in hoc, uel circa hoc reperiantur duæ aliæ opiniones contrariæ Doct. quas omitto tanquàm frustratorias, & inutiles: tamen in iudicando, & consulendo difficilè, ac impossibile equidem foret obtinere contra dictam communem.

Cõis opin.

9 Et consequenter non dicitur memoriam hominum extare per lapsum centum annorum: ut firmant Cy. in l. 2 quæst 9. C. de seruit. Bal. in l. fin. C. de long. tẽp. præs. Capol. in trac. de seruit. urb. 119 & Floria. in l. seruitutes, col. 18. ff. de seruit.

10 Et ad talem probationem temporis immemorialis requiruntur testes maiores quadraginta annis, qui de visu deponant per tempus antedictum quadraginta annorum, & de auditu pro residuo temporis, ad notata per Spec. in §. 1. uer. Vltimo quæritur, & seq. & ibi Bal. in add. uers. Qualiter probetur, de proba. Bart. in l. 2. §. penult. ff. de aqua plu. arcen. Inno. & Hostien. in c. quid per nouale, de uerb. signific. Ioan. And. in c. 1. de præscrip. Moheda. decis. 352. & Ant. August. decis. 3 & decis. 173. Hier. de Monte Brixiano in tract. de finibus, cap. 77. num. 13. & Couarru. cum aliis aggregatis per eum, in reg. possessor malæfidei, lib. 6. in 2. par. 3. 3. sub num. 7.

11 Et sic ut testis possit probare de uisu per quadraginta annos, necesse est, quòd habeat ad minus annos quadraginta quinque: secundùm Caputaquens. decis. 282. lib. 1. Sed teste Bertran. consil. 167. addendo aliàs per me scripta, num. 3. & seq. uol. 3. secundæ partis, & Hierony. de Monte Brixiano, in d. tract. de finibus, cap. 77. in fin. opus est, quòd huiusmodi testes super centenaria deponentes debeant esse ad minus ætatis quinquaginta quatuor annorũ, vel saltim tanti temporis, ut deponere quæat, secundùm proprium sensum de usu aliquid actum, testemque extitisse per quadraginta annos. Cæterùm ipse semper uidi obseruari in practica prænotatam decis. Rotæ Romanæ, & sic

sic Caputaquens. 282. ut in tali teste sufficiat ætas quadragintaquinque annorum.

¶ Limitatur quoque prælibata communis in duobus aliis casibus per Marsil. in repet. rubric. C. de probat. num. 13. & seq. tanquàm utiles, ueros, & necessarios omninò uidebis. & in multis aliis casibus limitatur per Soc. in tract. fallent. in reg. 407. Testes de credulitate, & Riminal. in d. §. 1. num. 18. & per Lancillotum Conradum, in pract. seu tract. de decurionibus, libro 1. c. 9. §. 11. de officio prætoris, nu. 40. fol. 131.

12 Postremo interpretatur quoque præmemorata communis, vt testis deponens per uerbum, credo, uidetur, & similia, probet etiam, cùm res foret difficilis probationis. ita Bart. in l. 1. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & Hierony. Cabriellius, in d. consilio 159. numero 25.

## SVMMARIVM.

1 *TESTES non possunt examinari parte non citata ad uidendum eos iurare, maximè in criminalibus, aliàs non probant.*

2 *Testium examen factum absque legitima citatione, ad uidendum eos iurare, tanquàm nullum sustineri non potest.*

3 *Testes fisci recepti ad inquisitionem alicuius delinquentis, sunt necessariò repetendi, ac examinandi facta litis contestatione, & dato termino ad probandum in causa, & citata parte ad uidendum iurare ipsos testes, aliàs non probant.*

4 *Citari debet pars non solùm ad uidendum testes produci, & iurare, sed etiam ad illorum examinationem uidendum: cùm depositio, & examinatio magis præiudicare possit, quàm iuramentum.*

5 *Citari debet pars usura iuramenta testium productorum contra eam, non solùm in causis ordinarijs, sed etiam in summarijs, in quibus proceditur summariè, simpliciter, & de plano, & absque strepitu, figura iudicij, & omni prorsus tela iudiciaria remota.*

6 *Citatio ad uidendum deponere, iurare, & examinare testes, non debet esse trina, sed sufficit unica.*

7 *Citatio partis ad uidendum iurare testes non est necessaria, quando examinandi sunt testes omni exceptione maiores, & quorum dicto de necessitate esset standum.*

8 *Testes possunt recipi parte non citata, vbi statutum, vel lex non exigit plenam probationem.*

9 *Citata ubicunque non extat pars ad uidendum iurare testes, examen est nullum: sanatur illud tamen, si cum interrogatorijs sunt examinati, per commissionem.*

## OPINIO DCCCCLXVI.

1 TESTES nô possunt examinari parte nô citata ad uidendum eos iurare. tex. est expressus in c. in nomine Domini, de testi. c. in prim. 3. 11. q. 1. in l. iudices. C. de fide instr. & ibi Bald. Ang. Salyc. & Paul. Castren. & in l. fin. C. de testib. ubi omnes Doct. notant, & Octauianus Vestrius in sua pract. lib. 6. tit. de testibus, & eorum inductione, in prin. fol. par. 84.

2 Imò examen testium factum sine legitima citatione ad uidendum eos iurare, redditur etiam nullum, & penitus inualidum, nec sustineri potest modo aliquo: vt determinauit Rota Roma. sub die 29. Octobris 1565. attestante profundissimo, & Illustri D. Oradino præceptore meo in suis decisionibus, in decis. 6. ubi elegantissimè more suo recensuit aliqua exempla huic decisioni congrua, & opportuna.

¶ Necnon testium examen factum non facta citatione ad uidendum iurare testes, minimè ualet, etiam si citetur procurator, de cuius mandato in actis non constat esse insertum. prout ita concludit idem D. meus Oradinus satis affabrè, decis. 435.

3 Idemque uidemus in causis criminalibus: nam testes fisci recepti ad inquisitionem alicuius delinquentis, repetendi, ac examinandi sunt necessariò contestatione litis facta, ac termino dato ad probandum, & parte citata ad uidendum iuramenta ipsorum testium; aliàs non probant: secundùm Bart. in l. fin. in fin. ff. de quæst. Bal. in l. iubemus, colum. 3. C. de probat. Ang. in repet. l. si uacantia, col. 27. C. de bonis uacan. lib. 10. Ang. Aret. patrem practicæ in tract. malef. in uer. Fama publica, fol. 2. Saly. in l. fin. C. de quæst. Afflict. in constit. Humanitate, in 5. not. & latè Marsil. in d. l. 1. ff. de quæst. num. 7. & nobilissimum, atque peritissimum D. Follerium in sua pract. crim. in 3. par. 3. partis, in uer. Si confitebuntur, numero 40. cum seq.

4 Vbi hoc ampliat, & interpretatur, vt non solùm pars ipsa sit citanda ad uidendum testes produci, & iurare. c. 2. de probat. sed etiã ad illorum examinationem: cùm examinatio, & depositio magis possit præiudicare, quàm iuramẽtum. arg. l. de unoquoque. ff. de re iud. & ita obseruat communis practica.

5 Item hoc interpretatur etiam, vt procedat non solùm in illis causis ordinarijs, & in illis causis, in quibus proceditur summariè, simpliciter, & de plano, & absque strepitu, & figura iudicij; vt tunc quoque pars citari debeat

beat visura iuramenta testium producto-rum contra eam: secundùm Bart. in extrauag. ad reprimendum, super uer. Et figura iudicij, vers. Sed an parte præsente, & Bertran. consilio 167. pro defensione boni iuris, sub numero 2. uol. 6.

6 Sed huiusmodi citatio non debet esse peremptoria, & sic trina, sed vnica: vt per Bart. in l. si finita. §. Iulianus, colum. 4. ff. de dam. infec. Ioan. And. in c. consuluit, de offic. deleg. & in c. pastoralis, de except. quorum opinionem au-

Cõis opin. dacter affirmat esse communem post alios Dec. in d. c. in nomine Domini, num. 28. & sequen. quam communem inibi Dec. ampliat in 5. casibus, & in 8. aliis limitat, & sequitur etiam, & citat Octauianus Vestrius loco de quo supra.

7 Et quamuis pars sit citanda ad uidendum iurare testes, vt supra docuimus: tamen hoc fallit, nisi essent examinandi testes omni exceptiones maiores, & fide digni, quibus aliquid opponi non posset, & quorum dicto esset standum de necessitate: nam tali casu valebit eorum dictum, & iuramentum absque citatione partis. ita singulariter dixit Alex. cõs. 130. difficultas huius, circa medium, uol. 1. post alios relatos ibi per eum.

8 Et idem uidetur tenere Gemin. in c. 1. in §. sacri, colum. 3. de homic. in 6. ubi dicit, quòd vbi statutum, vel lex non exigit plenam probationẽ, sed contentatur solis argumentis, quòd tũc possunt recipi testes sine partis citatione.

¶ Fallit quoque in decem aliis casibus, quos ponit Soc. in tract. fallen. in reg. 406. Testium depositiones.

9 Et quanquàm examen nullum sit, ubicunque pars citata non extet ad uidendum iurare testes: nihilominus tamen illud indubitanter sanatur, si cum interrogatoriis forent examinati per commissionem. ita August. decis. 727. libro 3.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS tractans, & deponens de se liberando, ac exonerando non probat. Et sic recipiens pecuniam, vt illam Sempronio portaret, & postmodũ testificaretur contra Sempronium pro dante ipsam pecuniam, vtique non probaret, nec sibi fides adhiberetur, sed remaneret obligatus.*

2 *Baiulus, mulio, vel alius portitor, & solitus portare frumentum, vinum, & similia, facit fidem testificando, & deponendo contra alium, etiam quòd eius confessio tendat ad sui exonerationem.*

## OPINIO DCCCCLXVII.

1 TESTI deponenti pro sua exoneratione, & consequenter tractanti de se liberando de eo, quod recepit, sibi non creditur: secundùm doctrinã Bar. in l. deferre. §. idẽ decreuerunt. ff. de iure fisci, communiter receptum ab omnibus Scriben. ibi. per Fely. in c. personas, extr. de testib. & alios uariis in locis iuris nostri: ut attestantur Moder. apostillantes Bartol. in d. l. deferre. & huic sententiæ accedunt etiam Alex conf. 19. colum. 6. uol. 4. Raph. Fulgos. consil. 174. uol. 2. & Ioan. Cephal. cons. 170. num. 4 uol. 2. Et casus istius communis doctrinæ exemplificatur per eundem Bart. in eo qui recepit pecuniam, vt illam Mæuio portaret: quia si talis recipiens testificaretur contra Mæuium pro dante pecuniam, dicit Bartol. quòd talis non est testis idoneus, ea potissimum ratione: nam si ipse testis non tradidisset pecuniam Mæuio prædicto, ipse nõ esset liberatus, sed remaneret obligatus. quam communem sequitur etiam Ruinus cons. 105. num. 2. uol. 4. & Grammat. consil. criminali 35. Incomprehensibilis Dei suffragio, sub num. 32. & seq. Cõis opin.

2 Sed hoc non procedit quò ad illos, qui dicerent se portasse uinum, seu frumentum ab alio eis consignatum, quando soliti essent uiuere ex hac arte portitoris, aut baiuli: vt per Ferrarien. in sua pract. Papien. in forma oppositionis contra testes, post uer. Deinde quæro. Cur. in tract. de testib. conclus. 38. & Ioan. Cephal. cons. 171. num. 50. vol. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER tam de iure canonico, quàm ciuili non potest esse testis in testamento.*

2 *Mulier in codicillis potest esse testis.*

4 *Testes omni exceptione maiores requiruntur in codicillis. Et sic si in ipsis codicillis adhiberentur infra numerum quinque testium aliqui testes affines, & consanguinei hæredis instituti non admitterentur, ut suspecti ad probandum ipsum codicillum.*

5 *Testamentum ad pias causas valet, etiam si fœmina in eo esset testis adhibita. Sed hoc non procederet quando causa ageretur coram iudice seculari in terris Imperij.*

6 *Mulier est idonea testis ad probandum testamentum.*

7 *Mulier etiam non rogata potest esse testis in testamento inter liberos conditio, & probare testamentum ipsum.*

8 *Mulier non potest esse testis in testamento patris bastardum instituentis.*

9 *Testes in codicillis ipsos probant licèt, non fuerint in con-*

*conspectu codicillantis, dummodò probè intellexerint quid agebatur, licèt fuerit aliquod intermedium ita, quòd codicillantem non uidebant.*

10 *Mulier potest esse testis in testamento militis.*

11 *Testes esse possunt mulieres in causis matrimonij: & sic duæ ipsarum mulierum tantùm, probant matrimonium.*

12 *Testes debent esse omni exceptione maiores, vbi agitur de dirimendo matrimonium.*

13 *Testes requiruntur omni exceptione maiores etiam in celebratione matrimonij.*

14 *Testes debent esse omni exceptione maiores, & de necessitate concludere in probatione matrimonij clandestini.*

15 *Testes licèt idonei sint in causa matrimoniali, non sufficiunt, sed debent esse omni exceptione maiores.*

16 *Testes quando requiruntur omni exceptione maiores, illa qualitas debet articulari, & probari.*

## OPINIO DCCCCLXVIII.

1 TESTIS non potest esse mulier in testamento. tex. est in l. qui testamento. §. mulier, ubi Doct. ff. de testa. & in §. testes, insti. eodem tit. & per Bal. singulariter in l. nec scripturas. C. qui pot. in pign. habean. Io. de Ana. in c. tanta labes, extr. de simo. & consil. 17. numero 16. Gandin. in tract. malefi. in tit. de furtis, Afflict. in constit. mores dissolutè viuentium, num. 7. libr. 3. rubr. 53. & latè per Ruinũ cons. 192. num. 3. uol. 2. & est Glos. in d. §. mulier, in uer. Non poterit. quam omnes Scribentes sequuntur nemine discrepante, teste Bellono. cons. 14. num. 8. Cõis opin.

¶ Imò ampliatur hoc non solùm procedere de iure ciuili, verum etiam de iure Canonico: secundùm Glos. in c. forus, de uer. sig. circa fin. in uers. Testimonium, Federic. de Senis cons. 207. factum tale est, Roma. in auth. similiter. C. ad leg. Falc. Imo. in c. cùm esses, de test. & patet ex alijs allegatis, & congestis per Alexan. cons. 70. uel 177. viso themate, colum. 2. volu. 2. & ista est communis opinio: vt asserit idem Alex. cons. 84. uiso themate, circa fi. eod. lib. licèt Soc. in tract. fallen. in reg. 419. Testis mulier in testaméto, post Imol. in d. §. mulier, asseueret alteram opinionem contrariam esse communem, & Couarru. in d. c. cùm esses, numero 14. quamuis ibi primam sentẽtiam tueatur, & Clarus quoque cum alijs relatis per eum, in tract. de testamen. libr. 3. q. 55. versic. Sed quid. Cõis opin. Cõis opin.

2 Sed limitatur præfata communis conclusio non habere locum in codicillis, in quibus fœmina potest esse testis: secundùm Glos. in l. fin. quam ibi sequuntur Bar. Bal. Alber. Corn. Saly. Ias. Alex. colum. 6. & alij. C. de codicill. Bal. cons. 8. licèt, libr. 5. Abb. in d. c. forus, & Alex. cons. 218. aute omnia, colum. 2. uolu. 1. cons. 105. uiso, & diligenter, colum. 4. vol. 3. & acutissimus, eruditissimusque D. Thobias Nonius Perusinus, in instit. de testa. in §. testes autem, num. 17. ubi exprimit istam esse communem opinionem. Cõis opin.

3 Sed tamen animaduertẽdum est hìc periculosum esse septem fœminas interuenire in codicillis: quia solæ fœminæ sine ullo masculo, etiam in codicilis testes esse non possunt: vt pote quia Glos. in dicta. l. fin. de fœmina loquitur in numero singulari. & ita sensit Andreas Barbatius. in c. relatum, de testamentis, dicens hoc non esse vulgare, nec plebi tradendum. Sed hoc argumentum uidetur leue iudicio meo, tolliturque ex dictis eiusdem Barba. in d. c. relatum, colum. 2. vbi docet dispositionem conceptam numero singulari, etiam locum habere in pluribus. Proindè, sat est mulieres non reperiri prohibitas adhiberi testes: nec in codicillis eadem, quæ in testamentis solennitas requiritur: vt per Dec. in l. fœminæ, colum. 4. ff. de reg. iur.

4 Benè tamen uerum est, quòd in ipsis codicillis requiruntur testes omni exceptione maiores. d. l. fin. C. de codicil. vndè si in confectione codicilli adhiberentur infra numerũ quinque testium aliqui testes affines, & consanguinei hęredis instituti, utique non admitterentur ad probandum ipsum codicillum tanquàm suspecti: vt in terminis, & in notabili casu consuluit Ang. cons. 128. in facto proponitur, quòd Bella Floræ. & sic ibi Ang. concludit, quòd ex quo in codicillo adhibiti reperiebantur inter alios testes socer, & maritus hęredis instituti, ut codicillus corrueret: nec sufficerẽt ad probationem ipsius cęteri tres, vel quatuor testes codicillares.

¶ Imò aduerte etiam necessariò, quòd licèt fœmina in codicillis testis esse queat: tamen de necessitate requiritur tunc, vt ea literata quidem sit, vt in illis se subscribat, aliàs non probat. d. l. fin. C. de codicil. & ibi Bal.

5 Secundò limitatur etiam non procedere præallegata communis opinio in testamento ad pias causas condito: vt uoluit Pau. de Cast. cons. 161. Abb. & Doct. omnes in c. cùm esses, de testa. per illum text. Bal. in l. 1. in fi. in lect. & in repet. col. 20. C. de sacros. eccl. & latè Ruinus cons. 9. num. 7. & 15. vol. 3. & consil. 192. num. 7. uol. 2. & D. Thobias in loco superius citato, num. 3. & ista est communis opinio, teste Bellono in cons. 14. nume. 8. & Moder. in d. c. cùm esses, & Couarruuias cum aliis compluribus signatis per eum in d. c. relatum, in primo, num. 5. & Tiraquel. in tract. de priuilegiis piæ causæ, priuil. 5. vbi col. 2. ostendit etiam istam communẽ in practica seruari. Quam limitat non procedere Ang. cons. 233. punctus est, quędam Cõis opin.

quædam Domina Margarita' ſanæ mente, colum.1. & fin. uerſ. Tunc deſcendo ad dictum Bartoli, quando cauſa ageretur coram iudico ſeculari in terris Imperij.

6 Tertiò limitatur, ut mulier dicatur idonea teſtis ad probādum teſtamentū: vt latè p Albe. in d.l. qui teſtamēto.§.mulier, ubi diſputat hanc quęſtio. eam ad partes examinando.

7 Quartò limitatur, vt mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito, & per conſequens poteſt probare teſtamentum inter liberos, etiam non rogata: vt habetur per Doct.in l.fi.C.de codicil. & in l. hac cōſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta. Bal. in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſtam.Barthol.Cæpol.in c.1.de cogni. feud. in 11. concor.in uſib. feud.& per Tiraquel.in d.tract. de priuilegiis piæ cauſæ,priuil. 5. poſt principiū, & declarat Bal.Ang.& Imol.in l.quoties.§. 1. de hæred.inſtit.& Ruinus conſ.73.num.6.uolu. 2. & ſequitur quoque opinionem iſtorum Lanfran.in c.quoniam contra,de prob.in uer. Teſtes,num.80.& Soci.in d.regul.419.in 1.fallent.& Thobias in loco præcitato,num.3. ubi ampliat concluſionem iſtam in quatuor caſi-
Cōis bus;& communem eſſe ait Clarus in tract. de
opin. teſtamen.libro 3.q.8.ver. Secundò infertur.

8 Sublimitaturque iſthæc limitatio in teſtamento patris baſtardum inſtituentis: quia tunc mulier in teſtem adhiberi non poteſt: ſecundùm Bal.in auth.quod ſine,colum.2.C.de teſta.& in l.qui teſtamento.§.mulier.ff. de teſta.circa fin.cuius opinionem ſequitur,& latè declarat Mātua in ſuis apophtheg. apop. 74.

9 Et aduerte hic, quòd codicilli non exigūt, vt teſtes ſint in conſpectu teſtatoris, vel codicillantis; undè ſi teſtes probè intelligebant quod agebatur, licèt eſſet aliquid intermedium, ita quòd codicillantem ipſum non uidebant, codicilli adhuc ualerent: vt in ſpecie firmant Alex.nu.7.& Iaſ.num. 8. in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam.& Matheſ.ſing.123.

10 Poſtremò limitatur, ut in teſtamento militis mulier ipſa teſtis eſſe poſsit: ſecundùm
Cōis communem opinionem, quam citat Bauer.in
opin. §.planè.num.5.inſtit.de teſtam. milit.

11 Claudicat etiam eadem communis, vt fœminæ in cauſis matrimonij ſimiliter teſtes eſſe queant,& ſic duæ mulieres ſolummodò probant matrimonium.c.ſuper eo, il 2. de teſtib. vbi Glo.Inno.Abb.Antiquus,Tancred.Ioan. Andr.Bal.num.4.Aeg.Bel.Ant.Butr.num. 4. Zabar.num.4.Imol.num.2. Abb. Panorm. in 2.notab. & ſeq. & cæteri omnes conformiter.
Cōis quamuis & malè Paul.Merenda poſt Alex. ſen
opin. ſerit,affirmaueritque contrarium,conſ.86.numero 47 poſito inter conſilia matrimonialia, lib.1.uidelicet,quòd mulieres in cauſa matrimoniali non admittantur in teſtes.

¶ Quæ quidem communis intantùm ſortitur locum, ut teſtes vtriuſque ſexus idonei ſimiliter ſint in cauſa matrimoniali, tam ſi agatur de ipſo matrimonio coniugando, quam etiam dirimendo.ita Cæſar Lambert.in trac. de iure patronat.in 2.pat.lib.2.12. art.10. q. princ.num.3.

12 Sed ubicunque ageretur ad dirimendum matrimonium, tunc profectò teſtes debent eſſe graues,& omni exceptione maiores.Caputaquenſ.deciſ.171.lib.1.

13 Imò teſtes ipſi omni exceptione maiores non ſolùm in ſeparatione matrimonij requiruntur, ſed in eius celebratione,& probatione etiam.teſte Nicol.Grauat.conſil.82.num.23. poſito inter conſilia matrimonialia, libro 1.& Ioan.Ant.Rub.conſ.73.num.12.poſito in eo. uol.1.conſiliorum matrimonialium, ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opi- Cōis
nionem. opin.

14 Itidemque teſtes in probatione matrimonij clandeſtini, debent eſſe etiam omni exceptione maiores,& de neceſsitate concludere. vt uoluit Caputaquenſ.deciſ.171.lib.1.& deciſ.119.lib.2.Miſ.deciſ.49.ſeu 94.Card.Put.deciſ.393.& oculatiſsimus D. Oradinus præceptor meus,deciſ.63.& deciſ.318.

15 Necnon teſtes idonei non ſufficerent in cauſa matrimoniali, niſi forēt omni exceptione maiores: ut per Fely.in rub.in 4.notab. numero 15. de ſponſal. ubi hoc ponit pro regula,& firmat per not. per Doct. per illum text. in c.in literis,de teſtib.& in c.1.de conſangui. & affinit.

16 Imò denique aduerte, quòd teſtes vbicūque omni exceptione maiores requiruntur, illa qualitas debet de neceſsitate articulari,& probari, aliàs non probant: ſecùndùm Bar. in l.1.§.ſi quis neget, colum.fin.ff. quemadmod. teſtam.aperian.& Grat. cum aliis aggregatis per eum conſ.75.num.24. poſito in d.volu.1. conſiliorum matrimonialium, ubi in medium Cōis
exponit iſtam eſſe communem opinionem. opin.

*SVMMARIVM.*

1 *INFAMES infamia facti non poſſunt eſſe teſtes in criminali, mixto, ciuilique graui negocio, uel in cauſa ingratitudinis, & matrimonij.*

2 *Teſtis vnicus infamis infamia facti non facit indicium ad torturam.*

3 *Teſti unico peſſimi eſt exempli credere, cùm ad vnius teſtimonium nullus condemnari debeat.*

4 *Infames, & viles perſonæ non probant ullo modo, ſi ſine tormentis, & quæſtionibus deponerent.*

## OPINIO DCCCCLXIX.

1 TESTES esse non possunt infames infamia facti, & sic omninò à testimonio repelluntur in causa criminali: secundum Doct. omnes uariis in locis iuris nostri, Soci. Iun. cons. 31. numero 26. volu. 2. Afflic. in constit. mores dissolutè uiuentium, sub numero 5. libr. 3. rub. 53. Deci. in c. licèt causam, numero 73. cum duobus aliis sequen. de probat & in c. at si clerici, num. 213. de iudiciis, Hieronymum Gigantem in tract. de crimine læsę maiestatis, in rubr. quomodò, & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæst. 3. num. 1. lib. 2. Ant. de Canario in tract. de quæst. & tormentis in 4. membro, sub num. 12. Fely. in c. testimonium, num. 12. de testib. & Alberi. de Ros. in tract. de testibus, in §. consequenter, numero 7. & sequen. ubi perhibet istam esse communem opinionem in negocio criminali, mixto, uel ciuili graui, in causa ingratitudinis, & in causa matrimoniali, de quibus per Soc. in regul. 415. & seq. & per Iacobin. de Sancto Georgio in l. testium. §. lege Iulia, colum. fin. de testib. & pariter asserunt nil probare. Cōis opin.

2 Imò ista communis opinio ampliatur intantùm procedere, vt ipse infamis infamia facti non solùm excludatur à testimonio in causa criminali quò ad sententiam in ea ferendam, sed etiam in ipsis causis capitalibus testis esse non posset, ne ad hoc quidem, vt ob eius testimonium reus quęstioni subiiciatur: secundùm Bart. & omnes alios, presertimque Ias. in l. 1. C. de Summa Trin. & fid. cathol. & Grauet. cum aliis aggregatis per eum, consil. 2. num. 2. Alex. cons. 11. num. 9. & seq. uol. 1. & Ludo. Bologninum in add. Guidonis de Suza. in tract. de indiciis, & tortura, sub num. 91. & Hieronymum Gigantem in d. q. 3. nu. 3.

¶ In contrariam uerò sententiam inhumaniter, intolerabiliter, crudeliter, & friuolè quidem, quòd unicus testis infamis infamia facti faciat indicium ad torturam, inclinarunt Bal. Salyc. & Fulgos. in l. 1. C. de Summa Trin. & fide cath. & Bar. in l. 1. ff. de quęst.

3 Et quòd opinio hęc Bal. & sequacium inhumana sit, & insipida, probatur facilè ex hoc, quòd testi unico pessimi est exempli credere, ex authoritate Quinti Scæuolæ, referente Valerio Maximo lib. 4. c. 1. & ut scribitur Numeri, Ad unius testimonium nullus condemnabitur. sed in ciuilibus admittuntur, vt copiosè docuimus infra in Opinione 990. Testis est idoneus infamis.

4 Est benè uerum, quòd eis diminuitur de fide, ut si uiles personę sint, etiam eis fides nō adhibeatur absque tormentis: secundùm Bar. in l. cunctos populos. C. de Summa Trinit. numero 12. Abb. in c. testimonium, numero 6. de testib. & Ias. in l. prętor. ..cogentur, num. 7. ff. de eden. testes ipsos de facto non fore omni exceptione maiores.

*SVMMARIVM.*

1 *MERETRIX, lena, tabernaria, leno, & similes repelluntur á testimonio in causis criminalibus.*

2 *Concubina, seu amasia non admittitur ad testificandum in causa sui amasij.*

## OPINIO DCCCCLXX.

1 TESTES esse non possunt meretrices, lenę, tabernariæ, lenones, & similes in causis criminalibus: secundùm Glos. in l. 3. in uer. Lege Iulia. ff. de testib. Innoc. in c. cum p. Manconella. de accusat. Card. Alexand. in c. tanta, de simon. Afflic. in constit. Mores dissolutè uiuentium, num. 9. libr. 3. rubric. 53. Marsil. in pract. crim. in §. diligenter, num. 139. & Ias. in l. cunctos populos, in 2. lectura, numero 54. C. de Summa Trin. vbi meminit istam esse communem opinionem, & ita consuluit Alexan. consilio 11. volum. 1. & Franciscus de Placentia consilio 84. num. 8. posito inter consilia crim. diuersorum collecta per Ioannem Baptistam Zilettum in 1. uolumine. huic sententię inhæret quoque Guido Papæ in sing. 819. Meretrix, Bonifacius in tractatu de maleficiis in rubr. de testibus, & qui repelluntur à testimonio, num. 33. Dec. in c. licèt. causam, numero 74. de probat. Lancillottus Conradus, in pract. seu tract. de decurionibus, libro 1. c. 9. de prætore. §. secundo. numero 17. Cōis opin.

2 Similiterque concubina, uel amasia causa sui amasij minimè ad testificandum admittitur: vt voluerunt Bald. & Salyc. in l. etiam, in fin. C. de testibus, & Bald. in c. in literis, de testibus, & Bonifacius in d. tract. de maleficiis in rubric. de testibus, & qui repelluntur à testimonio, num. 33. licèt, & malè Ang. senserit contrarium, in l. 2. §. si uir. ff. ad Sylla.

*SVMMARIVM.*

1 *INFAMIS infamia canonica, dicitur existens in peccato mortali.*

2 *Testi in peccato mortali existenti fides non adhibetur, seu de eius fide aliquid detrahitur, pœnitentia non subsecuta.*

3 *Infidelis Deo non præsumitur fidelis hominibus, & fidele deponere testimonium.*

4 *Peccatum excęcat intellectum practicum, non autem speculatiuum: et sic peccator uocatur cœcus.*
5 *Peccator nocentior est, quàm bestia: & consequenter homo iniustus deterior est bestia ipsa decies millies.*
6 *Peccatum unum solummodò continet in se plura alia peccata.*
7 *Testem non repellit à testificando quodlibet peccatum.*
8 *Testem non repellit à testimonio peccatum mortale, saltem transitorium, & nu. 9.*
9 *Testis, qui non sumpsit Eucharistiam potest ab ecclesia arceri, non tamen dicitur excommunicatus: & propterea non repellitur à testimonio, licèt concludatur contrarium, nu. 13.*
10 *Peccatum, quod pœnitentia non deletur, suo pondere ad aliud trahitur.*
11 *Peccatorem diabolus catena detinet ligatum, tanquàm captiuum, & seruum.*
12 *Peccatores differentes conuersionem, & pœnitentiam uidentur constituti in maximo animę discrimine, cùm de centum millibus eorum, unus vix diuinam indulgentiam obtinet.*
13 *Testes non confessi, nec communicati, non probant.*
14 *Papa potest dispensare, quòd constitutus in peccato mortali non repellatur à testimonio.*

## OPINIO DCCCCLXXI.

1 *Testis* EXISTENS in peccato mortali dicitur infamis. c. constituimus. 3. q. 5. id est infamia canonica. c. illi qui. 6. q. 1.

2 Ideò ratione infamiæ quis non admittitur in testem, nisi pœnituerit: secundùm Glos. & Bart. in l. 3. §. lex Iulia. ff. de testib. Spec. in tit. de teste. §. 1. uers. Item excipitur. Archid. & Innoc. in c. testimonium, de testib. & Alber. in tract. de testib. in 1. par. fol. 4. ubi aduertit istam esse magis uetam, magisque communem opinionem, quòd in peccato mortali existens, pœnitentia aliter non subsecuta, ei fides adhibēda non sit, uel saltim de eius fide aliquid detrahendum veniat. & eandem communem allegat etiam, & sequitur consulendo Bertrā. cons. 176. contra Ioannem, num. 3. cum aliis seq. vol. 3. 2. partis. *Cōis opin.*

3 Quæ quidem communis facilè comprobari posset hac ratione: quia infidelis Deo, nō præsumitur modo aliquo fidelis hominibus, nec fidele deponere testimonium. c. non potest. 2. q. 7. & notat Grammat. cons. crim. 38. numero 6.

4 Secundò roboratur etiam eadem communis. Nam peccatum excœcat intellectum, scilicet practicum (secundùm illud dictum Philosophi: Omnis ignorans malus est) non autem speculatiuum: perdit enim lumen gratiæ, quo indiget intellectus; lumen quoque illud rationis, de quo dicitur in Psalmo 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Et si non totaliter perdat, ualdè tamē obscuratur, quia contra hoc lumen rationis agit peccādo; quoniam uitius naturæ consentanea est. ut in medium reseruauit Tullius: ita uitium est naturæ contrarium. Vndè & peccatores in Scripturis vocantur cœci, & in tenebris ambulare, cor habere obcœcatum, & obscuratū. Dixit enim Apostolus Romanorum 1. Obscuratum est insipiens cor eorum. Et Sapientiæ cap. 2. Excęcauit illos malitia eorum. Et Dauid Psalmo 81. de peccatoribus testatur: Nescierunt, neque intellexerunt, & in tenebris ambulant. Et Chrysostomus homelia decimaseptima in Genesim. Nihil peccato peius, ipsum enim, vt introierit, non solùm confusione totos nos replet, sed etiam insipientes facit eos, qui antea intellectu, & sapientia multa præditi fuerant. Imò Salomon Prouerbiorum cap. 4. meminit, quòd via impiorum tenebrosa, nesciunt itaque ubi currunt. Et Sophonias primo cap. ait: Ambulabunt ut cœci: quia Domino peccauerunt. Patet equidem exemplo in Adam, quòd ante peccatum habuit tantam sapientiam intellectus, ut nomina imponeret animantibus omnibus, post peccatum autem deuenit in tantam cœcitatem, vt putaret se posse abscondi à facie Domini: vt scriptū est Genesis tertio. Ergò cœcus est peccator, stāte quòd peccatum obcœcat mentem, & obfuscat intellectum. Imò homo peccator peior est bellua: quia ratione culpæ sibi imputatur ad peccatum, nam sine ratione uiuit, quod nō est in bestia: quoniam uiuere sine ratione bestiis à natura inest, sed homini procedit ex culpa.

5 Nec non nocentior peccator est, quàm bestia, propter dolum, quem habet homo, quem bestiæ non habent. Et hinc Philosophus septimo Ethicorum asserit, quòd homo iniustus est deterior bestia decies millies: plura enim mala faciet homo malus, quàm bestia.

6 Imò denique in uno peccato, in quo reperiatur testis, multa alia etiam peccata notari possunt. Vbicunque enim quis mortaliter peccat, committit homicidium occidendo animam suam; committit furtum, quia se subtrahit à Deo; patrat etiam adulterium, quia à Deo recedens cum diabolo fornicatur; committit periurium, quia fidem promissam in baptismo non seruat: secundùm Glo. post Augu. in c. cùm humilitatis. 22. q. 2.

7 Sed aduerte, quòd non omne peccatum repellit testem, & potissimùm ubicunque testis assereret se esse inimicum partis, ut euitaret onus testimonij, & mendacium cōmitteret,

ret, licèt tunc peccet mortaliter.c.ne quis. 22.q.2.non tamen repellitur à testificando. text.est singularis,secundùm Abb. in c. inquisitionis,de accusat.

8 In contrariam uerò partem,quòd peccatum mortale non repellat testem à testimonio,inclinarunt Ant.Butr.Panor. & cæteri magis communiter in d.c.testimonium, & Alber.in d.l.3.§.lex Iulia.

Cõis opin.

9 Quorum sententia tueri posset hac ratione: nam testis ipse, qui non sumpsit eucharistiã,licèt possit ab ecclesia arceri. iuxta c.omnis utriusque sexus,de pœnit. tamẽ non est aliter excommunicatus, ut ibi tradit Panor.in 4.nota. & propterea non repellitur à testimonio,p c. uenieus,il 1. de testi.

¶ Ideò aliàs allegabam in discussione causarum,illud interrogatorium, an testis sumpserit eucharistiam, parùm aut nihil releuare, nisi fortè, quia minueret de fide ipsius testis,cùm ob hoc non penitus, & omnino repelleretur.Vnde uæ nobis (vt utar uerbis Spec.in d.§. 1. in tit. de teste) si quodlibet peccatum mortale faceret, produceret que hunc effectum:nam pauci, imò rarissimi darentur testes,adeò quòd facultas probandi per eos quasi periret.

¶ Et ideò Doct.in d.c.testimonium, meritò primam opinionem intelligunt procedere in peccato mortali continuato, at in transitorio secus.& ita etiam refert,& sequitur Steph. Aufrer.in tract. de testium reprobatione,colum. 19. uers. Peccatum mortale,nu.79.Zabar.in c.testimoniũ,de testib.& Gram.cõs.crim.38.n.5.&seq.& cõs.58.n.2.

10 Et isthæc interpretatio sustineri posset hac ratione. Nam testatur Gregorius libro uigesimoquinto motalium, capite duodecimo,quòd omne peccatum, quod tamen citius pœnitendo non tegitur, aut peccatum est,& pœna peccati:peccatum itaque,quod pœnitentia non diluit,ipso suo põdere mox ad aliud trahit.

11 Et hoc idem uidetur asserere Augustinus libro octauo confessionum capite quinto,ita scribens : Cui rei ego suspirabam ligatus,non ferro alieno, sed mea ferrea uolũtate.velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinserat me. equidem ex uoluntate peruersa,facta est libido,& dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum cõsuetudini non resistitur, facta est necessitas. quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis,undè catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus.& post nonnulla, frustrà condelectabar legi tuæ secundùm interiorem hominẽ, cùm lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meę,& captiuum duceret in lege peccati,quæ in membris meis erat. Lex enim peccati, est uiolentia consuetudinis, qua trahitur,& tenetur etiam inuitus animus eo merito,quo in eam volens illabitur.

12 Et hinc terribiliter intonabat Hieronymus. quòd uix de centum millibus hominibus, quorum mala fuit uita, in morte diuinam indulgentiam obtinebit unus. & hoc idem refert Ioan.Tabiensis in sua Summa Tabiena, in uer.Pœnitentia,sub §.16.Sed ubicunque peccatum esset transitorium, & sic peccator per pœnitentiam rediret ad gratiam, tunc nempè nãcisc itur,acquiritque merita amissa: pœnitentia enim omnia perdita, & collapsa reintegrat,atque restaurat.Nam diuinitatis natura clemens est, & pia, & magis ad indulgentiam, quàm ad uindictam prona:& eo ipso,quòd peccator post lapsum peccatorum ad ueram pœnitentiam se conuertit,citò à misericorde iudice ueniam impetrabit.c.quia diuinitatis, de pœnit.dist.1.

13 Et licèt isthæc interpretatio ita illustrara uera equidem sit:tamen indistinctè,vbicunque testes non confessi, nec communicati extent congruo paschali tempore.iuxta formam d.c. omnis, non probant modo aliquo.ita Peregri.decis.335.lib.3. Rui.cõs. 106.in hac lite,nu.6.uol.5.& Rolã. à Valle cons.24.in causa præsentis processus,n.73. & sequen.uol.1.

14 Benè tamen uerum est,quòd Papa posset facere,ac dispensare, vt cõstitutus in peccato mortali,nõ repellatur à testimonio: vt cõcedit Spec.in d.§.1.de teste,argum.c.cũ I,& A,de re ind.& per Fely.in d.c. inquisitionis.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES deponentes Titiũ possedisse decẽ annis,nullamque mentionem facientes de terminatã de quibus,non probant prę scriptionẽ, nisi deponant de eodẽmet tpe,& iisdẽmet annis.*

## OPINIO DCCCCLXXII.

1 TESTES deponentes Titiũ possedisse decẽ annis, nullamq; mentionẽ faciẽtes determinatam de quibus, non probant præscriptionẽ; nisi deponant de eodẽmet tẽpore, & de iisdemmet annis:Vndè allegans ipsam præscriptionem, ad fundandũ eius intentionem, articulare, atq; probare debet,ꝗ decem annis possedit inchoatis tali die,& completis tali tempore,aliter testes deponendo, quòd possidere uiderunt decẽ annis ipsum Titium, nec specificent, ac ostenderent de quibus annis, absque dubio nihil probaret:quia ignoratur an voluerint depouere de iisdẽ annis,an de aliis:secũdùm

Bart.in l.Celsus.ff. de usucapion. num. 27. & 29 cui inhęrent Bald. in l. fin. colum. 7. C. de edic. Diui Adr. tollen. Atet. instit. de vsucap. in princ Bald & Ang. in l. super longi, in fi. C. de præscript. long. temp. Alexan. consilio 51. circa fin. & consilio 72. colum. 1. uol. 1. & copiosè Balbus cum aliis relatis per eum, in repet. posita, in fin. sui tractatus de præscript. d. l. Celsus, quæst. 6. num. 18. cum aliis sequen.
Cõis ubi deducit istam esse communem opinio-
opin. nem, & Lanfrancus quoque, in c. quoniam cõtra, de probat. in c. 8. de testibus, nv. 94.

*SVMMARIVM.*

1 *MVTILATI membris, seu corpore vitiati non possunt esse testes, testificarique in criminalibus negocijs contra clericos, si patiantur uitium impediẽs clericatum.*

2 *Digito carens, dummodò non sit pollex, uel index, ad sacros ordines promoueri potest.*

OPINIO DCCCCLXXIII.

1 TESTIFICARI in criminalibus negociis contra clericum non potest, qui tale vitium corporis patiatur, quòd à promotione, & sacerdotio repellat: & sic mutilati mẽbris, seu corpore, testes aduersus clericos non admittuntur: secundùm Abb. antiquum, Fely. Deci. cæterosque in c. 1. de except. & omnes in c. ipsi Apostoli, ubi à Gratiano Fabiani decretum adducitur. 2. q. 7. Scripsit enim Fabianus Papa epistola. 2. ad Episcopos Orientales, non fore testem idoneum in criminali causa contra sacerdotem eum, qui clericus non sit, nec clericus esse posit. & opinionem istorum sequitur quoque Bal. in sua Margarita, in ver. Mutilati. & Marsil. in pract. crim.
Cõis §. nunc uidendum, num. 52. & communem es-
opin. se scribunt Fely. & Dec. in d. c. 1.

2 Sed aduerte, quòd uitiatus membris, seu corpore, non diceretur digito carens, dummodò non sit pollex, uel index. Vndè digito ipso carens, modò non sit pollex, vel index, ad sacros ordines promoueri potest. c. qui partem, & c. lator. 55. distin. & c. fin. de corpor. uitiat. & notat Petr. Rebuf. in tit. de dispensat. cum corpor. vitiat. num. 13.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS vnus etiam præclaræ authoritatis, & dignitatis existens, non probat regulariter.*

2 *Prima tonsura probatur sufficienter dicto unius testis, vbi de alterius præiudicio non agatur.*

3 *Prima tonsura, ubi agitur de iurisdictione in clericum exercenda, debet plenè per scripturam, vel per duos testes probari.*

4 *Clericatus, & prima tonsura regulariter probari debent literis, & scripturis, non autem per testes, nisi allegar. tur scripturas, & literas deperditas esse.*

5 *Clericatus, & tonsura licèt probari possint literis facientibus mentionem de ipsa ordinatione clericali, hoc tamen non procedit in bulla, ac literis Pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam. Nam clericatus non probatur ex eo, quod Pontifex beneficium conferendo in suà bulla nominet ipsum clericum.*

OPINIO DCCCCLXXIV.

1 TESTIMONIVM unius testis regulariter non est admittendum. c. ueniens, & c. in omni negocio, de testib. & l. vbi numerus. ff. de testibus. Et unus testis minimè ꝓbat, etiam quod sit præclaræ authoritatis, & digni tatis. c. ego solis. 9. distin. Glos. in c. sicut, de senten. excommun. cuius meminerunt Abb. in c. in ecclesiis, de maior. & obedien. Fely. in c. post cessionem, colum. 4. de probat. & notat
Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. nu- Cõis
mero 189. Abb. & omnes in c. constitutus, de opin.
appellationibus, & Corasius in miscellaneis iuris ciuilis, libro 3. c 7. numero 1. & sequen. & ponit pro regula cum aliquibus fallentiis Soc. in tractatu fallen. in regul. 423. Testi vni.

2 Hoc uerò limitatur non procedere in probanda prima tonsura: nam prima tonsura probari potest unius testis testimonio, ubi de alterius præiudicio non agatur: secundùm Bald. & Fely. in c. licèt uniuersis, de testib. Ias. in dicta. l. admonendi, numero 198. Marsil. in l. 1. §. idem Cornelio, nume. 4. post medium. ff. de quæst. & Vrsillum in additione Afflicti in decis. 274. numero 5. & sequen. Gerardum sing. 49. Nota reg.

3 Secus autem esset ubi tractaretur de iurisdictione iudicis declinanda ex causa clericatus: uel esset quæstio, & lis super beneficio; seu esset controuersia inter iudicem ecclesiasticum, & secularem super iurisdictione in clericum exercenda: tunc quippè planè per scripturam, vel per duos testes probari oportet: secundùm Bald. Alber. post Cynum in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleric. & ita hoc limitant, interpretantur, & declarant etiam Afflict. in coustitutione Neapolitana, tit. 3.

tit. 3. num. 12. Rebuffus in pract. benefi. tit. de forma literarum tonsuræ, num. 24. & Rota Roma. attestante doctissimo, & Illustri D. Oradi no præceptore meo in suis aureis decisionibus, deci. 14. ubi refert, sub die 26. Nouembris 1565. ita extitisse decisum in ipsa Rota, uidelicet clericatum probari per testes examinatos ad perpetuam rei memoriam.

4 Et aduerte hic, quòd regulariter clericatus, ac tonsura probari debet literis, & scripturis: vt per tex. ubi Iacob. Butrig. in d. l. si qua per calumniam. & tradit Fely. & omnes in d. c. cessionem, Rebuffus in d. tit. de forma literarum tonsuræ, num. 22. & Grammat. decis. 81. num. 1. & 4. Cæterùm ubi apponitur, & allegatur scripturam fuisse amissam, & perditã; hoc casu potest probari per testes. l. testium. C. de testib. l. si solennibus. C. de fide instr. Glo. cõmuniter recepta ab omnibus in c. si iudex laicus, in uer. Fecerit, de senten. excom. in 6. & notat Guido Papæ. q. 474. & Rebuffus in d. tit. de forma literarum tonsuræ, nu. 23. Cõis opin.

5 Et licèt tonsura, ac clericatus probari possit literis facientibus mentionem de ordinatione ipsa clericali; nihilominus hoc non procedit in bulla, ac literis Pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam. Nam clericatus non probatur ex eo, quòd Pontifex beneficium conferendo in sua bulla nominet ipsum clericum: secundùm Io. And in c. non licèt, de reg. iur. in mercu. Calder. & Ant. de Butr. in d. c. post cessionem, Pauor. in c. dudum, col. 2. de præsump. Afflict. loco de quo supra, Anchara. & Fran. in d. c. si iudex, & Grammat. d. decis. 81. nu. 3. & seq. post alios cumulatos per eum, ubi scribit ista in esse communem opinionem. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MVTVS, & surdus testificari possunt, dumtamen audiant, & scribere sciant. quod procedit in causis ciuilibus, non autem in criminalibus.*

2 *Mutus à natura, uel ex accidenti, scribere sciens, potest testari, & codicillari, mentem suam in scriptis aperiendo.*

3 *Testari, & testificari, sunt regulariter conuertibilia.*

## OPINIO DCCCCLXXV.

1 TESTIMONIVM dicere potest mutus sciens scribere: secundùm Glo. in c. testes per quamcunque scripturam, in uer. Quæ nouerunt, & uiderunt, post principium. 3. quæst. 9. Specul. in tit. de teste. §. nunc tractandum, uers. Quid de muto. Bonifac. in tract. malefic. in rubr. de testibus, & qui repelluntur à testimonio, num. 57. fol. paruo 47. & ista est communis opinio, teste Præposit. in c. cùm apud, de sponsalib. & Ripa in l. 1. num. 34. & 37. ff. de uerborum oblig. & eam sequitur Marsil. in l. de minore. §. plurium quoque, num. 8. ff. de quæst. cũ aliis relatis per eũ. Et diximus, licèt in alio proposito, in Opinione 949. numero 2. fol. 72. libro 3. Testis non potest tradere in scriptis. Et licèt Faber, & Thobias Nonius, sub num. 9 in §. testes. instit. de testamẽ. asserant contrarium in muto ex accedenti; nihilominus inibi Ozerius, numero 19. cum aliis sequen. sequendo communem prædictam tollit omnia contraria obstacula, & declarat, limitatque procedere solummodò in ciuilibus causis, non autem criminalibus. Cõis opin.

2 Imo ipse mutus à natura, vel ex accidenti, si sit peritus literarum, potest etiam testari, & codicillari, suam uoluntatem in scriptis aperiendo tex. est in l discretis C. qui testamẽ. facere poss. & ibi notant Paul. Castren. Rapha. Corn & alij.

3 Cùm hæc duo, scilicet testari, & testificari, sint regulariter conuertibilia. l. cùm lege. ff. de testam.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER spiritualis non repellitur à testimonio in causa filij sui spiritualis.*

2 *Pater spiritualis, licèt testis esse possit in causa filij sui spiritualis: tamen non foret testis idoneus, & omni exceptione maior, vt ei plena fides adhibeatur: et ideò quanta fides ipsi testi sit adhibenda relinquitur arbitrio iudicis.*

3 *Filius spiritualis an possit esse testis pro patre spirituali, remissiuè.*

4 *Baiulinus quandiu nutrit, testis esse non potest, postea uerò eius testimonium admittitur. Et sic testimonio nutritoris, & nutricis pro eorum alumno credendum non est dum illum domi nutrit, sed postquàm illum eorum parentibus reddiderint, essent idonei testes.*

5 *Nutrix licèt regulariter testis esse non possit pro alumno suo, tamen super ætate ipsius alumni testis esse potest, & probat.*

## OPINIO DCCCCLXXVI.

1 TESTIS non est idoneus pater spiritualis in causa filij sui spiritualis: secundùm Bal. & Alex. cosũ. 2. in l. generaliter. ff. de in ius uocan. Fulgos. in l. 5. §. præterea, eod. tit. Salyc. in l. testis idoneus. ff. de testib.

Franc. in c. 1. colum. 3. de cogna. ſpir. libr. 6. Io. Bapt. Ferrettum conſ. 346. pro aſſerto matrimonio vt dicitur contracto, num. 2. uolum. 2. Affliƈt. in conſtit. Ncap. exordiente, mores diſſolutè uiuentium, uer. 30. & Bertran. conſilio 178. num. 13. uol. 2.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, ꝙ pater ſpiritualis non repellatur à teſtimonio, inclinauerunt Bar. conſil 92. in quæſtione uertente inter dominum Simonem, colum. 3. Bal. & Salyc. reuocando ſententiam in melius, in l. parentes. C. de teſtib. Io. Ana. in c. cùm dilectus, colum. fin de accuſat. Alber. de Maletis in tract. de teſtib. in 1. par. primæ par. colum. 8. Franc. Aret. in c. cùm oporteat, colum. 4. de accuſat. Roma Alexan. ſibi contrarius, Soc. & Iaſon. in d. l. generaliter, Cor. conſilio 61. uiſa copia proceſſus, colum. 3. uol. 3. Ioan. Plat. in §. teſtes, inſtit. de teſta. Alex. conſ. 42. colum. fin. cõſil. 125. ſub num. 4. uol. 4. & conſil. 186. col. 2. volum. 7. Fely. in c. cùm nuntius, colum. 1. de teſtibus. Cæpol. cauſarum ciuilium conſ. 5. colum. 1. Iaſ. in l. cùm apertiſsimi, col. 2. C. de iudic. & in §. pœnales, inſtit. de act. Saly. & Flo. in d. l. teſtis idoneus, Aufret. in tract. de reprobationibus teſtium, in litera P. uer. Pater ſpiritualis. Orian. in repet. c. quoniam contra, in materia teſtium, de probat. Bertrã. ſibi contrarius conſ. 300. circa fin. vol. 2. & conſil. 32. ſub num. 2. uol. 3. & conſi. 152. libellus, quem obtuliſſe, & produxiſſe legitur, num. 8. uol. 8. Benedic. in c. Raynutius, in uer. Et uxorem nomine Adelaſiam, num. 767. de teſta. Cotta in memorali, in uer. Commater, poſt princ. & Ruinus conſ. 81. num. 19. vol. 3. & iſtorum opinionem non me latet eſſe magis ueram, magiſq; communem: vt atteſtatur illam pariter ſequẽdo Alex. de Neuo, conſ. 20. nu. 7. *Cõis opin.*

2 Et aduerte, quòd licèt pater ſpiritualis, ſecundùm dictam communem ſententiam, repellendus non eſſet à teſtimonio ferendo; tamen eius fides non foret vſquequaque integra: ſecundum Fulgoſ. conſ. 11. Emphyteutæ, Alex. conſilio 237. col. fin. uolu. 6. Bertach. in ſuo repertorio, in uer. Compater, uerſ. 14. Deci. dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis, in c. cùm ſpeciali, colum. 2. de appel. Alciat. in l. 1. in prin. C. de in ius vocan. aſſerendo iſtum teſtem non fore omni exceptione maiorem, & Ripam in l. admonendi, num. 181. ff. de iureiu. & hoc ueriſsimum exiſtimo, & ſemper obſeruaui in cauſis ciuilibus, & criminalibus, & ſæpiſsimè obſeruari uidi in actu practico.

3 Sed quid econtra, an filius ſpiritualis pro patre ſpirituali poſsit eſſe teſtis, vide Fely. declarantem in d. c. cùm nuntius, in uer. Et in quantum.

4 Item baiolinus non poteſt eſſe teſtis quãdiu nutrit, poſteà uerò eius teſtimonium admittitur: ſecundùm Bal. & Saly. in l. parentes. C. de teſti. & Lanfran. in d. c. quoniam, in uer. Teſtes, num. 61. ubi ait iſtam eſſe communem opinionem. Et ſic teſtimonio nutritoris, & nutricis pro eorum alumno credendum non eſt, dum illum domi educant, ſed poſtquàm illũ eorum parentibus educatum reddiderint, eſſent idonei teſtes. *Cõis opin.*

5 Cæterùm nutrix ſuper ætate alumni teſtis eſſe poteſt, atque probar etiam, aſsignando potiſsimum cauſam hanc ſcientiæ, ſcio, quia nutriui: vt concedit Bartol. in l. de tutela. ff. de in integ. reſtit.

*SVMMARIVM.*

1 *EXCOMMVNICATVS repellitur á teſtimonio regulariter.*

2 *Excommunicatus, & ſocius criminis teſtis eſſe poteſt in inquirenda hęreſi.*

3 *Excommunicatus abſolutus ab excommunicationis nexu, poteſt eſſe teſtis poſt abſolutionem impetratam.*

4 *Teſtem eſſe excommunicatum, uel infamem opponens, non facit retardare eius examinationem, ſed hæc exceptio reſeruatur in fine iudicij, niſi pars cã vellet incontinenti probare.*

## OPINIO DCCCCLXXVII.

1 TESTIS eſſe non poteſt excommunicatus, & ſic à teſtimonio repellitur. c. ueniens, *il ſecondo*, de teſti. & c. decernimus, de ſenten. excommu. in 6. & tenent omnes Doct. in c. intelleximus, de iudic. & in c. teſtimonium, de teeſti. Affliƈt. in conſtit. Mores diſſolutè uiuentium, ſub num. 5. lib. 3. rubr. 53. & Ruinus conſil. 7. num. 15. uol. 5. & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes, num. 76. ubi ait iſtam opinionem eſſe indubitatam, & communem. *Cõis opin.*

2 Sed ca claudicat non procedere in crimine hæreſis: quia tunc teſtes excommunicati, & criminis ſocij admittuntur in inquirenda hæreſi. c. in fidei, de hęret. in 6. cum declaratione ibi tradita, & per Ioan. Franciſcum Ponzinibium, in tract. de lamiis, num. 84. concl. 21.

3 Fallit etiam prędicta communis non habere locum, vbicunque excommunicatus eſſer abſolutus: tunc enim poſt abſolutionem impetratam à dicta excommunicatione, poteſt eſſe teſtis: ſecundùm Dec. in d. c. teſtimonium. & iſtam admonet eſſe communem opinionem Lanfran. in d. c. quoniam, in uer. Teſtes, numero 76. *Cõis opin.*

4 Sed ſi opponeretur, teſtem productum

per

per partem esse excommunicatum, vel infamem: ob hoc igitur non retardaretur eius excommunicatio, uerùm exceptio hæc reseruanda esset in fine iudicij: secundùm Specul. in tit. de testib. §. 1. uers. Quid ergò si præmissa dei-ciens, ubi hoc ipse limitat, nisi pars obijciens exceptionem huiusmodi vellet incontinenti eam probare, quia est audiendus, si habet probationes in promptu: secundùm plura citata ibi per eum. Ideò optimè pro cautela tradit Excellens D. Follerius in pract. crim. in fragmentis, tit. de excommunicatis, numero 228. circa fin. dictæ pract. quòd si testes allegati fuerint excommunicati in iudicio, absolui debeant. & hæc omnia posuimus, etiam supra in Opinio. 260. Excommunicatus non potest esse testis. lib. 1. fol. 251.

*SVMMARIVM.*

1 *INIMICVS contra inimicum suum testis esse non potest.*

2 *Inimicus etiam reconciliatus repellitur à testimonio contra inimicum suum, si reconciliatio nuper contingerit,*

3 *Inimicus contra inimicum suum testis non admittitur ullo modo, etiam in crimine hæresis, simoniæ, lesæ maiestatis, & aliorum enormissimorum delictorum.*

4 *Inimicus non capitalis contra inimicum suum admittitur testis, quamuis minus ei credatur.*

5 *Testis ob non capitalem, & grauem inimicitiam non debet indistinctè repelli, sed relinquitur arbitrio iudicis, qui secundùm inimicitiam deductam, & probatam, arbitrari posset testem ipsum esse, uel non esse repellendum.*

6 *Inimicus capitalis quis dicatur, & quibus modis probetur capitalis inimicitia, remissiuè.*

7 *Inimicitia capitalis uel dicitur, & oritur, vbicunque lis est super omnibus bonis, uel super maiori parte.*

8 *Inimicitia capitalis contrahitur etiam ex uerbalibus iniurijs.*

9 *Inimicitia capitalis præsumitur ex minis de occidendo: & sic minæ probant inimicitiam ipsam.*

10 *Inimici etiam quòd plures extent recepti contra suum inimicum minimè facerent indicium ad torturam.*

11 *Inimicus capitalis etiam cum tortura non potest esse testis in ca[illegible] criminali contra inimicum suum.*

12 *Inimico testi minimè creditur, etiam si essemus in causis difficilis probationis.*

13 *Inimicus repellitur à testimonio: quod habet locum non solum in capitalibus inimicis, sed etiam in suspecti[illegible] capitali inimicitia.*

14 *Inimicus dicitur, etiam quando constat de offensa facta contra aliquem, licèt offensus ignoret offensam ipsam sibi illatam fore.*

15 *Testis inimicus, etiam quòd non constet de inimicitia, dummodò constet de causis inimicitiæ, etiam per solum eiusdem testis dictum repellitur.*

16 *Testis inimicus in extremis laborans, etiam Christi corpore suscepto, examinari non potest ad æternam rei memoriam contra suum inimicum.*

OPINIO DCCCCLXXVIII.

1 TESTIS esse non potest inimicus contra inimicum suum. l. 3. & ibi Bar. Alex. & cæteri. ff. de testi. l. 1. §. quæstionum. ff. de quæst. §. si uerò dicat odiosum, auth. de testi. & ibi not. & in auth. si dicatur, in fi. C. de testi. Iacob. Nouellus in pract. crim. in forma inquisitionis contra producentes falsitates, num. 25. Bertran. in tract. de reprob. testium, in uer. Ermaphroditus, num. 60. Ferratien. in sua pract. Papiensis, in forma iuramenti testium. §. Protestante, num. 11. & seq. Melchior de Facinis de Padua cons. 82. num. 4. & seq. vol. 1. posito inter consil. criminalia diuersorum collecta per Ioan. Bapt. Ziletum, Marsil. in l. 1. §. præterea, numero 1. cum aliis seq. ff. de quæst. Ioã. Anto. de Nigris, in capitulis Regni, in c. 250. Vulgaris famæ proloquium, num. 27. & Ripa in c. 1. de iudic. num. 14. ubi scribit istam esse communem opinionem. Quæ equidem comprobari posset ista ratione. Nam inimicus statim, quòd deponit, præsumitur ob inimicitiam deponere: secund. Bart. in l. 1. C. si propter inimic. creat. lib. 10. *Cõis opin.*

2 Et hoc adeò uerùm est, atque procedit, quòd inimicus etiam reconciliatus à testimonio repellitur contra inimicum: & sic suspitio inimicitiæ non tollitur per reconciliationem, quoties ea nuper contingerit: quoniam non statim post reconciliationem est idoneus testis, qui paulò ante erat inimicus, ideò expectandum est, vt amicitia sit longo tempore cõfirmata, & obliuioni tradita omnia inimicitiarum uestigia. tex. est, & ibi Glo. in c. accusatores. 3. q. 5. in uer. Inimicitias, Anan. colum. 3. & Fely. colum. fi. in c. per tuas, de simonia, Roma sing. 319. Anania. conf. 17. colum. 2. uol. 1. & ibi Bologninus in add. Innoc. col. fin. Abb. colum. 2, Anania, colum. 3. & Fely. num. 4. in c. cùm oporteat, de accusat. Ias. in l. apertissimi, colum 2. de iudic. Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. in 2. actu de appellatione, numero 64 fol par. 169. Marsil. in d. §. præterea, num. 4. Grauet. consil. 9 num. 6 & cons. 73 numero 13. Iacob. Nouellus in tract. ad defensam, in rubr an indicia pro reo danda sint, incip. Solet communi sententia dici, num. 43. & seq. & complures alij signati per Tiraquell. in tract.

tract. de causa cessante, in 2. par. limit. 16. numero 7. ex quibus constat istam communem opinionem fore. Cõis opin.

3 Ampliantur quoque præmissa, quòd in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, hęresis, blasphemiæ, aliorumque enormissimorum delictorum inimicus ad testificandum minimè admittitur: vt voluerunt Specul. in tit. de accusat. §. 1. Bart. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iuliam maiest. Bal. in l. in his. §. 1. in fin. ff. solu. mat. Roma. in l. si uerò. §. de uiro, colum. 21. eod. tit. Alex. consil. 127. in fin. uol. 4. Abb. in c. inquisitionis §. terrio, de accusat Grauet. in d. consi. 9. sub num. 6. Marsil. consilio 12. cor mundum, num 12. Grammat. consil. crim. 15. conditoris macchinę, col. fin. & Marcus Ant. Blancus in pract. crim. in rub. incipien. postquàm uidimus quę indicia sunt ciuilia, numero 19. & Ioã. Ant. de Nigris in d. c. 260. Vulgaris famæ proloquium, num. 30. & hoc per tex. in d. c. per tuas, quem communiter omnes citant pro singulari. teste Marsil. in d. §. præterea sub num. 1. licèt ibi ipse alleget alterum text. similem, in c. cùm p. ext. de accus. & sic ex allegatis authoritatibus facilè constat istorum opinionem communem esse. Cõis opin.

4 Sed aduerte, quòd præmissa iura disponentia inimicum recipi non posse in testem, ueniunt intelligenda procedere in inimico capitali, non autem in inimico non capitali: nam istę inimicus admittitur, quamuis minus fidei sibi adhibeatur: secundùm Innocent. in d. c. cum oporteat, & Cyn. Bal Alber. & cæteros, in d. auth. si dicatur, vbi Saly. allegat rationē. quoniam pro leui inimicitia de facili quis inētiti non censeretur, quemadmodum pro grau. & istorum opinioni inhærent Afflict. in constit. motes dissolutè uiuentium, sub num. 1. libro 3. rubr. 53. Alberi. de Rosa. in tract. de testibus in princ. sub num. 18. & Bertran. in d. tract. de reprobationibus testium, num. 60. in quibus quidem locis eam exprimunt communem fore. Cõis opin.

5 Vndè testis ob non capitalem, & grauem inimicitiam non debet indistinctè repelli, cæterùm relinqueretur iudicis arbitrio, qui secundùm inimicitiam uerificatam, & alia arbitrari posset testem ipsum esse, uel non esse repellendum: vt uoluerunt Glos. & Doct. in d. c. cùm oporteat, & Bertran. cons. 152. libellus, quem obtulisse, & produxisse legitur, sub nu. 9. uol. 8. ubi ostendit illam esse magis communem opinionem. Cõis opin.

6 Et quis dicatur inimicus capitalis, & quibus modis probetur capitalis inimicitia, uide Canonistas declarantes, decidentesque in d. c. cum oporteat, Bart. & Bal. in d. auth. si dicatur, Ant. Butr. in c. ueniens, il 2. de sponsa. I e-ly. in c. quoties, colum. 3. de testib. Alber. in l. pen. in princ. ff. sol. mat. Anchar. consil. 246. colum. 2. Alex. cons. 99. vol. 1. Corn. cons. 101. colum. 4. uol. 2. Ioan. de Amicis cons. 119. numero 10. Mantuam cons. 27. num. 31. uolu. 1. Soci. Iun. cons. 73. num. 14. uol. 2. Paris. consil. 58. num. 73. uolum. 4. Grammat. consil. crim. 46. num. 5. Parid. de Puteo, in tract. syndic. in uers. Suspitio, Ant. Rosel. in tract. de testi. col. 3. & Crotum, in tract. de testi. num. 97. & Marsil. in d. §. præterea, nu. 7. cum aliis seq.

7 Et sic, secundum omnes memoratos Doctores, inimicitia capitalis, vel quasi dicitur, ac oritur, vbicunque lis, & quæstio esset super omnibus bonis uel maiori parte bonorum; & tūc testimonium talis testis penitus repelleretur: & concurrunt etiam cum hac opinione Rom. in l. 2. §. hoc rescriptum. ff. ad S. C. Sylla. Ana. consilio 59. colum. 2. Rola. Curt. inter Calcanei consilia, consil. 64. Grauet. consil. 75. numero 11. Alex. de Neuo cons. 20. in causa Dominæ Catherinæ, sub num. 1. & seq. & Berttā. cons. 126. pro defensione innocentiæ honorabilis uiri, num. 3. & sequen. uolu. 7. qui dicunt communem esse, & utiliter ampliant. Cõis opin.

8 Imo inimicitia capitalis, atque grauis nō solū ñ à percussionibus, sed etiā à uerbis plerunque ortum habet, & consequenter inimicitia capitalis contrahitur etiam ex uerbalibus iniuriis: secundùm Bal. in c. ueniens, in fi. de iureiur. & habetur in l. licèt. ff. de arbi. Marsil. etiam firmat cons. 3. sæpè, num. 12. cōs. 20. maturè, num. 28. & Ias. in l. procuratoribus, in fin. C. de procur.

9 Vnde etiam minæ probant capitalem inimicitiam: secundùm Bal. in d. l. licèt, & Marcum Mantuam cons. 325. nisi, num. 9. vol. 1. & Cardinalem Albanum in lucubratio. in Bart. in l. testium, nu. 9. ff. de testib.

10 Et isti inimici capitales, etiam si plures essent, qui deponerent contra inimicum eorum de uisu in causis capitalibus, minimè facerent sufficiens indicium ad torturam, stante repulsa legitimè facta contra ipsos testes ex capite inimicitiæ capitalis: vt firmat Io. Ant. de Nigris cum cæteris illustribus Doct. aggregatis per eū in d. c. 260. Vulgatis famæ proloquiū, num. 39. cum omnibus aliis seq. vbi respōdet contrariis, & concordat opiniones.

11 Imo detectus inimicitiæ minimè purgatur per torturam: vt determinat Grauet. consilio 6. plura, nume. 55. & sic inimicus capitalis etiam cum tortura nō potest esse testis in causa criminali: secundùm Inno. in c. cū p. Manconella, de accusatio.

12 Imo testi inimico minimè crederetur etiā si essemus in causis difficilis probationis: vt voluit Grammat. cons. crim. 45. num. 19. & cons. 58. num. 10.

13 Ideò redeundo, undè per longas digressiones non decuit recedere, amplio etiam memoratam opinionem in principio positam, quòd non

non solùm uendicat sibi locum in capitalibus inimicis sed etiam in suspectis de capitali inimicitia:& sic hoc uerum est, siue quis ostendat se inimicum expressè, siue tacitè, id est qui odium gerat in mente: secundùm Innoc in d c. cùm p. Manconella, de accusat. Bald. in auth, si uerò dicatur, de testibus, Melchiorem de Facinis in d cons. 82. num 7 Roma. in rub. ff. de arbitr. colum. 12. & Bald. in Marg. in uer. Testis, col. 15. & in l. prescriptione. C. si contra ius, vel util. pub. Alex. cons. 99. in causa inquisitionis formatę, num. 2. vol. 1 Ias. in l. fororem, C. de his quib ut indi. & consil. 167. col. 5. uol. 4. & Marsil. in l. 1. §. pręterea, numero 3. ff. de quæst.

14 Item ampliatur quoque eadem opinio, quòd idem operetur in recipiendis testibus inimicitia præsumpta, quod operatur inimicitia uera; & consequenter inimicus dicitur, etiam si offensus ignoret offensam, vt etiam tunc repellatur à testimonio: secundùm Bart. in l. 1. in fin. ff. de his quib. ut indig. Innocē. in c. cùm I. & A. in fin. de re iud. Bal. in d. l. prescriptione, colum. antepen. & cons. 316. pręsupposito statuto. colum. 1. uol. 4 Roma. in d. rubr. ff. de arbit. Abb. in c. cùm oporteat, & in c. repellantur, de accusa. Vincen. de Paleotis consilio 127. in fin. posito inter consilia Alex. in 4. uol. & Marsil. consil. 31. bonorum omnium largitor, num. 18. & in sing. 178. Inimicus repellitur à testimonio.

15 Amplificatur quoque postremò præmemorata opinio, vt testis inimicus, etiam quòd non constet de inimicitia, dummodò appareat de causa inimicitię, etiam per solam eiusdem testis depositionem, similiter repellatur à testificando. ita refert decis. 35. lib. 2. & Vincent. Paleot. in d. cons. 127. num. 19. inter consil. Alex. vol. 4.

¶ Et tunc ad inimicitiam contrahendam non attenditur an iusta causa, vel iniusta præcesserit: sed an habuit mouere animum alterius ad odium. c. meminimus. c. repellantur, & c. non est crudelis. 23. q. 5. ubi iudex quandoque inimicitiam incurrit ex administratione iustitiæ.

16 Imò deniq; testis inimicus in extremis laborans, etiam Christi corpore suscepto per eū, examinari nequit contra suum inimicum ad perpetuam rei memoriam, & examinatus nō probat. ita Bal. in tit. de pace constan. §. uasalli, col. 2. uers. Extra quero, & Andr. de Iser. in constit. si damna clandestina. Et sic regulariter testi in mortis articulo constituto nulla fides admodum præstatur: secundùm Bal. in loco pręcitato, Bertran. cons. 137. viso processu causæ inquisitionalis, numero 9. in 1. par. uol. 2. & consil. 15. & ratio scribendi, num. 5. in 1. pat. volu. 3. & Grammat. consil. crim. vltimo, sub numero 3.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES deponentes, Titium violenter cognouisse mulierem, probant: & ex tali depositione, & attestatione posset damnari, & puniri ipse Titius: quia dictio violenter magis actiuè, quàm passiuè accipi potest.*

OPINIO DCCCCLXXIX.

1 TESTES deponētes, Titium cognouisse uiolenter mulierem, non probāt: & sic si formata foret inquisitio contra ipsum Titium, & deponeretur uiolenter cognouisse mulierem: tunc quippè ex huiusmodi assertione puniri non posset, ex quo illa uerba violenter accipi possunt actiuè, & passiuè: vt voluit Bar. in l. filiusfamiliàs. de testa. in l. 2. in fin ff. de duobus reis promit. & stipu. in l si ita scriptum. ff de ma. testa. in l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. ad leg. Iul. de adult. Abb. in c. dudum, *il secondo*, de elec. Alex. in l 1. colum. 2. ff. de acquir. poss. Ioan. Bap Ferrettus cons 375. pro resolutione motiui ad me transmissi de patria, uol. 2. sub num. 3. & Fely. in c. auditis, colum. pen. de præscrip

¶ In contrariam uerò partem videlicet, quod mediante tali depositione damnari possit ipse Titius, & deueniri ad eius condemnationem, inclinarunt Ang. in l. 2. per illum tex. C. de ui bonorum rapt. Imol. Cuma. & Aret. in d. l. 2. §. fin. de duobus reis, Ias. in l. non hoc. C. unde cognati, Marcus Mantua in c. in pręsentia, sub numero 20 de probat. & sic magis communis opinio apparet contra Bar. eni respondetur: quia rarò contingit, id quod experientia rerum magistra docet, vt mulier uiolenter virum cognoscat, & ob id hoc non est considerandum, ac uerba uiolenter magis debent intelligi actiuè, quàm passiuè, tam ob uerisimilitudinem, quàm ex ordine scripturę. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER potest esse testis in causis criminalibus de iure ciuili.*

2 *Mulier in criminali causa propter eius grauitatem testificari non potest de iure canonico.*

3 *Mulier etiam de iure canonico in criminalibus testis esse potest, vbicunque veritas aliter haberi non posset: quia mulieres in subsidium etiam in criminalibus in testes recipiuntur.*

4 *Mulieres licèt probent in criminalibus: tamen non dicuntur testes omni exceptione maiores.*

OPI-

## OPINIO DCCCCLXXX.

1 TESTES idonea potest esse mulier de iure ciuili in causis criminalibus: secū dùm Spec. in tit. de teste, uer. Quid si mulier. §. 1. Alex. consil. 99. sub nu. 4. libro 1. cons. 24. num. 2. vol. 2. consil. 115. uiso themate suprascripto, & attestationibus testium, num. 14. uolu. 4. & cons. 11. num. 6. vol. 1. ubi attestatur esse com munem opinionem, Grammat. cons. crim. 12. num. 16. & seq. & Iacobus Nouel. in sua pract. crim. in rubr. incip. crimina obiecta, num. 46. & seq. & præstantissimus iuris interpres Perusinus, D. Thobias Nonius, insti. de testa. in §. testes autem, num. 18. & Rolan. à Valle cons. 7. in causa Antonini Brunelli, sub num. 1. vol. 1. vbi adiicit etiam cum aliis relatis per eum in practica seruari.

*Cōis opin.*

2 Contrarium uerò reperitur cautum de iure Canonico, uidelicet, quòd mulier in causa criminali propter eius grauitatem testificari non possit. tex. est in c. forus. §. testes, extr. de verb. sig. ubi Glos. in uers. Fœminas, & in c. mulierem. 23. q. 5. ubi etiam Glos. & idem tenet Glos. in c. ex eo. 25. q. 3. & 9. Flor. in l. ex eo. ff. de testi. Ioan. de Platea, & Ang. Aret. in §. testes autem, instit. de testa. Alex. cons. 19. nu. 1. vol. 1. Bertran. cons. 189. num. 2. uol. 1. Maranta in tract. iudiciorum, in 4. parte princ. numero 29. cum aliis abundè traditis per Marsil. in cons. 22. cons. 18. colum. antepen. num. 34. cōsil. 59. colum. fin. cons. 101. colum. 1. & cons. 130. num. 34. Abb. & alij in c. quoniam, de testi. ubi aiunt istam esse communem opinionem, & Deci. in l. fœminæ, num. 33. ff. de reg. iur. & ita consuluit Alex. cons. 11. circa primū, sub num. 6. libro 1. & Oldr. cons. 145.

*Cōis opin.*

3 Sed interpretatur isthæc conclusio communis de iure Canonico, non habere locum, quando in delicto commisso non adfuerunt nisi mulieres, vtputà Titius fuit interfectus in præsentia duarum mulierum, nec interfuerūt alij testes: tunc exploratum est, ex quo aliter ueritas haberi non potest, præfatum homicidium posse probari per mulieres: quia in subsidium, etiam in causa criminali mulieres in testes recipiuntur: secundùm Io. And. post Guid. de Suza in add. Specul. in tit. de teste. §. 1. uers. Item quòd mulieres. Abb. in c. fin. per illum tex. extr. de testib. cog. & in c. quoniam, ubi. & alij Doct. de testib. & Alberi. in l. in testimonium. ff. de testib. Alex. consil. 64. uiso themate, in princ. lib. 1. cons. 102. circa fin. uol. 7. Deci. consil. 163. colum. 2. Marsil. consilio 5. consil. 102. & cons. 127. colum. 2. & in l. Diuus, numero 9. ff. de quæst. in l. infans, num. 43. ff. ad legem Cornel. de Sicar. & in l. de minore, nu. 25. ff. de quęst. Dec. in d. l. fœminę, num. 34. circa medium, Alciat. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 47. & Io. Nicolai, in add. ibi, Grammat. consil. crim. 45. num. 20. & Curtius, in l. admonendi, num. 104. ff. de iureiur. ubi hanc limitationem latè, & abundè declarat, & Deci. in loco superius citato.

4 Interpretatur etiam eadem communis sententia de iure canonico: vt quamuis eodē iure, iure repellantur mulieres in negocio criminali, non tamen sic repelluntur, vt eis nihilominus fides adhiberi debeat, sed ut non sint testes omni exceptione maiores: vt voluit Bertran. cons. 161. etiam si uerum esset, sub numero 5. vol. 6. & Rolan. in d. cons. 7. sub numero 12. 14. & seq.

### *SUMMARIUM.*

1 *FRATER est idoneus testis in causa fratris, dummodò non sint in potestate eiusdem patris, uel non habitent simul.*

2 *Frater pro fratre non potest esse testis in causa ciuili ardua, & graui.*

3 *Frater pro fratre non est testis idoneus in criminalibus.*

4 *Frater pro fratre accusatore ad intentionem eius fundandam non admittitur, nec recipitur vllo modo in testem.*

5 *Frater est idoneus testis pro fratre inquisito ad sui defensionem, & ad probandum suam innocentiam, vbicunque de alterius praiudicio non ageretur, sed de mera defensione ipsius fratris: & tunc fiscus conqueri non debet, si huiusmodi testimonium ei noceat: quia pœnę non inrogatæ indignatio solam duritiam continet.*

6 *Frater religiosus, uel laicus frater deuotę, & religiosa vita est idoneus testis pro fratre.*

7 *Frater contra fratrem, & maritus contra uxorem, & econtra testimonium ferre non cogitur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis.*

8 *Frater contra fratrem in crimine hæresis cogitur dicere testimonium.*

## OPINIO DCCCCLXXXI.

1 TESTIS idoneus est frater in causa fratris: secundùm Bart. in l. qui testamento. §. quæcunque, numero 6. ff. de testa. Gloss. Innocen. & Imol. in c. insinuante, de offic. delega. Bertran. consilio 212. col. 4. vol. 1. incip. supposita, Fely. & omnes Doct. magis communiter, in c. cùm oporteat, colum. 3. cum aliis seq. de accusa. & in c. in literis, extr. de testib. col. fin. Ioā. de Amicis cons. 119. num. 3. & Thobias

*Cōis opin.*

Nonius

Nonius Perusinus iuris vtriusque studiosissimus, in §. sed neque hæres, instit. de testa. numero 1. cum aliis seq. & Fely. etiam in c. literas, num. 4. cum aliis sequen. de præsumpt. in quibus locis explicant istam esse communem opinionem, & limitant copiosissimè in sex casibus. & Lancillottus Conradus, in tract. seu pract. de decur. libr. 1. c. 9 §. 2. in uer. Fratres, num. 45. fol. 60. & Bal. consf. 285. vol. 4. ubi citat, & sequitur Barr. in d. §. quæcunque.

¶ Et licèt Bal teneat contrarium in l. nulli. C. de episc. & cler. ob hoc igitur fatuum esset recedere à dicta communi in iudicando, & cô fulendo, quã sequuntur quoque infiniti Doct. uariis in locis iuris nostri, & Alciatus in tract. de præsumpt. in prima reg præsump. 23. numero 2. & 6.

¶ Sed Alexan. consf. 18. viso processu causæ uertentis inter Antonium, num. 4. uol. 1. arbitratur ipsi fratri deponenti pro fratre minus eredi debere, quàm extraneo.

¶ Qui quidẽ Doct. omnes declarant, ac explicant prędictam côem non procedere, quando fratres sunt, uel reperiunrur in potestate eiusdem patris, uel quando simul habitant, vel haberent bona communia inter eos. & Lãfran. in c. quoniam contra, de probat. in ucr. Testes, num. 62. & Celsus ibi in addi. & Fely. in d. c. literas, nu. 6 & seq. *Côis opin.*

2 Declaraturque similiter hoc non habere locum in causa ciuili ardua, & graui, in qua profectò, & absque dubio aliquo frater non est idoneus testis pro fratre, imo omninò repellitur: vt not. Bal. in l. parentes, colum. 11. de testi. & in l. fin. col. 11. C. de probat. & hoc in terminis in causa matrimoniali latè tradit Maria. consf. 17. supradictæ causæ positio.

3 Nec non interpretatur quoque hoc minimè procedere in causa criminali, in qua nota, quod frater pro fratre non est idoneus testis: vt consuluit Alex. consf. 70. viso processu, numero 6. vol. 1. & Afflict. in conltic. mores disso lutè uiuentium, sub num. 9. libr. 3. rubr. 53. & Fely. in d. c. literas, nu. 9.

4 Quia accusator uolens ad intentionem suam probandam producere fratres, tunc nõ recipiuntur: secundùm Glo. Bar. Bal. Alberic. Salyc. Paul. Castren. cæterosque omnes in d. l. parentes, & Nonium in d. §. Sed neque hæres, num. 2. vbi attestatur istam fore communem opinionem. *Côis opin.*

5 Sed animaduerte, quòd ad probandum innocentiam fratris inquisiti criminaliter pro delicto, frater esset idoneus testis pro fratre: & per consequens frater inquisitus de homicidio potest probare per fratrem se commisisse homicidium ipsum ad sui defensionem: secundùm Bal. & Saly. in d. l. parentes, Aret. in tract. maleficiorum, in ver. Et dictus Titius se defendendo, col. 7. Alex. consf. 212. colũ. fi. libr. 2. & consil. 4 in fin. uol. 6. Nattam consf. 359. quidam iudex procedens contra nonnullos de falso, sub num. 2. uol. 2. Marsil. sing. 508. Fely. in d. c. cùm oporteat, in 5. not. Dec. consf. 459. num. 8. & consf. 469. num. 7. Grammat. consil. crimi. 12. num. 19. & 20. Grauet. consil. 119. numero 9. Rolan. à Valle consf 7. num. 25. uol. 1. Bertran. consf. 13. uidi casum mihi exhibitũ, n. 1. uol. 8. & alios quamplures relatos supra in Opin. 960. Testes, affines, socij, amici, & domestici, ubi latius explicauimus istam materiã.

¶ Qui quidem Doct. hoc intelligunt procedere, ubicunque de alterius præiudicio, seu interesse non ageretur, sed de mera defensione ipsius fratris: & tunc fiscus conqueri non debet, si huiusmodi testimonium, seu depositio ei noceat in pœnis quærendis: vt uoluit Bal. in d. l. parentes. quia pœnę non irrogatæ indignatio solam duritiam continet. l. seruus ea lege. ff. de seruis expor.

6 Item frater religiosus utì uir bonus, vel laicus deuotæ, religioseque uitæ recipitur in testem in causa sui fratris: secundùm Ioan. de Imol. in c. cùm R. Canonicus, de offic. deleg. quem refert, sequiturque Fely. in d. c. literas, num. 11. & Marsil. in sua pract. crim. in §. Principium, num. 11.

7 Et quamuis frater pro fratre testificari possit: nihilominus ipse frater contra fratrem testificari non cogitur. l. lege Iulia, de testibus, & not. Abb. num. 8. & Fely. num. 16. in d. c. literas, & Bar. in d. §. quæcunque, num. 6. Et hoc habet quippè locum tam in causa ciuili, quã in causa criminali. ita tenet, & probat Glos. in d. l. lege Iulia. cum qua sentiunt omnes Doct. cômuniter, teste ibi Iacobino de Sancto Georgio, num. 2. & eam sequitur Abb. etiam in d. c. literas, num. 8. & omnes in d. l. parentes, & Neuiza. in Sylua nuptiali, libr. 3. num. 47. ubi ait hoc idem procedere in coniuge, descendentibus, & aliis. *Côis opin.*

8 Benè tamen uerum est, quòd in crimine hęresis frater cogeretur dicere testimonium contaa fratrẽ: secundùm Panor. in d. c. literas.

## SVMMARIVM.

1 *CHRISTIANVS de iure testis esse potest contra Iudęum.*

2 *Iudęi contra Christianos testes non admittuntur ullo modo, quia semper dicuntur esse in delicto.*

3 *Iudæus non debet iurare per Euangelia, sed per legem Moysi, vel per Deum.*

4 *Iudæus quamuis nõ teneatur iurare per Euangelia: tamen si iurat per Christum, cogitur seruare iuramentum, nec peccat Christianus recipiens huiusmodi iuramentum.*

5 *Iu-*

5 *Iudæus etiam in ciuili causa testis non potest esse cō tra Christianum.*

6 *Iudeus de proximo baptizatus, & conuersus ad fidem Christi, non potest contra Christianos testimonium ferre.*

7 *Iudæo deferri non potest iuramentum in litem, uel in supplementum probationis contra Christianum.*

8 *Iudæus testis esse non potest contra Christianum, etiā in crimine usurarum.*

9 *Iudeus testis esse non potest contra officialem bonę conditionis, & qualitatis, in syndicatu, in crimine corruptionis, & barattariæ.*

10 *Iudæus assumi nequit pro teste, seu tanquàm peritus ad recognoscendam, uel interpretandam scripturam literis Hebraicis scriptam contra Christianum, ubicunque in loco reperiuntur Christiani, qui sciant tales literas interpretari.*

11 *Iudæus in crimine heresis, & lęsæ maiestatis admittitur testis contra Christianos.*

12 *Iudęus in contractibus, quasi contractibus, & testamentis contra christianos testis admittitur.*

## OPINIO DCCCCLXXXII.

1 TESTIS esse potest Christianus de iure contra Iudæum: vt not in Clemen. 1. & in c. Iudæi. de testib. & in l. quoniam. C. de hęret.

2 Veruntamen ipsi Iudæi haudquaquam possunt testificari, aut recipi in testes contra Christianos, vt in præcitatis iuribus. & not. Specul. in tit. de teste. §. 1. ver. Item, & est Iudęus. Ioan. de Anan. in c. 1. colum. 1. de hæret. Bart. in l. cunctos populos, colum. 4. C. de Summa Trin. Imol. & Card. in d. Clemen. 1. & Alex. cons. 35. colum. fin. & cons. 70. colū. pen. lib. 1. & cons. 379. propè fin. uol. 2. Fely. in d. c. Iudæi, in princ. & in c. cùm sit, nu. 1. de Iudęis, Marsil. singul. 41. Iudæus non potest esse testis, in princ. Paris de Puteo in tract. de syndicatu. §. sui semel rogatus à Doctore, num. 1. & Bero. cons. 134. num. 20. uol. 3. cum aliis relatis per Iacob. Nouellum in sua pract. crim. super forma inquisitionis contra producentes falsitates, num. 19. & ista uidetur indubitata, Cōis opin. & communis sententia attestante Octauiano Cacherano decis. 72. Inquiritur, nu. 5.

¶ Quæ comprobatur ista optima ratione, secundum Marquardum de Susannis, in tract. de Iudæis, & in fidelibus, in 2. par. c. 5. num. 11. quia cùm commorentur Iudæi in superstitione reprobata, dicuntur esse semper in delicto: vt not. Doct. post Glos. in l. non erit. §. Diuus. ff. de iureiur.

¶ Aliam uerò rationem adducit, & assignat Ias. in rubr. de iust. & iure, in 4. nota. quoniam in teste necessariò requiritur iuramentum, quod per Iudæum præstari nequit.

¶ Sed huiusmodi rationem optimè, & non ab re mordet, & reprehendit Marquardus de Susannis in tract. de Iudęis. c. 5. num. 10.

3 Nam licèt Iudæus iurare non debeat per euangelia: secundùm Bart. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excus. tut. & in l. ait prætor. §. fin. ff. de iureiur. tamen iurat per legem Moysi, vel per Deum. ita Bar. in l. iusiurandum. §. ait pretor, in fi. eod. tit.

4 Et quanquàm non teneatur iurare per sancta Dei euangelia; nihilominus tamen si iuraret per Christum, cogeretur indubitanter seruare iuramentum, nec peccaret Christianus recipiens tale iuramentum. teste Bart. in 1. const. Digestorum, & Innocē. in c. & si Christus, de iureiur. & Alexā. in l. 3. §. 1. eod. tit. Et huic sententię communi ita roboratæ inhęrēt etiam Fely. in c. cùm sit, num. 1. per illum tex, de Iudæis, & Afflict. in constit. mores dissolutè viuentium, num. 8. lib. 3. rub. 53. vbi profert magnum uerbum, ita decisum extitisse à Sacro Regio Concilio Neap.

5 Iudæum in causa ciuili fidem nō facere, nec probare contra Christianum: prout testatur etiam idem Afflict. de hac eadem determinatione Sacri Concilij in decis. 214. quidam Iudæi.

6 Ampliatur hoc etiam procedere in Iudęo de proximo ad fidem Christi conuerso, & baptizato. qui quidem non potest esse testis cō tra Christianum, sicut antea non poterat: vt voluit Glo. in c. constituit. 17. q. 4. Ioan. Crot. in tract. de testib. in 4 par. sub num. 136. Fely. in d. c. Iudæi, de testib. & in d. c. cùm sit, sub numero 1. de Iudæis, Marsil. in l. 1. §. prætereà, numero 5. ff. de quæst. in sing. 107. Priuilegium dignitatis, & sing. 273. incip. Notissimum est, Tiraquel. in tract. cessante causa, in 6. limit. numero 10. & istam ait esse communem opinionem Soc. in l. sciendum. §. fi. ff. qui satisd. cogā. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò sententiam curiosè inclinauit Ant. Franc. de Doctoribus in d. c. Iudæi, in add. ad Abb. & D. Brunorus à Sole in add. Fely. ibidem sub num. 1. in uer. Iudæo, & Marquardus in d. tract. de Iudæis in 2. par. c. 5. num. 12. ubi hanc partem corroborat pluribus apparentibus rationibus & tandem fatetur audacter eam esse ueriorem. Sed rationes istius partim, aut nihil me mouent ad discedendum à prędicta communi opinione, cū qua concurrit etiam Fely. in d. c. cùm sit, sub num. 1. ubi tradit alteram ampliationem satis utilem.

7 Ampliatur itidem secundò pręmemorata communis sententia, seu regula, ut quemadmodum Iudæus testis esse nequeat contra Christianum: ita nec ei possit similiter deferri iura

iuramentum modo aliquo in litem, uel in supplementum probationis contra Christianum. ita Bal.in l.qui accusare.C.de eden. Specul.in d.tit.de teste.§. 1. uers. Item quòd est Iudęus, Bart.in d.l.cunctos populus, Ant. de Butr. in d.c.Iudæi,Alex.& Ioan. Bapt. Caccialup. in l. admonendi.ff.de iureiuran.Ioan.de Imol.consili.11. in casu proposito, post princ. Paris de Puteo,in d.tract.de syndicat.§. fui semel rogatus à Doctore maximo, num. 1. Marian. Soc. cons.54.num.12.uol.2. Stepha. Aufrer.in tractatu de reprobat.testium,num.58.Marsil. in Cōis opi. d.sing.41.& Cæphal.cons.65.Honesta, num. 38.& seq.uol. 2. & ista est communis opinio.

8 Ampliatur tertiò quoque antesignata opinio communis, ut minimè Iudæi admittantur,neque probent ullo modo contra Christianum,etiam in crimine vsurarum : vt doctissimè, ac religiosissimè more suo dotermi nauit Sacer Senatus Pedemont.in d.decis.72.

9 Quartò amplificatur prænotata communis intantùm sortiri locum etiam, vt Iudæi ipsi nequaquàm probent etiam contra officialem bonę famę,& conditionis existentem,vbicunque contra eum deponerent tempore syndicatus in crimine corruptionis, & barattariæ. vt uoluit non ambiguè quidem Paris de Puteo in d. tract. de syndicatu.§. seu uer. Fui interrogatus,num.1.cum aliis omnibus seq.

10 Quintò ampliatur similiter prælibata cōmunis habere locum etiam in recognoscenda, interpretandauè scriptura manu Iudæi, vel alterius scripta, & sic literis Hæbraicis cōtra Christianum, vt tunc minimè debeant Iudæi ad illam scripturam recognoscendam,interpretandamque assumi;& pręsertim si in loco iudicij reperirentur Christiani, qui scirent literas Hębraicas interpretari.ut uoluit Alex. cons.179.uisa scriptura priuata,sub numer.8. cum aliis 2.sequen.uol.2.& Card. in Clemen. 1.de testibus.

¶ Ampliatur sextò, vt obtineat etiam locum ipsa communis, ubicunque Christianus à Christiano conuentus foret in iudicio,vt tūc Iudęus testis minimè esse posit. ita Nellus de Sancto Gemin.in tract.de testib.in 1.par.numero 20.licèt Ioan.Crot.in tract. de testib.in 4.par.num.137 sentiat cōtrarium, vt Iudęus admitti queat ad deponendum pro Christiano contra Christianum litigantes insimul, & reddit ibi rationem.

11 Cæterùm claudicat primò ista conclusio & regula,ita amplificata in crimine lęsę maiestatis,& in crimine hęresis; in quo, procul dubio crimine admittitur in testem Iudæus contra Christianum.c.contra Christianos,de hæret.in 6.& tenet Fely.in d.c.Iudæi,nu.6.Hieronу.Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis, lib.2.quæst.10.

12 Fallitque secundo loco eadam opinio in cōtractibus,& vltimis uoluntatibus,& in quasi contractibus,& maleficiis; in quibus omnibus admittitur,& recipitur in testem Iudæus contra Christianum:vt per Bar.in l quoniam. C.de hæret.& Alex.in 1. constit. ff ueteris, in add Bar.in uer. In iuramento, & Fely. in d. c. Iudæi,num.3.

¶ Alias uerò limitationes ad regulam mētionatam circiter octo tradit Fely. in d. c. Iudæi,sub nu.1.cum aliis seq.& Io.Cro. in tract. de testib.in 4.par.nu.136.cum aliis seq.

## *SVMMARIVM.*

1 *COECVS testis esse potest si cōtrahentium uoces notas habet: nec obstat quòd cæcus decipi possit in uoce, quia etiam uisu quis decipitur.*

2 *Cæcus in confectione inuentarij testis esse non potest,neque etiam in testamentis.*

3 *Cæcus deponens de uisu non probat.*

4 *Cæcus pōt testificari de ijs quæ uidit ante cæcitatē.*

## OPINIO DCCCCLXXXIII.

1 TESTIS esse potest cœcus,si contrahentium voces notas habet:secundū Glos. in c. testes. 3.q.9. Nec obstat, quòd cœcus in uoce decipi posit: vt in c. nec aliqua. 27.q.1. Nam & pariter uisu quis decipitur:ut c. quomodo.31.q. 1. & d. Glos. in c. testes,sequitur Accurs.in §. Si uerò absunt, in uer. Vidisse, in aut.de hær.& Falc.coll. 1. dicens non reperiri prohibitum.idem tenet Spec.in §.1.ver. Nunquid cœcus,in tit.de teste,Siculus in c.præterea,col.3.de testi.Ang Perusinus,in l.si non speciali,post Glo.ibi.C.de testa.Stepha. Aufre.in tract.de testi.& eorū reprobatione,n.16.Nellus de S.Gemin.in tract.de testib.§.cœcus, & Marsil.in repet.rub.C.de prob.nu.353.

2 Sed limitatur hoc in duobus casibus non procedere,secundū Saly.in l.testiū.C.de testi. primò in confectione inuentarij: vt in d.§. Si uerò absunt Et secundò claudicat in testamētis:vt in d.l.si non speciali.

3 Et tertiò limitatur in his, quę ipse cœcus deponeret de uisu:secūdum Bart.in d.l.testiū, & Afflict.in constit.Mores dissolutè viuentiū, sub nu.7 lib.3.rub.53.

4 Sed animaduerte hìc,ꝙ cœcus potest testificari de eo,qđ uidit ante cœcitatē indubitanter:secundū Spec.in d.§.1.Bar.in l.ad testiū.§. conditionem.ff.de testib.Ang.in d. §. Si uerò, Bal.in sua Margarita,in uer.Testis,Ro.in rub. de arbit.col.7.Alberic. de Maletis in tract. de testib.c.5.sub num.36.& seq.Fely.in d.c.præ-

Cõis opin. tereã, propè fin. & iſta eſt communis opinio, de qua teſtantur Doct. in tract. de teſtib. quãuis, & malè Siculus, in c. cùm cauſam, de teſtib. uideatur tenere contrarium.

*SVMMARIVM.*

1 *COLONVS poteſt eſſe teſtis pro domino, ſecundùm unam cõmunem opinionem, licèt altera ſententia contraria, quòd colonus pro domino teſtis non admittatur, ſimiliter communis ſit.*

2 *Vaſallus poteſt eſſe teſtis pro domino, etiam ſi haberet in eum merum, & mixtum Imperium, ac ei iuraſſet fidelitatem.*

3 *Vaſallus contra dominum deponẽs priuatur feudo.*

## OPINIO DCCCCLXXXIV.

1 TESTIFICARI, vel teſtis eſſe poteſt colonus pro Domino, nec aliquo pacto pro eo repellitur à teſtificando: ſecundùm Inno. in c. iiſ literis, ext. de teſtib. & Spec. in tit. de teſtib. §. 1. uer. item excipere, Angel. in l. quoniam. C. de teſtibus. & Iaſ. in additio. ad Portium in §. pater, inſtit. de teſta. & Nellum in tract. de teſtib. in 9. cap. incip. Domeſtici &c. quorum opinionem ſcribunt eſſe communẽ Moder. in tract. de teſti. & de conſuetudine dicit ſeruari Soci. Iunior conſ. 135. num. 8. lib. 2. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò ſententiam inclinauit Glo. & Abb. in d. c. in literis, Alberic. in l. etiam. C. de teſti. Afflict. in conſtit. mores diſſolutè uiuentium, ſub nu. 10. lib. 3. rub. 53. Alberic. de Maletis in tract. de teſtib. cap. 2. nu. 40. cum aliis ſeq. & Lanfran. in c. quoniam cõtra, de proba. in uer. Teſtes, nu. 64. ubi admonet iſtam eſſe cõem opinionem. Tamẽ prima pars uidetur verior, vt optimè demonſtrarũt Io. Bap. Ferret. conſ. 392. uiſo longo proceſſu, & depoſitionibus teſtium, nu. 20. vol. 2. & Soci. in d. conſ. 135. nu. 6. & 8. Cõis opin.

2 Item vaſallus admitti debet in teſtem, ac ad teſtificandum pro domino ſuo: ſecundùm Io. And. poſt alios antiquos ſignatos per eum, in add. Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. Sed nunquid vaſallus. Bal. in l. qui teſtamento. §. poteſtatis. ff. de teſta. Aluar. in c. 1. §. ſi enim, quid ſit inueſt. & in c. 1. per text. ibi, ſi de inueſt. inter dom. lis oriatur, And. de Iſer. in c. 1. ſi de inueſt. inter domi. & uaſal. vbi per iura allegata per eum, ait hoc non habere dubitationem aliquam. Nellum in tract. de teſti. in 3. par. nu. 89. Pari. conſ. 75. nu. 33. uol. 1. & Afflic. deciſ. 304. vbi recitatis decem aliis contrariis opinionibus per eum, affeuerat fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano, quòd uaſallus poſſit eſſe teſtis pro Domino ſuo, etiam ſi haberet aduerſus eum merum, miſtumque imperium, ac ei iuraſſet fidelitatem.

3 Sed aduerte, quòd contra dominum ipſe vaſallus eſſe non pōt; imò ſi deponit cõtra dominum ſuum, priuatur feudo: ſecundùm Gratum. conſ. 5. num. 22. vol. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGATARIVS poteſt eſſe teſtis in teſtamento, & in cauſa teſtamenti.*

2 *Legatarius ad probandum legatum ſibi factum teſtis eſſe non poteſt, ſed ſi interrogaretur, & examinaretur ſuper toto teſtamento, tunc foret idoneus teſtis in cauſa ſui legati.*

3 *Legatarius dicitur idoneus teſtis in teſtamento, quia eſt approbatus à teſtante.*

4 *Legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamento in ſcriptis, etiam ſi omnes ipſi teſtes deberent conſequi legatum aſcriptum in eodemmet teſtamento.*

5 *Legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamento nuncupatiuo non aliter reaſſumpto à notario in publicam formam: & tunc etiam valet teſtamentum ipſum, atque ex eo poteſt adiri hæreditas.*

## OPINIO DCCCCLXXXV.

1 TESTES eſſe non prohibentur aliquo modo in teſtamẽto legatarij. §. legatariis, inſtit. de teſta. l. diſtantibus. C. eod. tit. & l. qui teſtamento. ff. eod. Nellus de Sancto Gemi. in tract. de teſtib. in 1. par. ſub num. 34. Alberi. de Maletis in tract. de teſtib. cap. 4. nu. 54. & ſeq. Lanfran. in c. quoniam cõtra, in uer. Teſtes, ſub nu. 70. & Io. Crot. in tract. de teſti. in 1. par. nu. 15. & ibi Pet. de Moncada in add. in litera O. vbi poſt alios aggregatos per eum non obſcurè deducit iſtam eſſe cõmunem opinionem, quòd legatarius pro hærede, & pro aliis indubitanter teſtis eſſe poſſit. Cõis opin.

2 Tamen legatarius nõ poteſt teſtificari ſuper ſuo legato; & ſic non admittitur ad probãdum legatũ ſibi factũ, ſed uniuerſaliter poterit interrogari ſuper toto teſtamento. & eo caſu non dicitur deponere ſuper facto ſuo principaliter, ſed in conſequentiã. l. omnibus, C. de teſti. cũ allegatis per Fely. in c. inſuper, col. 5. de teſti. & ita tenet, & firmat etiam Bartol. & Aret. in d. l. qui teſtamento, Alber. in tract. de teſti. qñ teſtes repellũtur rõne affectionis, col. 8. Iaſ. & Rimi. in d. l. diſtãtib. Alex. cõſ. 14. col. 5. viſis, & conſideratis, uol. 6. & Afflict. in deciſ. 400. num. 3. Tiraq. in tract. res inter al. acta, ſub 1. limit. folio paruo 4. & Lanfran. in c.

in c.quoniam contra,de probar.in ver.Teſtes, num.70.poſt princ. & iſtam dicunt eſſe communem opinionem, Alex. in d. l. dictantibus, Portius in §. legararijs, & ibi Moder. inſtit. de teſtam.& Curtius Iun.conſilio 178. num. 18. & D.Thobias Peruſinus in d.§. legararijs, ſub nu. 9. & ſeq. ubi eam limitat in tribus caſib⁹. *Cōis opin.*

3 Et quòd legatarius ſit idoneus teſtis in teſtamento,probatur multis rationibus per Doct. præcitatos,& ea maximè;quia eſt approbatus à teſtatore,& ſic redditur habilis teſtis legatarius in teſtamento.Nihilominus non habet locum vbicunque deponeret ſuper legato ſibi facto,& per conſequens ad proprium commodum,& vtilitatem:tunc enim (vtſupra deduximus ex communi opinione) non probaret.

4 Sed quando teſtamentum reperireiur in ſcriptis conditum,ac in eo uni ex teſtibus, ſeu omnibus foret legatum aſcriptum,legatarius poſſet eſſe teſtis, & conſequi legatum ſibi relictum: ſecundùm Nicola. de Matare. Bald. & Corn.in d.l.dictantibus, Paul.Caſtrē.& Imol. in d.l.quod teſtamentum,in prin.Fab.Arer.& cæteros in d.§.legatariis.ubi D.Thobias, numero 8.exprimit iſtam eſſe communem opinionem,ac indubitatam. *Cōis opin.*

5 Itidem quando nuncupatiuum extitiſſet conditum teſtamentum, quod à notario reaſſumptum in publicam formam non eſſet: tūc ſi teſtibus ibi legatum eſſet, teſtamentum utique ualeret,atque hæreditas ex eo dari poſſet, & legatarij in eodemmet teſtamento teſtes eſſe poſſent:vt voluerunt Bart.Bald.Imol. Pau. Caſtren. Aret.& cæteri in d.l.qui teſtamento, in princ. contra Gloſ. ibi contrarium aſſeuerantem.Idemque firmauit Corn.in d.l. dictātibus,Faber.& Aret.in d.§.legatariis, & iſtam eſſe communem ſententiam meminit Soci.in l.ſi quis ita,nu.5.ff.de reb.dubiis, & Thobias in d.§.legatariis, num.9.licèt ibi teneat contrarium ſimul cum aliis relatis per eum. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *FIDEIVSSOR poteſt eſſe teſtis pro fideiuſſore ad probandum, quòd non principaliter fideiuſſerunt.*

2 *Fideiuſſor acceptus à creditore vt principalis, non habet beneficium diſcuſſionis: quia eſt correus debendi.*

## OPINIO DCCCCLXXXVI.

1 TESTIS idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro fideiuſſore ad probandum, quod non principaliter fideiuſſerunt:ſecundùm Cy.Bal.Ang.& Saly.in l.dictātibus.C.de teſta.Bar. in l.ſi quis ita,per illū text.ff. de rebus dubiis. Bal in l.fi.§. 1.col.5.C.de execut.rei iud.& Rōchegallum in tract.de duobus reis,lib ſeu l.11. reos principium,nu.50.fol.462.Stephan.Aufrer.in tract.de teſtib.& eorum reprobatione, num.45.& Marſil.in repet.rubr.num.449. & ſeq.ff.de fideiuſ.Tiraq.in tract.reſ.iur.al acta, ſub limit. 1.fol.par. 4. & iſtam opinionem dicit eſſe cōem Iaſ. in d. l. dictantibus, nu. 8. *Cōis opin.*

2 Sed interpreratur hoc non procedere, ſecundùm Saly.poſt Bal.in d.l fi.§.1 .ſi creditor noluit eum vt fideiuſſorē accipere, ſed ut principalem:certè tunc non habet beneficium diſcuſsionis, quia eſt uerè correus debendi. l. ſi non ſinguli.ff.ſi cer. per. quem ſequitur Alex. conſ.78.col.2.vol. 1. licèt Ang. tenuerit contrarium,in §.legatariis, inſt. de teſtamentis.

*SVMMARIVM.*

1 *FIDEIVSSOR pro reo principali,qui eſſet ſoluendo,poteſt eſſe idoneus teſtis, ſecus ſi non eſſet ſoluendo.*

2 *Fideiuſſor renuncians,ſecundùm traditionem Gloſſæ primę.c. 2. de arbitris, non poteſt eſſe teſtis pro principali reo: quia uidetur habere intereſſe in cauſa, ſaltem ne litibus,& ſumptibus vexetur, & potiſſimùm quando fuit fideiuſſor pro ſpe ſocietatis pro fideiuſſore.*

3 *Fideiuſſor non renuncians beneficio excuſſionis, præſente principali, & exiſtente ſoluendo,poteſt eſſe iudex,& teſtis: quia tunc nullus regreſſus haberi poteſt contra eum,nec hoc afferre poteſt damnū ipſi fideiuſſori.*

4 *Teſtis habēs intereſſe poteſt examinari cū proteſtatione,quòd nō vult in aliqua parte ſe iuuare dicto ſuo.*

## OPINIO DCCCCLXXXVII.

1 TESTIS idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro principali reo,ſeu debitore,ſi eſſet ſoluendo:ſecus ſi nō eſſet ſoluendo,ſecundū Specu. in tit.de teſte.§. 1. uerſic. Quid de fideiuſſore.Bald. Flor.& cęteros,in l.ſi cui legeē,in fi.ff.de leg.1. Marſil in repet.rub.ff.de fideiuſ.nu.448.Nell. de S.Gemi.in tract.de teſtib.& eorū reprobatione,in 1.par.nu.33.& Ronchegallū,in tract. de duobus reis,lib.ſeu,l.11.poſt princ.nu.53. vbi iſtam ſententiam communē eſſe referūt. *Cōis opin.*

2 Sed tamen Ioan. And.in addit. Specul. in d. uerſ. Quid de fideiuſſore, uidetur tenere contrarium, dicens fideiuſſorem habere intereſſe ſaltem ne litibus, & ſumptibus uexetur.l.minor uigintiquinque annis.ff. de minoribus,& capitulo ſecundo.de arbitr.præcipuè cúm fideiuſſor renunciauit per modum,qui traditur,& not. in Gloſ. 1.c.2.de arbitr. idem

videtur tenere Dyn. Ang.Imol.Pau.Castrē. & Aret.in l.fideiussor.§.fin.ff.de lega. 1.idem Io. And.in add Specu.in tit.de iudice deleg.§.Superest,uer.Sed nūquid fideiussor.Ang.in l. ab executore.§.alio.ff.de appellat.& in l.asinam, in princ.per illum text.ff.de appell. Ant.& Fely.in c.insuper,de testib.Ang cons.295.col.1. vers.Secundò obstat eidem testi,quia fuit fideiussor pro toto tempore societatis. & ista est
Cõis opin. communis opinio,teste Ias.in l.si cui.§.fi.ff.de leg.1.post Aret.ibi.

3 Qui adiiciūt Bal.Flor.& Alex.interpretari,ac tenere præfatam communem opinionē procedere,quando fideiussor renunciasset beneficio excussionis;uel debitor principalis nō esset soluendo: vel si debitor esset præsens, & soluendo,& fideiussor non renunciasset beneficio discussionis,tunc benè potest esse testis,& iudex: quia tunc non potest haberi regressus contra fideiussorem,& nullum damnum, aut præiudicium potest esse fideiussori.ita concludit Ias in d.§.fi.in d.c. insuper, & Carol. Ruinus cons.189.nu.21.uol.1.

4 Sed si testis tam in præsenti casu, quàm in alio quocunque simili haberet interesse, posset vtique examinari cum protestatione, quòd non vult in aliqua parte se iuuare dicto suo.ita Gom.decis.10.lib.2.

## *SVMMARIVM.*

1 *PAVPER ob solam paupertatem in ciuilibus non repellitur à testimonio.*

2 *Pauper non est testis omni exceptione maior.*

3 *Pauper non potest iurare in supplementum probationis,nec uigore statuti disponentis credi debere iuramento dānum passi, uel creditoris, uel alterius.*

4 *Pauper ille dicitur,qui non habet ultra quinquaginta aureos in bonis:& hoc intelligitur de ijs aureis, quorum septuaginta duo faciunt libram auri.*

5 *Pauper ille dicitur,qui non habet in bonis quantum est causa de qua agitur.*

6 *Pauper quis sit,relinquitur arbitrio iudicis, qui debet considerare qualitatem personarum, consuetudinem loci,& alias circumstantias.*

7 *Pauper in causa criminali nullo modo testis admittitꝰ.*

8 *Pauper potest esse testis in causa matrimoniali, vbicunq; esset honesta persona tēpore suę depositionis.*

9 *Matrimoniale negocium graue,& arduum est, & æquiparatur criminali negocio.*

## OPINIO DCCCCLXXXVIII.

1 TESTIS pauper ob solā paupertatem à testimonio non repellitur: vt tenet Glo. cōmuniter approbata à Deci. in c. si qui testium, extr. de
Cõis opin. testi. quam communem celebrat,sequitur,ac attestatur Ias.in auth.præterea,col.fi.C.unde uir, & vxor, Io.de Amicis cons.78.num.9.Ioan.Bapt.Zilet. cum aliis in numeris relatis per eum, in add. ad Ferrariē. in sua pract Papien.in for.iuramenti testium. §.protestante, in litera G. Cornelius Benincasius in tract.de paupertate.q.4 ubi reddit rationem nu.45.fol.par.42 Sigismū. Loffredus cons.27.num.23 & Marsil.in l.1.§.1.nu. 9. ff. de quæst.in l.ex libero homine,nu.7 & seq.eo. tit.& in d.l.1.§.fi.nu.13. & in sua pract. crim. in §.Principium,nu.9 ubi declarat quando testis pauper admittatur in testem,& Soc.in tractatu fallen. in reg. 289.Pater ad testimoniū, nu.2.& seq.& Alex.de Neuo cons. 19.in causa Francischini,nu.1.vbi concludit, quòd testes pauperes non repelluntur à testimonio, uerū relinquitur iudicis arbitrio an eis sit adhibenda fides,vel non, & quantum eis credendum sit, & quę paupertas reddat testē suspectum, & firmat etiam Ripa in l.si constante,nu. 32. cum aliis seq.ff.sol.matr.

2 Et licèt testis pauper recipi posit in testem non obstante eius paupertate, vt supra docuimus: nihilominus iste testis pauper non est omni exceptione maior:secundùm Spec.in tit.de teste.§.1.uers.Item quòd est pauper.Alex.cons.15.uiso.vol.3.

3 Hinc est,quod non poterit idem testis iurare in supplementum probationis: nec iurare poterit vigore statuti disponentis credi iuramento damnum passi, uel creditoris, aut alterius:ut per Paris.in cons.164.num. 2.incip. Illustrissima,vol.4.

4 Et aduerte circa præmissa, quòd pauper ille dicitur, qui non habet vltra aureos quinquaginta in bonis,l.nonnulli, de accus. Et intelligitur illa lex de aureis,quorum septuaginta duo faciunt unam libram auri.l.fi.C.de suscep.& arca.lib.11.& not.Glo.in l.fi.in prin.C. commu.de leg.& Cy.in l.si quis, de donat.

5 Et pariter pauper est,qui in bonis non habet quantum est causa,de qua agitur.Glo. est singularis in §.si uerò,in authen.de hær. & Falcid.& Ioan.de Amicis cons.78.num.11.tenet & firmat,& Afflict.in constitut.mores dissolutè viuentium,sub num.5.lib.3.rubric.53.& Deci cons.163.num 4.

6 Tamē veritas est,ꝙ arbitrio iudicis committitur, relinquiturq; quis dicatur pauper. qui quidē iudex debet considerare qualitatē personarū,consuetudinem loci, conditionem ipsorum,& alias similes circūstātias: secundū Glo.in auth.prętereà,in uer. locuples.C.vndè uit,& vx.quā dicit cōem Dec.in c.sedes,n.25. Cõis opin. de rescri.& in d auth.prętereà,n.10.Marsil.in l.q̄stionis modū,n.8.ff de quæst.& Ruin. cons. 55.nu.4 & seq.uol.1.qui hoc optimè,ac utilissimè explicat,vt scripsimus latius supra in Opinione 61. Arbitrio iudicis. n.3.lib.1.fol.54.

7 Sed

7 Sed prædicta cõmunis, quòd pauper possit esse testis, procedit in causa ciuili, in criminali uerò causa in testem nullo modo admittitur, nec recipitur: secundùm Tancr. Anto. & omnes, in d.c. si qui, Rolan. à Valle cons. 7. in causa Antonij Brunelli, num. 21. vol. 1. & Soc. in d. regul. 289. num. 2. & sequen. ubi meminit istam esse communem opinionem, & Ioã. de Amicis in d consilio 78. num. 9. & Dec. in d. consil. 163. num. 4.

Cõis opin.

8 Benè uerum est, quòd pauper ipse posset esse testis in causa matrimoniali, ubicunque esset honesta persona tempore sui dicti, ac depositionis: vt voluerunt Aret. consil. 14. colũ. 10. Alex. cons. 149. uiso processu inter Michaelem Dominici, num 9. vol. 5. Ioan. Bapt. Ferrettus in terminis, in consil. 392. viso lõgo processu, & depositionibus testium, num. 18. vol. 3. & Ripa in d. l. si constante, sub num. 33.

9 Non obstante, quòd negocium ipsum matrimoniale, sit negocium graue, arduum, & æquipararetur negocio, seu causæ criminali: secundùm Alex. cons. 152. viso processu causæ matrimonialis, sub num. 7. uol. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *LAICVS, & mulier in causa ciuili potest esse testis contra clericum.*

2 *Mulieres, & laici in causa criminali testes contra clericos non admittuntur.*

3 *Mulieres, & laici sunt idonei testes contra clericos in criminalibus, quando ueritas actu, & habitu aliter haberi non posset: & consequenter, vbicunque in loco commissi delicti per ipsum clericum non adessent alij, quàm laici.*

4 *Clericus in causa criminali contra laicum non recipitur in testem coram iudice seculari.*

## OPINIO DCCCCLXXXIX.

1 TESTIFICARI possunt contra clericum laici, & mulieres, quando agitur ciuiliter. c. quoniam, de test. b. ubi Abb. & omnes scriben. hoc notant, & tenent pro constanti, & in c. tam literis, eod. tit.

2 Sed hoc vtique c'audicat non procedere in causis criminalibus, in quibus mulieres, & laici non sunt idonei testes, nec possunt ferre testimonium contra clericum. c. forus, de uer. sig. & c. de cæterò, & c. testimonium, iuncta Glo. ibi. q. 1.

3 Imò sublimitatur etiam hoc dictum, ubi ex natura ne gocij veritas actu, & habitu aliter sciri non potest, quàm per laicos: vtputà, quia agatur de probando actu facto ruri, in quo solet vnus solus sacerdos tantùm adesse, tunc enim laici admittuntur contra clericos: secundùm Siculũ, Aret. & alios Canonist. cõiter in d. c. de cæterò. Alex. in cons. 64. col. 1. uol. 1. Ias. in l. fi. col. fi. C. de his quibus vt indig. Marsil. in in sua pract. crim. in §. Diligẽter, nu. 81. & Grãmat. cons. crim. 45. nu. 20.

Cõis opin.

¶ Et ratio dictæ communis opinionis allegatur isthęc per citatos Doct. ne delictum remaneat impunitum, deturque in posterùm clerico delinquendi occasio.

¶ Sed antedicta cõis limitatur in quinque casibus, quos ponit, refertq; abundè Abb. in d. c. de cæterò, & Lancillotus Conradus in practica, seu tract. de decurionibus, lib. 1. c. 9. §. 11. de offic prętor. num. 77. & seq. fol. 106.

4 Hisque necessariò adde vnum, quòd quẽadmodũ laicus contra clericum testificari nequit, vt supra docuimus: ita sciendum est clericũ non posse admitti, nec recipi in testẽ in causa criminali contra laicũ coram iudice seculari. c. nullus. 11. q. 1. tenet Spec. in tit. de teste. §. 1. uer. Item quòd est clericus, & ibi Io. And. in add. & Guido Papæ, in quæst. 63.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES de auditu deponentes in contractibus, uel quasi, licèt cortina, uel paries sit in medio inter ipsos contrahentes, & testes, sufficienter probant.*

2 *Testes de auditu in contractibus, vel quasi deponentes, quamuis cortina, uel paries extet in medio inter ipsos contrahentes, probant, si notas haberent voces contrahentium, & non deponerent de visu, sed de auditu tantùm.*

3 *Testes testamentarij debent de necessitate uidere testatorem, aliàs non probant, etiam si cortina esset in medio inter testatorem, & testes, & eis nota esset uox testatoris.*

## OPINIO DCCCCXC.

1 TESTES de auditu deponentes in contractibus, vel quasi, licèt cortina, uel paries sit in medio inter ipsos testes, & contrahentes, sufficienter probãt. c. præterea, vbi Doct. extr. de testi. tenent hoc etiã indubitanter Bar. Alex. & alij Doct. in l. 2. §. idẽ Labeo ff de aqua plu. arcẽ. Io. An. in c. ex literis, post Glo. ibi, in uer. Audierint, de consuet. Cy. & Doct. in l. si non speciali. C. de testa. & Dec. consilio 163. in causa matrimoniali, quæ Mantuæ agitatur, sub numero 3. vbi firmat testes deponentes, dum commorabantur extra cameram, audiuisse virum quendam, & mulierem existentes in ipsa camera, dicentes,

ac proferentes uerba apta ad matrimonium de pręsenti, plenè probare matrimonium ipsum.& istorum opinio communis est, de qua testatur Aret.in §.planè, num.4. instit. de testa.milit.& Moder.in rubr.ff.de uerb.obligat. & in l. 1.eod.tit.& eam sequitur, & approbat Alex.de Neuo conf.12.num. 3.& seq. Marsil. post alios relatos per eum,in repet.rub. C. de probat.num.351.& sequen.ubi recitat quoddam exemplum congruum dictæ communi, quod certè notandum, ac scribendum foret literis aureis ab omnibus officialibus,& aduocatis, tanquàm necessarium. & ita iudicauit quoque elegantissimè, & religiosissimè more suo Rota Rom. sub die 15. Nouembris 1566. attestante D. Iurisconsulto illo probatissimo, & oraculo totius orbis, Oradino præceptore meo,in decis.53.videlicet,matrimonium probari per testes deponentes de uerbis contrahentium, licèt personas non uiderint; ubi recensuit etiam alios quamplurimos Doct.tam antiquos,quàm modernos eiusdem sententiæ. Cōis opin.

2 Et isti testes tunc,& eo casu probant, quū deponant affirmando se audiuisse,non autem uidisse contrahentes,& quando haberent notas voces contrahentium.& ita intelligunt dictam communem prędicti Doct.& Cępolla in tract.cautelarum,caut.230.circa fin.Sed Rota Rom.in d.decis.53. aliàs pręstitit fidem testibus non reddentibus in eorum depositionibus causam scientię concludentem, quòd habuerint notam uocem contrahentium: quia inibi constabat de aliis circumstantiis, quòd testes ipsi habuerant notitiam de uoce eorundem contrahentium.

3 Claudicatque etiam isthęc communis cōclusio non procedere in testamento: quia testes testamentarij debent necessariò uidere testatorem.d.l.si non speciali, ubi Cyn. & Doct. hoc communiter tenent, & in d.§.idē Labeo, vbi Bart.colum. 1.& istam communem opinionem esse scribit Cępolla in præcitata cautela 230.numero 2. & Alex.in d. l. si non speciali,num.6.ubi Doct. ponunt exemplum, quia si extaręt cortina,uel paries inter testes,& testatorem, non ualeret testamentum,etiam si dicti testes consueuerunt habere notam uocem ipsius testatoris. Et eandem opinionem sequitur,& citat etiam cum aliis allegatis per eum Clar.in tract.de testam.libro 3.quęst.59. detegendo maximè turpitudinem ibi cuiusdam mulieris procurantis decipere proprium eius uirum. Cōis opin.

¶ In aliis uerò duobus casibus limitat, & interpretatur communem præmissam Marsil.in d.rubr.de probat.numero 352.& sequē. quos uidere poteritis.

*SVMMARIVM.*

1 *INFAMIS infamia facti, hoc est improbatis, & leuioribus præditus moribus, est idoneus testis in causa ciuili de iure ciuili, secus de iure canonico.*

2 *Infamis infamia facti non est ita integer testis, & dignus tanta fide, sicut non infamis: idcò relinquitur arbitrio iudicis quantum ex hoc fides testis an tedicti diminuatur.*

3 *Infamia facti probatur per testes etiam nullo modo iuratos.*

## OPINIO DCCCCXCI.

1 TESTIS est idoneus infamis infamia facti,hoc est improbatis,& leuioribus præditus moribus,in causa ciuili: secundùm Glos. in l.3.§.duæ autem. ff. de Carb.edic.& in c.testimonium,de testi.in uer.In hoc casu,& utrobique Doct.& Soc.Iun. cum aliis aggregatis per eū, conf.32.num.31.uol.2. vbi affirmat istam esse magis communem opinionem. Cōis opin.

2 Sed non foret iste testis dignus tanta fide, quanta reliqui integri testes: secundùm Glos. Bart.Bal.& Saly.in l.1.C.de Summa Trin.Bartol.in l.Cassius.ff.de senatorib. Lallum de Tuscia in constit.Regni Pactarenorum,nu.5.lib. 1.Abb.Bal.Fely.num.7.& Dec.num. 72.in c. licèt causam,de proba.per textum ibi, & Marsil.in sing. 109.Infamis,& Abb.in d.c.testimonium, dicentem arbitrio iudicis relinquendū esse,quatum ex hoc fides testis prædicti diminuatur. quod inquit communiter receptum ab omnibus Scribentibus Lar.fran.de Orian. in c.quoniam contra,de proba.in uer. Testes, num.74.& ibi Benedic.Vadius in add. Cōis opin.

¶ Ista itaque communis, quòd testis infamis infamia facti ex toto non repellatur in causa ciuili,explanatur locum obtinere solùmodò de iure ciuili, non autem de iure canonico,siquidem iure hoc infamis infamia facti omninò repellendus venit à testimonio, etiā in negociis ciuilibus: vt firmat,& probat Grauet.conf.2.sub num.2.Et de istis testibus infamibus de facto ponit aliqua exempla Orianus loco de quo supra.

3 Et infamia ista aduerte,imò nota perpetuò,quòd probatur, ac uerificatur etiam per testes nullo modo iuratos: secundùm Glos. in capitulo tua,in uer.Testimonio, de cohab. cleric. & mul. Bald. in suo repertorio, in uer. Infamis, colum. 1.& Marsil.in d. singul. 109. in fine.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *TESTIS iurans die iuridica, & deponens die feriata, ualet eius depositio in Regno Neap. & in toto mundo.*

2 *Testis depositio ad iuramenti diem refertur, & consequenter in testibus deponentibus dies iuramenti attenditur. Ideò iuratus in termino post terminum examinari potest inspecto initio iuramenti.*

3 *Dies iuridica illa dicitur, quę iuridica deputatur, & obseruatur in loco, in quo ius redditur, & non in loco rei, uel actoris.*

4 *Consuetudo loci in quo fuit facta, aliàs executa citatio attēditur, utrum dies sit feriata in Regno Neapol. Sed quando citaretur, uel executio citationis fieret in loco, in quo curia regeretur, uel in eius pertinentijs, debet attendi consuetudo ipsius curię.*

5 *Citatio facta die feriata pro non feriata num ualeat, & num citatus die feriata comparere teneatur. et num data citationis qualibet die feriata etiam paschali fieri possit? remissiuè.*

## OPINIO DCCCCXCII.

1 TESTIS iurans die iuridica, & deponens die feriata, valet & tenet eius testimonium: secundùm Spec. in tit. de feriis. §. sequitur, uers. Quid si sciuit, Glo. singularem, in Clemen. iudices, de offic. deleg. Alberi. in l. iurisiurandi. C. de testi. Bal. in l. si quando, eod. tit. Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in c. 8. de testib. num. 15. & Ang. in l. damni infecti. ff. de dam. infect. ubi profert hoc magnum uerbum ita seruari in curia, & in toto mundo, prout attestatur etiam Alber. de Rosa. in tract. de testibus, num. 148. Et sic obseruat praxis quoque in Regno uigore ritus magnæ Curiæ Vicariæ, exordientis. Item quòd si testes producti in dicta Curia, disponentisque, testes iuratos die non feriata posse examinari die feriata. & no. Maranta in tract. iudiciorum, in 6. part. in 6. actu, de testium productione, num. 4. & 7. fol. paruo 134. & in nono actu eiusdem 6. par. numero 32. & Annibal Cauensis in ritu 116. Itē seruat, numero 7. & Carauita in ritu 148. Item si testes iurant, num. 1.

2 Et hoc probatur optima, & realissima ratione. Nam testis depositio ad tempus iuramenti refertur: & consequenter in testibus deponentibus dies iuramenti attenditur: vt est text. in ritu 149. Item quòd &c. ubi Annibal Cauensis, sub num. 1. Bart. in d. l. si quando, & ibi alij, & Carauita in d. ritu 148. in fin. ubi de- Cōis opin. ducit istam esse communem opinionem, seu rationem. & sequitur Dec. in c. licèt causam, num. 30. propè fin. extra de probat. vbi ait, quòd actus principio attribuitur. & secūdùm eum, testis iuratus in termino, post terminum examinari potest inspecto initio iuramenti, quod facit in termino; quia initium est attendendum. iuxta l. 3. §. scio. ff. de minor l. tutor. ff. de fideiuss. & l. nouissimè. ff. quod fals. tut. autho.

3 Et aduerte, quòd illa dicitur dies iuridica, quæ iuridica deputatur, atque obseruatur in loco, in quo ius redditur, & non in loco rei, vel actoris. & ita se habere communem opinionem refert Abb. in c. fi. de feriis, num. 23. & huic communi scholæ Doctorum videtur se conformare ritus Curiæ Vicariæ 117. incipiens. Item prælibata curia, disponensque attendi debere consuetudinem loci, in quo fuit facta, aliàs exequuta citatio, vtrum dies sit feriata. Cōis opin.

4 Sed vbicunque citaretur, uel executio citationis fieret in loco, in quo curia regeretur, & in eius pertinentiis, deberet equidem attendi consuetudo ipsius curiæ; & istum ritum hodie seruari in Regno planè deducit Carauita ibi, & in ritu præcedenti 116.

5 In quibus quidem locis, & Abb. in d. c. fi. num. 19. cum aliis seq Feder. de Senis consil. 244. & Paul. de Castr. cons. 25. in principio impressis, discurrunt, & resoluunt, vtrum citatio facta die feriata pro nō feriata valeat; & num citatus die feriata comparere teneatur; & nec ne citationis data qualibet die feriata, etiam paschali fieri queat.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIERES possunt esse testes in causis matrimonialibus, saltim quò ad probandum matrimonium contractum.*

2 *Mulieres testes esse possunt etiam in causa matrimonij separandi.*

3 *Pater, & mater in causa matrimoniali, & coniuga li ad testimonium admittuntur. Idem in sorore, & alijs cognatis: arbitrio tamen iudicis debet perpendi quanta fides sit ipsis adhibenda.*

4 *Testes omni exceptione maiores, & magis idonei non requiruntur in probando matrimonio.*

5 *Testes duo, vel tres, simul cum Parocho interuenire debent tempore celebrationis matrimonij.*

6 *Testes de publica uoce, & fama probant in causa matrimoniali, accedentibus quibusdā adminiculis.*

7 *Testis unus cum fama, & confessione coniugum, sufficit ad plenè probandum matrimonium.*

## OPINIO DCCCCXCIII.

1 TESTES esse possunt fœminæ, ac eorum testimonium admittitur, & recipitur in causis matrimonialibus, saltim quando de matrimonio ip-

nio ipso probando agatur. text. est in c. super eo, il 2. de testib. & ibi tradit Abb. in 3. not. & omnes, Henric. in c. quoniam, eod. tit. & ista est communis opinio, attestante Soc. Iun. consil. 29. numero 8. & consil. 31. num. 13. uolu. 2. & ita consuluit Boer. consilio 40. num. 58. cum aliis sequen. *Cōis opin.*

2 Imò hoc ampliatur similiter procedere, quamuis tractetur de matrimonio separando: secundùm Abb. in d. c. super eo, num. 3. not. Dec. consil. 163. sub num. 11. & cons. 142. num. 1. Soc. d. cons. 31. num. 18. & Zasi. not. cō silio 2. 3. 4. & 5. lib. 2.

3 Ampliatur quoque hoc, & interpretatur vtiliter, quòd parentes in eadem met causa matrimoniali, ac cōiugali ad testimonium admittunt. d. c. super eo, vbi hoc explicant Abb. Imol. Henric. & Fely. Are. consilio 13. & Paris. consil. 55. num. 58. & cons. 58. uol. 4. colum. 1. Ideoque apparet patrem, matrem, sororem, & reliquos cognatos ad testificandum admitti in causa coniugali, ac matrimoniali; arbitrio tamen iudicis, qui cautè perpendet quanta istis testibus fides adhibenda sit, ex qualitate causæ pendentis, & ex cognitione pari, seu dispari personarum. quod notat Hostié. & Fely. post alios relatos per eum, in d. c. super eo, Lanfran. in c. quoniam, uers. Testes, num. 59. de probat. Aret. cons. 82. colum. 2. Soc. consil. 17. colum. 4. uol. 1. & Alciat. in tract. de præsump. reg. 1. præsumpt. 2. num. 4. & opinionem istam sequitur quoque, & inquit esse communem Soc. in tract. fallentiarum, in reg. 427. incip. Testes parentes pro liberis, n. 6. & scripsimus latè supra in Opi. 954. Testificari, uel testis esse non potest pater pro filio. hoc cod. lib. fol. 80. *Cōis opin.*

4 Et hinc est, quòd præsens materia contractus matrimonij non est adeò tam suspecta, vt ad eius probationem requirantur testes omni exceptione maiores, uel magis idonei: vt determinauit Rota Rom. attestante doctissimo, atque Illustri D. Oradino præceptore meo in decis. 191.

5 Et hoc idem uidetur statuere, sancireque sancta Synodus Tridentina in sessio. 24. in c. 1. colum. 2. uer. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, de reformatione matrimonij, ubi concludit, matrimonium debere celebrari, Parocho, & duobus, uel tribus testibus præsentibus.

6 Postremò probant etiam in eadem causa matrimoniali testes de publica uoce, & fama, aliquibus adminiculis concurrentibus: secundùm Dec in c. 1. de appell. & DD. de Rota Roma. teste D. meo Oradino in decis. 153.

7 Imò unus testis cum fama, & confessione coniugum sufficit ad plenè probandum matrimonium. ita Mis. decis. 225.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater, & mater admittuntur ad probandum ætatem filiorum, non vt ex hoc plenè, uel semiplenè probent, sed vt faciant aliqualem præsumptionem, & instructionem iudici.*

2 *Pater in causa filiæ testis esse non potest ad fauorem filiæ.*

3 *Patris, uel matris scriptura magis probat super ætate filiorum, quàm eorum uiua vox.*

4 *Testis esse potest nutrix super ætate sui alumni.*

## OPINIO DCCCCXCIV.

1 TESTES licèt admittantur pater, & mater ad probandum super ætate filiorum; non ob hoc faciunt plenam, nec semiplenam probationem, sed aliqualem præsumptionem, & instructionem iudici: secundùm Glo. in l. etiam. ff. de probat. Ioan. And. in add. Specul. in §. 1. in tit. de testib. Bar. in l. de ætate. ff. de dam. infect. & Soc in tract. fallen. in reg. 427. exordiente. Testes parentes pro liberis, num. 8. vbi scribit istam esse communem opinionem, & Lanfran. in c. quoniam contra, in uer. Testes, numero 59. post medium, de probat. *Cōis opin.*

¶ Aliqui uerò Doct. asserunt contrarium, quos recensuimus supra in Opin. 954. Testificari, vel testis esse non potest pater pro filio in 2. limit. post prin. fol. 80. hoc cod. lib.

2 Et de hoc mirandum non est. Nam pater in causa filiæ regulariter testis esse nequit modo aliquo ad fauorem filiæ. l. testis idoneus. ff. de testib. l. parentes. C. de testib. & §. item testis idoneus. 4. q. 3.

3 Et quamuis, ubicunque agitur de probanda ætate filij, depositio patris faciat aliqualem præsumptionem; nihilominus tamen quando ætas seu natiuitas filiorum appareret scripta, atque notata per parentes in aliquo libro, tunc vtique magis probaret patris, vel matris scriptura super ipsa ætate, quàm eorum uiua vox. vt firmauere Ant. de Butr. in c. ex literis, de transact. & Marsil. in l. de minore. §. plurium, col. 11. ff. de quæst.

4 Cæterùm præmemorata communis ita interpretata limitatur locum non sortiri in nutrice: nam nutrix ipsa super ætate alumni sui absque dubio aliquo testificari, & deponere potest: vt voluit Bart. in l. de tutela. C. de in integ. restit. & ibi Bal. & Moder. in l. 1. ff. si certum petatur.

*SVMMARIVM.*

1 *MONACHVS, ac frater minor possunt adhiberi testes in testamento, in quo eorum monasterium institutum sit, uel relictum sit legatum, seu donatum aliquid suo monasterio pro fabrica ecclesiæ.*

2 *Monachus, & frater minor, & clericus possunt esse testes in iudiciis, cum eorum superioris licentia apparente in actis, aliter non probant.*

3 *Monachus in causa monachi testis esse potest.*

## OPINIO DCCCCXCV.

1 TESTES monachi, & fratres minores possunt adhiberi in testamento, in quo eorum monasterium hæres institutum sit, & sic in hoc testamento, & in alio, in quo fieret legatum, seu donatio monasterio pro fabrica ecclesiæ, essent monachi, fratresque mendicantes ipsi idonei testes. c. insuper ext. de testib. & ita uoluerunt Glo. in §. cogitandum, in uers. Testes, in auth. de monachis, Specul. in tit. de teste. §. 1. uers. Quid de monacho, & Ioan. And. ibi in add. Bart. in l. in tantum. §. vniuersitatis, circa fin. ff. de rerum diuis. & in sua minorica. Bald. per text. ibi, in c. nuper, de testib. Franc. Aret. consi. 160. longa est ista conclusio, colum. 13. & seq. Ac. & Bal. in repet. l. 1. C. de sacrosan. ec clesi. colum. 17. q. 3. tertiæ par. Ferrarien. in sua pract. Papien. in for. iuramenti testium, numero 32. & seq. vbi meminit ita consuluisse Ang. Perusinum, Franc. de Ramp & Bar. de Saly. ac obtinuisse in contingentia facti. Et opinionē illorum sequuntur quoque, aiuntque indubitatam esse de iure canonico, Faber. Are. & grauissimus Iureconsultus D. Thobias Nonius, num. 7. & seq. in §. sed neque hęres, instit. de testam. ubi eam tuetur, atque optimè declarat.

2 Item monachus, ac frater minor potest esse testis in iudiciis: secundùm Glo. in d. §. cogitandum, & in l. 1. ff. de testibus Sed hoc falsissimum apparet, prętertimque de iure canonico: vt extr. de cleri. & mona. per totum. & sic tam monachi, quàm clerici in iudiciis testes recipi, examinarique nequeunt absque superioris eorum licentia: vt firmauit Specul. in d. vers. Quid de monacho, Ang. consilio 233. punctus est, quędam Domina Margarita sana mē te, post princ. Alber. in auth. si dicatur. C. de testi. Lanfran. in c. quoniam contra, in c. 8. de testibus, num. 87. de probat. & Ioan. de Amicis consilio 77. num. 17. & sequen. vbi consuluit, quòd de licentia prędicta debet apparere in actis, aliter monachus examinatus nihil probat, secundùm eum, & est uerissimum. & huic opinioni accedit etiam Mis. decis. 30. vbi concludit, monachum testificare non posse absque superioris licentia, si pars opposuerit, vt non sit testis instrumentarius.

3 Et similiter ipse monachus in causa monachi testis adhiberi potest: secundùm Glo. in d. §. cogitandum, & ita se habet communis ob seruantia, & consuetudo, attestante Natta in repet. §. ex imperfecto, sub num. 181. subdente ibi, quod est ualdè rationabilis, nam solent à testatoribus adhiberi, tanquàm legaliores sub spe, quod eorū uoluntates nō reuelentur. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TESTES duo sufficiunt ad condemnationem cuiuscunque delinquentis in causa criminali.*

2 *Testes duo sufficiunt ad condemnandum Papam, & Imperatorem.*

3 *Testes duo sufficiunt etiam ad condemnandum aliquem in causa hęresis.*

## OPINIO DCCCCXCVI.

1 TESTES duo sufficiunt ad condemnationem cuiuscunque delinquentis in causa criminali. text. est in c. 1. & 2. 2. q. 5. & not. Panor. in c. at si clerici, in prin. de iudic.

2 Imò ampliatur mirabiliter hoc, quòd duo testes etiam sufficerent ad condemnandum summum Pontificem, & Imperatorem: secundùm Glos. singularem, & communiter ab omnibus Doct. approbatam, in c. præsul, 4. q. 5. & ita not. Panor. in d. c. at si clerici, in 1. not. in c. licèt vniuersis, de testib. & in c. per tuas, de maio. & obed. & ibi latè Fely. ponens de intellectu, d. c. præsul, Dec. consilio 342. & Pau. de Cast. consi. 303. *Cōis opin.*

3 Ampliàturque prædicta similiter procedere in causa hęresis, vbi duo testes sufficiunt. vt uoluit Cardin. in Clemen. 1. §. penult. de hæreticis.

*SVMMARIVM.*

1 *CONSVETVDO sufficienter probatur per duos testes.*

2 *Emphyteota per duos testes plenè probat solutionem canonis emphyteotici.*

3 *Assensus Baronis & Regis super obligatione, alienationeque feudi, non tantùm probatur per scripturam, sed etiam per duos testes.*

## OPINIO DCCCCXCVII.

1 TESTES duo sufficiunt ad probandũ consuetudinem, & hoc casu diceretur plenè probata ipsa consuetudo. ita tenet Hostien. in Sum ma, in tit. de consue. in 5. quot, & p quos testes, Cyn. & Bar. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Ioan. Fab. in 5. ex non scripto, instit. de iure nat. idem Bar. in l. de quibus, in 4. q. princ. ff. de legi. Abb. & omnes in c. at si clerici, de iudic. & cons. 5 3. uol. 2. Nicolaus Festasius cum magna caterua Doct. in tract. de æstimo, & col lectis, in 2. par. in tit. an, & quando forent indic. num. 30. fol. par. 38. & istam opinionem declarat Rochus Curt. in repet. c. fin. de consuet. in 4. sect. num. 66. fol. 146. & Moder. in d. c. at si clerici, & in d. l. de quibus, aiunt esse communem. Cõis opin.

2 Nota etiam, nec unquàm obliuiscni tradas, quòd ad probandum solutionem canonis emphyteotici per emphyteotam, similiter requiruntur duo testes: secundùm Glos. & Doc. in l. emphyteoticariis. C. de iure emphy. quam sequitur, tuetur, & dicit esse communẽ ibi Ias. num. 134. Cõis opin.

3 Itidem assensus Baronis in obligatione, seu alienatione feudi, non tantùm probatur per scripturam, sed etiam per testes: vt firmarunt Glos. And. de Iser. & alij omnes in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Afflict. decis. 243. Nardus cocus, sub num. 2. ubi hanc esse communem opinionem admittit, & admonet quoque ita fuisse decisum in Sacro Concilio. Cõis opin.

¶ Et quemadmodum sufficit probari assensus Baronis super obligatione, alienatione quę feudi nedum per scripturam, uerumetiã per testes, ita etiam assensus Regis: vt concludit, firmat: que idem And. de Isern. in d. c. 1. co lum. 3. & Afflict. decis. 398. ubi meminit ita fuisse decisum in Sacro Regio Concilio. & ita firmat etiam cum aliis aggregatis per eum Vrsillus in addit. Afflict. in d. decis. 243. numero 3. ubi fatetur hoc semper uidisse approbatum per prædictum Sacrum Concilium Neap. ubi etiam num. 6. adijcit ad probationem huiusmodi assensus sufficere attestationem, & depositionem duorum testium.

¶ Sed isthæc opinio cessat hodie, & nil releuat in Regno, stante Regia pragmatica, per quam inductum extitit, assensum expeditum per uerbum fiat, in memoriali contentum, nullam fidem facere, nisi infra octo menses expediatur, & registretur priuilegium cũ sigil lo pendenti in Regia Cancellaria. Et sic explo ratissimum est, assensum non solùm non posse testibus probari, sed etiam si memoriale fuerit expeditum per uerbum fiat, non probat, nec ualet; nisi infra octo menses fuerit assensus ipse registratus in Regia Cãcellaria, & redactum in publicam formam cum pendenti sigillo.

### SVMMARIVM.

1 *TESTIS inhabilis, si omnium consensu tempore conditi testamenti habilis habebatur, valeret eius testimonium, & testamentum etiam teneret. Et sic infamis, vel seruus reputatus liber tempore confectionis ip sius testamenti foret idoneus testis, num. 2.*

## OPINIO DCCCCXCVIII.

1 TESTIS inhabilis, si tempore conditi testamenti omnium consensu habilis habebatur, ualet eius testimonium, & testamentum ipsum: & per consequens si quis infamis sit, uel seruus, communique æstimatione liber existimabatur, admittitur eius testimonium, & ualet. 5. sed cùm aliquis, instit. de testa. ubi Doct. not. in 1. notabili. & scripsimus supra in Opinio. Infamis potest esse testis in testamento.

2 Et hoc ampliatur procedere nõ solùm in infami, & seruo, sed etiam in muliere, in impubere, & in aliis quibuscunque similibus inhabilibus, qui tẽpore conditi testamenti omninm existimatione muliet, vir arbitrabatur, & iudicabatur impubes pubes, & alij inhabiles, habiles existimabantur: tunc profectò hoc testamento ipsi non noceret: secundum Glos. & omnes communiter in l. cùm lege. ff. de testa. Cyn. Bar. Bal. Alberi. Salyc. Pau. de Castr. Alex. Corn. & cæteros in l. 1. C. de testa. Scriben omnes in 5. sed cùm aliquis, instit. de testa. ubi etiam latè Thobias Nonius sub nu. 2. sequitur opinionem præmemoratatum Doc. & scribit eam communem esse. Cõis opin.

### SVMMARIVM.

1 *VASALLI intolerabiliter oppressi possunt licitè, & iustè occidere suum Principẽ tyrannũ; imò tunc illũ occidere meritorium est, num 2.*

3 *Tyrannus, qui per vim, & tyrannicè absque iure aliquo dominatur, potest à priuato occidi, etiam ueneno, & occultè, si nullum aliud subesset remedium ad tollendam tyrannidem.*

4 *Tyrannus uerus reipublicæ Princeps ex successione, uel electione, non potest occidi a priuato; imo hæreticum foret asserere hoc licere.*

OPI-

## OPINIO DCCCCXCIX.

1 TYRANNVM Principem eius vasalli intolerabiliter oppressi possunt iustè, & licitè occidere: vt tenet, & latè probat Paris de Puteo in tract. syndic. in princip. fol. 10. & Carrerius in pract. crim. in §. circa, *il secondo*, numero 84. cũ aliis Regnicolis signatis ibi per eũ.

2 Imò meritorium est ipsum Principem tyrannum interficere: secundùm Thom. de Aquino in 2.2. artic. pen. cuius opinionem tãquàm periculosam reprobat Ang. de Anchona in tract. de potestate ecclesiastica. q. 54. artic. 3. Fely. in c. cùm nobis. extr. de præscri. nu. 7. circa fin. d. nu. & communiter omnes Doct. secundùm Cæsarem de Perinis, in add. constitutionum Regni Neap. in const. inchoante. Si dãna clandestina patientibus, in tit. de homicidiis, & dãnis clãdestinis, in fin. Et contra sententiam istam Thomæ fuit decisum etiã in concilio Constantiæ. teste Fely. in d. c. cùm nobis. Verùm quòd tyrannus impunè, & licitè interfici possit, latisimè probauit, & optimis, & ferè infinitis rationibus, & authoritatibus consuluit Cataldinus de Boncompagnis de Visso in consi. 55. num. 15. cũ multis aliis seq. quod quidem consil. reperitur inter consilia criminalia diuersorum collecta per Ioan. Bap. Ziletum in primo uol. Cõis opin.

3 Quod certè procederet in tyrãno, qui per uim dominatur, nullum ius habens ad illius reipublicæ regimen. hoc equidem casu potest à priuato occidi, vbi nullum aliud subesset remedium ad illam tyrannidem: vt not. Caieta. 2.2. q. 64. artic. 3. etiam ueneno, & proditoriè: secundum Fabrum, & Ang. in §. iusgentium, instit. de iure naturali, gent. & ciui.

4 Sed si tyrãnus esset uerus reipublicę Princeps iure successionis, aut electionis; tunc ob eius tyrannidem à priuato occidi non posset; imò hæreticum esset asserere hoc licere: vt tradit Alfonsus à Castro in tract. de hęresi. lib. 14. in uer. Tyrannus, & Dominicus Soto, lib. 5. de iust. & iure. q. 1. artic. 3.

### SVMMARIVM.

1 *TORTVRA sine nouis indicijs repeti non potest.*

2 *Torturæ repetitio est arbitraria; cauere tamen debent iudices ab ea sicut ab igne sine nouis indicijs num. 3.*

4 *Tortus semel, & acriter tortus, torqueri iterum nõ potest, secus si leuiter.*

5 *Tortura repeti potest, quando indicia essent multum urgentia.*

6 *Tortura inferri non potest ex indicio remoto à facto.*

## OPINIO MILLESIMA.

1 TORTVRA, seu quæstio absque nouis indiciis repeti non potest, nec debet: secundùm communem scholam Bar. & alio rum, in l. unius. §. reus, in princ. ff. de quæst. Dyn. in tract. de quæst. uer. Quid si aliquis fuit semel tortus, Ang. in tract. maleficiorum, in uer. Fama publica. 3. q. In materia torturæ, Saly. in l. 2. in fin. C. de cust. reorum, Bal. in l. milites. C. de quęst. Abb. in c. cùm in contemplatione, col. 1. de reg. iur. Guid. de Suzaria, in tract. de indiciis, & tortura, in prin. num. 57. cum aliis seq. & ibi Bologninus in add. Alex. consi. 5. uolu. 1. num. 4. & seq. vbi commemorat istam esse communem opinionem, & Carrer. post alios congestos per eum in sua pract. crim. in princ. num. 189. fol. 44. ubi eam in tribus casibus limitat. & plenisimè declarat. Cõis opin.

2 And. uerò de Iser. & Afflict. in consti. Neapol. si damna clandestina, & Paris de Puteo in tract. syndicatus, in uer. Tortura, *il tertio*, de repetitione torturæ, uoluerunt repetitionem ipsam torturæ arbitrariam esse, & ita communiter obseruatur, prout asseuerant Doct. præcitati, & Carrer. ubi supra. Cõis opin.

3 Sed à repetitione torturæ sine nouis indiciis iudices omnes debent cauere sicut ab igne. teste Guid. de Suza. in d. trac. de indiciis, & tortura, num. 59. licèt tam in Regno, quàm alibi auidi inanis gloriæ contrarium obseruent, repetendo torturam ex primis indiciis contra communem theoricam præiudicio eorum conscientiæ, de quibus rebus sic gestis in die iudicij reddituros fore rõnem non dubito.

4 Est benè uerum, quòd super hoc in practica tradit tutisimam distinctionem Ioã. Ant. de Nigris super capitulis Regni, in c. Tormenta. 144. num. 8. cum aliis seq. fol. 134. quæ distinctio, tanquàm optimè fundata, semper mihi placuit, videlicet, quòd semel tortus amplius torqueri non debeat, intelligatur, quotiescunque, vt conuenit, uel acriter tortus esset, secus si leuiter: quia repeti tortura posset. vt affirmauerunt ante Ant. de Nigris ubi supra, Bal. in l. 2. C. quorum appell. non recip. & Marsil. in l. quæstionis modum, nu. 5.

5 Qui ibi num. 7. cõcludit etiam posse similiter repeti torturam ipsam, ubicunque indicia essent multùm urgentia. & idem uoluerũt quoque Soc. Sen. consi. 54. in fin. uolu. 3. Curt. Sen. consil. 60. col. 8. & Boer. decis. 163. nu. 9. & seq.

& seq. & ita obseruatur in magna Curia Vicariæ frequentissimè, & in aliis tribunalibus Regni Neapol.

6 Item tortura inferri non potest ex iudicio remoto à facto: secundùm Bar. & omnes communiter in l. fin. ff. de quęst. Gandin. in tract. maleficiorum, in rubr. de quæst. & tormen. & Ioan. de Amicis conf. 127. num. 26. ubi præsupponit istam esse communem opinionem, & Natta conf. 362. in causa nobilis Catherinæ de Gerris, num. 6. uol. 2. vbi deducit similiter hanc sententiam communem esse omnium Doct. vtriusque aulę. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 TRANSACTIO rescinditur ex remedio l. 2. C. de rescin. vend. secundùm vnam communem opinionem, licèt contraria sententia magis communis sit, quòd non rescindatur ipsa transactio. num. 2.

3 Decisiones Sacri Regij Concilij, cùm proferantur sub nomine Regis, in dubijs casibus obtinent vim imperialis interpretationis.

OPINIO M. I.

1 TRANSACTIONI iuratę per mulierem factæ, in qua appareat enormiter læsa, ac decepta vltra dimidiam iustę æstimationis futurę litis, nullo modo contrauenire poterit; quia iuramentum hoc omninò aufert remedium. l. 2. C. de rescin. uend. secundùm Glo. Innoc. Vincen. Ioã. And. & Anchara. in c. cùm causam, de emp. & uend. Abb. conf. 12. colum. 1. uol. 2. Specul. in tit. de empt. & uendit. §. nunc dicendum, uers. Quid de transact. Glo. in l. Lucius. §. fi. per illum tex. ff. ad Treb. Bal. in rubr. ext. de transact. col. 3. Ang. in l. in summa. ff. de condict. indeb. Cyn. Bal. & Saly. in 3. q. in l. 2. C. de rescin. uend. & opinionem istorum recitat esse ueriorem Alex. in l. si quis cum aliter, colum. 2. ff. de uerb. oblig. & conf. 42. super præmisso themate, col. 4. uol. 1. communem esse inquit, ac in actu practico ab ea non fore recedendum: & similiter Bertran. cōsilio 156. ex processu causæ ceptæ, num. 30. & seq. uol. 8. vbi ita consuluit. & communem præmissam citauerunt quoq; nonnulli alij Doct. quos recensuimus supra in Opin. 532. libr. 2. Mulier omni iuri, quod habet iu bonis paternis, post medium, folio 81. & Alexan. consilio 118. num. 7. uol. 7. Corn conf. 17. uol. 4. Soci. consil. 48. ui fi. uol. 4. & Cagnol. num. 91. & sequen. in d. l. 2. Cōis opin.

2 In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd remedium, d. l. 2. procedat quoque in transactione ista, considerato futuro litis euentu, inclinauerunt Ant. de But. Cardin. & Imol. in d. c. cùm causam, Calde. consil. 3. in tit. de transact. & Anan. conf. 33. circa primum, in 2. dubio. Ray. Bar. Ang. Imol. & Pau. Castren. in d. l. Lucius. §. fin. Bar. Imol. Paul. Castren. & Roma. in d. l. si quis cùm aliter. & opinionem hãc magis communem, & æquam esse meminit Fabianus de Monte, in tract. de emp. & uend. in 8. q. colum. 4. Thobias Nonius conf. 68. numero 5. & Dec. conf. 203. & ita ibi consuluit cum aliquali tamen temperamento, concordia, seu distinctione relata per eum, & consil. 479. num. 9. cum aliis seq. & conf. 55. num. 6. & ita consuluit, & copiosissimè, & elegantissimè Ioan. Cephalus, conf. 1 :o. Vgoniæ statuto disponitur, num. 77. cum aliis seq. vol. 2. vbi respondet contrariis. Cōis opin.

¶ Verum primam opinionem negatiuam fassus est magis communem Paris. consil 56. num. 61. cum aliis seq. uol. 1. ubi sic consuluit, & Iacobus Manchellus etiam in patrocinio, seu conf. 1. num. 17. cum aliis seq. & Zasius cō silio 18. num. 16. uol. 1. & secundùm eandem opinionem contra Bart. & sequaces determinauit, & iudicauit quoque Sacrum Regium Concilium Neapol. teste Afflicto decil. 220. numero 2.

3 Et quia decisiones Sacri Concilij Neap. quæ proferuntur sub nomine Regis, in dubiis casibus succedunt loco imperialis interpretationis, de quo in l. fin. C. de legib. ut per Afflic. decis. 169. Dicta causa, colum. fin. meritò sequor priorem partem negatiuam, quę in effectu est magis communis, secundùm Paris. in d. conf. 98. & magis uera: secundùm Afflict. in d. decis. 220. num. 3. & Zasium d. consilio 18. numero 16. & Cotta in memorali, in uer. Venditor læsus, ubi profert hoc utile uerbum, quòd inuitis dentibus Corn. in consil. signatis per eum, fassus est istam communem sententiam fore.

SVMMARIVM.

1 TRANSACTIO, vel renunciatio super alimentis futuris debitis ex testamento, uel iure necessario, inconsulto prętore, & absque decreto, tanquàm prohibita non ualet.

2 Transactio, seu renunciatio iurata super alimentis futuris ualet, & tenet, etiam facta inconsulto prętore, & sine decreto.

3 Transactio facta cum iuramento super alimentis futuris non tenet, si transigens prius iurauerat non transigere super alimentis.

4 Transactionem lex prohibens super alimentis futuris, an uideatur prohibere pactum gratuitum? remißiuè.

## OPINIO M. II.

1 TRANSACTIO super alimentis futuris inconsulto prætore non ualet, nec tenet: & sic transactio, uel renunciatio ipsa absque decreto de iure prohibita reperitur super alimentis debitis ex testamento, vel iure necessario. l. cùm hi. ff de transact quia, vt docet Glo. ibi, prohibitio hęc facta extitit ob priuatorum commodum, qui propter pręsente paruam pecuniam solent renunciare facillimè futuris, etiam maximę spei.

2 Nihilominus si in dicta trāsactione, adhuc inconsulto prætore facta, interueniret iuramentum, eo profectò mediante ualida efficeretur: vt voluerunt Anchar. in reg. accessoriū, colum. 7. de reg. iur. in 6. Bart. col. fin. & Cumā. in princ. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Innoc. colum. fin. Abb. col. pen. Ant. Innoc. col. fin. Abb. col. pen. Ant. Imol. ante fin. & Alciat. nu. 192. in c. cùm contingat, de iureiur. Alex. in l. qui Romę. §. duo fratres. q. 5. ff. de uer. obl. Ias. in d. l. cùm hi. & idem Ias. col. 1. & Dec. sub num. 12. in l. de alimentis. C. de transact. & Cōis opin. istorum opinio cōmunis est secūdùm Alciat. in d. c. cùm contingat, nu. 193. & seq.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, quòd renunciari, seu transigi non possit super alimentis futuris debitis ex ultima uoluntate, etiam cum iuramento, inclinauit titubanter Bar. in d. l. cùm hi, sub num. 6. & seq. Bal. in l. pactum quod dotali. q. pen. C. de collat. Et licèt considerando hanc esse forte quæstionem dubiam, nec primam, nec similiter secundam opinionem sequi ausi sint Marcus Antonius Baucria in tract. de virtute iuramenti. q. 46. & Tiraquel. in repet. l. si unquam. C. de reuoc. donat. in prin. num. 141. & 156. tamen fatuum, periculosumuè foret in actu practico discedere à dicta prima sententia, quæ uerissima apparet, ex scriptis præmemoratorum Doct. cui quidem inhæret quoque Iacobus Mānchellus cū aliis relatis per eum in patrocinio. 28. Op Cōis opin. positæ exceptiones pro parte dominorum Petronij, nu. 1. & seq. ubi proponit ēt cōem esse.

3 Sed aduerte, quòd licèt transactio super futuris alimentis iuramento confirmetur: tamen si quis à principio iurasset non transigere super alimentis, cùm iuramentum concordet cum iure communi. d. l. cùm hi, non ualeret transactio posteà facta cum iuramento: & sic si posteà transigisset, etiam cum iuramento, transactio ipsa nullius momenti foret, per prædicta, tanquàm facta contra iuramentum primum licitum. quod nota in practica dum eris iudex, vel aduocatus.

4 Similiter etiam, nūquid lex prædicta, quę prohibet transigi super alimentis futuris, censeatur etiam prohibere pactum graruitum? vide Alber. in d l. cùm hi, in prin. & Gal. in rub. ff. de uerb. obli. hoc optime declarātes.

### *SVMMARIVM.*

1 *TRANSACTIO est contractus innominatus.*

2 *Transactio non est contractus lucratiuus, sed ultrò citroque obligatorius.*

3 *Transactio dicitur contractus semilucratiuus, sed non donatio.*

4 *Transactio rescindere procurans in iudicio, tenetur ante omnia restituere accepta, aliàs non auditur.*

5 *Transactio quando celebratur, cautius est, vt dicatur dimittens, uel relaxans, quàm dicatur dans, seu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens, vel relaxans.*

6 *Transactionis propriè cōtractus dicitur, etiam quòd partes in transactione vtantur uerbo conuentionis, & concordię.*

## OPINIO M. III.

1 TRANSACTIO est contractus innominatus; quia habet nomen generis, secundùm Bal. in rub. C. de rerum permut. Glo. Bart. & cæteros omnes in l. siue apud acta. C. de transact. Afflict. decis. 108. procurator patris, sub num. 2. Bertran. cōs. 39. illud certum est, num. 5. in 1. par. primi uol. Ioan. de Amicis cons. 130. num. 11. & ista est communis opinio. vt prędicat Bero. cons. 176. in causa Illustris Domini, nu. 3. & 30. uol. 1. & Coratius in miscellaneis iuris ciuilis, lib. 2. c. 15. n. 7. Licèt, & malè ibi, & lib. 1. c. 23. sub num. 4. sentiat cōtrarium, pro qua uide etiam Bal. in l. quāuis, de transact. & in rub. C. de rer. perm. Gloss. in l. si intra. ff. de pact. & Bar. in l. 2. ff. de iureiur. Cōis opin.

2 Et consequenter etiam transactio est contractus ultro citroque obligatorius, & longè differens à pacto de non petendo, & liberatorio. vt per Alex. & alios in l. transactio. C. de transact. & per Bart. in l. si causa cognita, eodem titulo.

3 Et hinc dicitur transactio, contractus semilucratiuus. ita Bal. in l. contractus, col. 1. C. de fide instrum, sed non donatio: secundùm Bal. in l. suus. C. de repud. hæred.

4 Itaque veniens contra transactionem debet ante omnia accepta restituere. l. si diuersa. C. de transactionibus, Chis. decisione 199. Thomas Grammaticus decis. 66. In causa Excellentis Comitis, numero 22. & Afflict. de cis. 220. In causa domini, n. 4. ubi meminit ita decisum fuisse in Sacro Cōcilio. Et ita cōsului etiam in anno 1576. ad fauorem Magnifici

D. Alphonsi Confalonerij de Recaneto in causa maximi ponderis, & momenti. in qua obtinuit, reportauitque sententiam ad sui fauorem, vt mihi relatum fuit. & ita obtinui ĕt in Regno in varijs causis, & uidi semper obseruari in practica.

5 Et indè est, quòd ubicunque fit transactio, cautius foret, vt diceretur dimittens, vel relaxans, quàm dicatur dans, seu tradens: qa dans, seu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens, seu relaxãs. textus est aureus, & notabilis, secundùm communem intellectum, in l. si pro fundo. C. de transact. vt refert, sequiturque Cremens. singul. 131. Volo dare cautelam, & ibi apostil. affirmans hanc cautelam tradidisse Bald. vasallo transigenti super feudum, in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Federic. in vsib. feud. *Cõis opin.*

6 Est benè uerum, quòd licèt partes utantur in transactione uerbo conuentionis, & cõcordiæ; nihilominus tunc dicitur propriè trãsactionis contractus, & non alius, teste Ioan. de Anicis in d. cons. 130. nu. 2.

### SVMMARIVM.

1 *TREBELLIANICA per testatorem prohiberi potest, & hæreditas tunc peruenit ad fideicommissarium absque detractione ipsius Trebellianicę.*

2 *Clausula, restituas hæreditatem pleno iure, operatur, vt Trebellianicę detractio non censeatur prohibita, secundùm vnam communem opinionem; licèt altera opinio contraria similiter sit communis, quòd si testator iuberet hæreditatem suam restitui debere pleno iure, quòd ob hoc uideretur Trebellianicam prohibuisse, & numero 3.*

## OPINIO M. IV.

1 TREBELLIANICA per testatorem prohiberi potest, & tunc peruenit hęreditas ad fideicommissarium, stante prohibitione hac absque ipsius Trebellianicæ detractione: secundùm Glos. & omnes in l. Marcellus. ff. ad Trebell. & ista est communis opinio: vt per Imol. Alex. & alios ibi in fin. Angel. Aret. in §. sed quia, num. 3. instit. de fideicommiss. hæred. Bald. consil. 170. num. 5. uolu. 5. Bellameram cons. 48. in 2. dub. Aret. consilio 37. num. 10. & consil. 67. circa fin. Bertran. consilio 205. numero 4. in nouis, vol. 3. Dilectum de arte testãdi, tit. 5. de substitutionibus, cautela 31. numero 2. & Bellonum cons. 80. num. 16, & magis communem ait Alexan. consilio 137. num. 6. uol. 1. & Iacob. Philipp. Port. seu potius Ant. Gabriel. cumulatissimè in conclus. 25. Falcidia, libro 6. *Cõis opin.*

2 Quæ nempè communis non procederet, vbicunque testator vsus sit uerbis amplissimis, & prægnantibus, nidelicet restituas hęreditatem pleno iure. tunc enim per ista uerba detractio ipsius Trebellianicæ non censeretur prohibita, & sic istis uerbis non obstantibus esset locus detractioni prædictæ: secundùm Oldra. consilio 248. Castren. consilio 28. colum. 2. volu. 2. Capram consilio 36. in fine. Roma. consilio 75. sub numero 2. & consil. 79. numero 2. & 5. Castren. & Comen. in authen. sed cùm testator. C. ad legem Falcid. Soci. consilio 33. Corset. in tract. de Trebell. §. 2. colũ. penult. Fely. in c. auditis, col. 3. de rescr. Dec. in l. Titia. ff. de inoffic. test. Bertran. consilio 37. volum. 1. in nouis, & consilio 75. nolum. 2. Ruin. consilio 59. in fin. uol. 2. Gratum consil. 103. numero 14. uol. 2. & istorum opinio apparet magis communis. *Cõis opin.*

3 In contrariam uerò partem, videlicet quòd si testator iuberet, seu mandaret hæreditatem suã restitui debere pleno iure, quòd ob hoc uideretur Trebellianicam ipsam prohibuisse, inclinauit Bald. in l. precibus, colum. 15. C. de impub. Alexan. consilio 101. colum. 2. uolum. 6. Guid. Papæ q 537. & consilio 122. & Dilectus in d. cautela 31. num. 3. qui exclamant istam esse communem opinionem. Nihilominus prima opinio realiter, & effectualiter uidetur magis communis, & magis uera ex prædictis: secundùm Soc. Iun. consilio 88. volum. 4. qui consulendo eam tuetur, & amplectitur. *Cõis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *TREBELLIANICA non potest prohiberi à patre filiis primi gradus etiam expressè, secundùm vnam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, quòd Trebellianica prohiberi possit in filijs ipsis primi gradus. nu. 2.*

## OPINIO M. V.

1 TREBELLIANICAM non potest prohibere pater filiis primi gradus, etiam expressè: & sic liberis ipsis post mortem restituere hęreditatem rogatis in casu, in quo duæ quartæ, seu portiones sunt deducendæ, ipsa Trebellianica per filios detrahenda per testatorem prohiberi nequiret, taliter quòd non obstante dicta prohibitione, filij Trebellianicã deducere possunt

possunt: secundúm Bal.& Saly. in l. iubemus. C.ad Trebell.Guid.Papæ decis.51.Alex.consilio 5.in fin vol.4.Soci.in reg.432. in 1.fallen. 5 Gozad.consilio 48. in fin.Bertran.consilio 20. num.10.& in nouis,cons.246.in fin.vol.3.Ripa in l.filiusfamiliàs.§.Diui,num.30.ff. de lega.1.& istorum opinio communior apparet, *Cõis opin.* & passim ob eius æquitatem,ac filiorum fauorem vsu recepta est: secundùm Ias.in l. Marcellus,num.55.ff ad Trebell.Dec. consilio 81.in 4.dubio,& consilio 218.num.5.Gozad.consil. 81.num.15.& consilio 94 sub num.16. Paris. consilio 43.num.26.vol.3.Nattam cons.145. numero 23.uol.1.& consil.528.num. 25. & sequen.uol.3. cum aliis congestis per Couarru. in c.Raynutius.§.11.num.7.de testam. & Iacob.Philip.Port. seu potius per Ant. Gabriel. in conclus.25.Falcidia,lib.5. sub prima limit. uers.Contrarium uerò. Et huic sententiæ, tanquàm communi, inhærent quoque Berous in c.in præsentia,numero 446. dc probat. Cæsar Vrsillus in add.Afflict.decis.367.numero 10. cum aliis sequen. ubi dicit magnum uerbum ita fuisse de anno 1562. iudicatum in Sacro Concilio Neap.& ita iudicauit etiam in fauorem filiorum collegium Bergomense: secundum Cardinalem Albanum in lucubrationibus in Bartolum,in d.l.filiusfamiliàs.§. Diui, numero 6.

2 In cõtrariam uerò partem uidelicet,Trebellianicam prohiberi posse in filiis primi gradus,inclinarunt Cyn.in d.l.iubemus,& aliqui alij uariis in locis, quorum sententiam perhibent magis communem esse Corset. in tract. *Cõis opin.* de Trebell.q.1.Ruin.cons.115.num.25.& consilio 138.in fin.volu.3. Bertran. consilio 130. num.5.& cons.144.colum.2.vol.3.in nouis,& cons.156 ex processu causæ,num.11. vol.8. & Bellonus cum aliis relatis per eum,consil.80. num.19. & seq. qui ultra quòd fatetur de dicta magis communi opinione, eam approbat aliquibus rationibus.

¶ Tamen quicquid ipse cum sequacibus suadeat, non foret aliquo modo recedendum à memorata prima sententia tanquàm sacrosancta,& magis communi; quam sequuti fuimus etiam supra in Opinio.358. libro primo, folio 331.Hæres rogatus hęreditatem restituere. & eam sequutus est etiam ,perhibuitque esse magis ueram, magis æquam, & magis communem, Iacob.Machellus consilio 7.sub numero 6. & doctissimè Illustrissimus Card. Albanus consilio 1.numero 14.& sequen.& cumulatissimè Ant. Gabriell. in d. conclus. 25. vbi eam limitat in decem casibus, & Celsus Hugo consilio 24. proponuntur mihi dubia, numero 18.& sequen.Licèt dum imprimebatur præsens materia & opinio,de mense Aprilis 1581.ex tempore viderim Regium Collaterale Concilium,& sacrum Conciliũ Sanctæ Claræ,simul unitis ipsis oraculis, & Regiis sacris Cõcilijs in anno 1577. iudicasse pro contraria parte, & opinione Cyni & sequacium pręmemorata, quòd filius debeat remanere contentus sua legitima, & quòd pater potuerit prohibere ei detractionem Trebellianicæ. attestante non quidem quassato calamo, sed stylo ferreo, Illustri D.meo Vincentio de Franchis,decis.undecima In causa,nu.10.& seq.

*SVMMARIVM.*

1 *TVTOR, uel curator releuari, & liberari potest per testatorem in suo testamento ab onere reddendæ rationis tutelaris administrationis.*

2 *Testator non potest remittere tutori, uel curatori futurum dolum circa administrationem tutelę fortè committendum: & tunc talis remissio, & liberatio minimè valeret.*

3 *Testator legans tutori, uel curatori quicquid contingeret eos condemnari, & exigi occasione administrationis tutelę: tunc tale legatum non extenderetur ad dolosè commissa, & ad bona aliena apud eos existentia, atque retenta.*

4 *Testator tutori, uel curatori remittere non potest dolum futurum circa administrationem tutelæ.*

## OPINIO M. VI.

1 TVTORI, vel curatori ne rationem tutelę reddat, omninò ipsa liberatio remitti potest per testatorem in suo testamento: & sic ab onere reddendæ rationis tutelaris administrationis liberari, ac releuari potest ipse tutor, uel curator. l. cùm necessitatem. C. de fideicommiss. & l. Aurelio.§.Caius.ff.de libe.lega. & hoc omnes Doct. communiter admittunt absque controuersia aliqua: prout de ipsa communi meminit Rolan. à Valle, consilio *Cõis opin.* 49. Iudicium intentatum, numero 11. cum aliis sequen. uolum.3. ubi istam communem plurimum tuetur,& ampliat etiam locum sortiri,tam in testamentario tutore,quàm etiam in datiuo,& legitimo,vt ei quoque remitti possit confectio ipsa inuentarij.

2 Sed hoc non procederet,ubicunque testator remitteret ipsi tutori, & curatori futurum dolum circa prædictam administrationem fortasse committendum: quia tunc remissio hęc utique non ualeret,nec teneret.l. quidam decedẽs,in prin.ff.de admi.tut. ubi hoc firmauit Dy. & Bar.& in l. si seruus vetitus.ff.de leg.1. vbi etiam id uoluit Io.de Imol.& Ferrarien.in sua pract.Pap. in for. libelli,quo agitur ad reddendũ rõnem tutelæ, super uer. Analogistas.

3 Imò si ipse testator legaret eidem tutori, ac curatori quicquid contingeret eos damnari, & exigi occasione administrationis tutelæ: huiusmodi legatum non extenderetur ad dolosè commissa, uel ad bona aliena apud eos existentia, uel retenta: vt in dicta.l. quidam decedens, in prin.

4 Et perconsequens dolus futurus circa administrationem ipsius tutelæ per testatorem dicto tutori, ac curatori remitti non potest: secundùm Glo.Petr.de Bellapert.Bald. Saly. & Corn.in d.l.necessitatem.Glos.Barto.Ias. colum. fin. & alios communiter in l. actionem. C.de transact.Barto.in d.§.Caius. Ang. Aret. in §.actionum, instit.de act.& Ferrarien.in loco de quo supra, & ita consuluerunt Angel. consilio 171.Gilius Vgonis.Castren. consilio 371.ad primum quæsitum respondetur, Signorol.de Homodeis consilio 109.in quæstionibus præmissis præsentibus, & consil. sequé. Anchar.consilio 117.casus talis est, pater habens quinque filios, Fulgos.consilio 25.spectabilis miles dominus Scipio, Ioan.de Ana. consilio 80.visis, & intellectis iis, quæ in themate, & Barba.consilio 66.inserto inter consil.Cur. Sen.num. 8. & in consilio 4.uolu. 4. & ista est communis opinio. à qua nescio quo spiritu adductus, conatus est discedere consulendo Alexan.consil.164.præsuppono primò circa cõclusionem præmissam, vol.5.& Barba.titubãter consilio 8.Clementissimi Dei, vol. 2. Tamen temerarium, imò impium foret in decisiuis recedere à dicta communi tanquàm sacrosancta. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TVTORES, uel curatores minorum prędia locare non possunt ad longum tempus sine decreto.*

2 *Alienatione, uenditioneque prohibita, videtur etiam tunc prohibita locatio ad longum tẽpus, & sic ad decennium, uel ultra.*

3 *Locatio facta ad nouem annos non dicitur facta ad longum tempus. secus uerò si esset facta ad decem annos, vel ultra.*

4 *Possessio naturalis in locatione ad longum tempus transfertur in conductorem.*

5 *Locatio ubi fit ad decennium, uel vltra, transfertur utile dominium.*

6 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*

7 *Locatio ad decem annos dicitur alienatio, sicut datio in feudum, & in emphyteosim: & sic alienare prohibitus, nec in feudum, uel in emphyteosim dare, nec ad decem annos locare potest.*

8 *Locatio facta ad quinq; annos, ita ut postea in aliud quinquennium ualeat ipso iure, dicitur alienatio.*

9 *Locatione etiam facta ad decẽnium cum pacto, quòd non transferatur dominium, tunc non obstante tali clausula transfertur ipsum dominium.*

OPINIO M. VII.

1 TVTORES, uel curatores prædia minorum ad longum tempus locare nequeunt absque iudicis decreto: vt ex communi sententia omnium Scriben.resoluit Alex.consil. 117.uol.5.& Boer.decis.234.& Pinel.qui eos, & alios refert, de bon.mater.l.1.par.3.nu.64. *Cõis opin.*

2 Et locatio facta ad decennium, uel ultra, dicitur nempè facta. ad longum tempus: & consequenter de huiusmodi locatione ad longum tempus idem iudicatur, quod de alienatione: vtpote quia prohibita alienatione, uel uenditione, isthęc locatio prohibita uidetur. ita Dec.post alios aggregatos per eum, cons. 204.in causa, & Tiraquel. fusissimè etiam in tract.de vtroq.retract.§.1. Glo. 14. num.81. Barth.Romul.in tract. de testatorũ pręceptis, bona extra familiam alienare prohibentium, nu.80.Rip.in l.filiusfamiliàs.§.Diui, nu. 100. ff.de leg.1.Aret.cons.124.col.2.& Pau.de Ca. cons.1111.circa primum dubiũ, col.1.uol. 1.

3 Vbi determinat, quòd locatio facta ad nouẽ annos, non dicitur facta ad longũ tempus, sed quando fit ad decẽ annos, uel ultra, dicitur facta ad longum tẽpus, ubi commemorat istam esse cõmunem opinionem Doctorum vtriusq; classis. *Cõis opin.* Vndè ad euitandum quodlibet periculũ in pręsenti casu, ne locatio ipsa dici possit venditio, consueuere domini rei locãdę locare ad nouenniũ, & hanc consuetudinẽ ex communi opinione seruari testatur Alexã. *Cõis opin.* cons.17.vol.4.Quia infra decenniũ intelligitur modicum tempus: vt firmat etiam Card. Paris.cons.98.præsupponendum, nu.5.uol.4.

4 Et ratio ea est. Nam in pręsenti locatione ad longũ tempus transfertur in cõductorem naturalis possessio.ita Glo.in l.si quis ante. ff. de acq.poss.& in l.3.§.ex contrario, eod.tit.l.si vt certo.§.si duobus uehiculum. ff. commod. Alex.in l.sciendum, in prin.ff.qui sat.cogant. & cons.1.sub num.6.uol.4. Tiraq. in d. tract. de vtroq.retract.§.1.Glo.14.nu.79. & Fely.in c.cùm dilecta, col.2.& seq.extra de rescrip.

5 Imò transfertũ et vtile dñium.Bal.in auth. ei qui iurat, fol.vlt.C.de bo.auth.iud.pos.Bar. Romul.in d.trac.de testatorũ pceptis bona extra familiã alienare phibentiũ, n.78.Tiraq.in d.§.1.Glo.14.n.80.& Alex.d.cõs.17.n.5.vol.4.

6 Et quod locatio ad longũ tps alienatio dicatũ, est tex.cũ Glo.in l.fi.ff.si ager uectig.& in c.ad audientiã, de reb.eccl.nõ alie.Tiraq.in d.trac. de utroq.retract.§.1.Glo. 14.n.83.Ang.in l.filio.§.fi.ff.sol.mar.Ias.in l.naturaliter, nu.15.ff. de acq.pos.& Lap.in alleg.12.disputat, sub n.1. ubi Illustris D. meus Quintil.Mand.in add.in litera A.admonet non tacitè quidem istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

7 Vndè

7 Vndè locatio ad decem annos, alienatio dicitur, vt etiam in feudum, ac in emphyteosim datio. Et inde est, quòd alienare prohibitus, nec in feudū, vel emphyteosim dare, nec ad decem annos locare posset modo aliquo. d. l. fin. ff. si ager uectig. & d. c. ad audiētiam, ubi Abb. Inno. in c. ad hæc, de decim. Bal. in rubr. C. de iur. emphyt. in auth. ei qui. C. de bon. au tho. iudic. possid. Roma. in l. si cōstante. §. quo ties. ff. solut. matr. & Ias. in terminis cons. 29. uol. 1.

8 Quæ quidem communis ita illustrata intantum amplificatur, & locum sortitur, ut si locatio ad quinque annos facta extet, ita ut postea in aliud quinquenniū ipso iure ualeat, & teneat, alienatio uidetur, & neque ab antistite, neque ab alio, qui alienandi facultatem, & potestatem non habet, facta ualet. §. neque illud, in auth. de non. alien. ubi Ang. iuncto. §. emphyteosim. eod. tit. Lap. in d. allegar. 12. & idem Ang. cons. 181. Card. Zab. in c. 1. §. fin. q. penult. de reb. eccles. non alienan. in Clem. & Ias. in terminis cons. 94. n. 2. uol. 1. & Io. Bapt. Plot. cons. 19. casus super quo petitur, sub numero 63. lib. 1. ubi reddit rationem, quòd huiusmodi locatio facta de quinquennio in quinquennium, seu de nouennio in nouenniū ideò non valeat, q͂a præsumitur ea in fraudē facta.

9 Ampliatur quoque secundò eadem communis, quòd si locatio facta sit ad decēnium, vel ultra, etiam cum pacto, quòd non transferatur dominium in conductorem, vt tunc nō obstante tali clausula, & pacto, minimè ualeat ipsa locatio, uel potius ea sapiat naturam uéditionis, quàm locationis, & consequenter ex illa transferatur dominium. vt discurrit, & firmat cum aliis glomeratis per eum, D. Octau. Simoncell. in tract. de decretis, & solennitatibus in contractibus minorum adhibendis, libro 2. tit. 6. inspectio. 2. num. 23. & Ioan. Bap. Plot. cum quodam moderamine, & temperamento in d. cons. 19. num. 63.

*SVMMARIVM.*

1 *TVTOR in contractibus in quibus ipse solus obligatur, potest author esse sibi ipsi.*

2 *Tutor in contractibus ultrò, citroque obligatorijs, & sic in contractu societatis contrahenda inter ipsum, & pupillum, potest præstare authoritatem suam ipsi pupillo palàm, & bona fide.*

3 *Tutor non prohibetur emere à pupillo palàm, & bona fide.*

OPINIO M. VIII.

1 TVTOR non tantùm in contractibus, in quibus ipse solus obligatur, potest author esse sibi ipsi, vt tradiderunt Ioan. de Imol. & Roma. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. & Bald. in l. cùm ipse. C. de contrahen. emptio. sed etiam in contractibus vltrò citroque obligatoriis, & sic in contractu societatis.

2 Nam tutor ipse poterit authoritatem suam pupillo præstare in hac societate, etiam in facto proprio: secundùm communem opinionem Doctorum omnium, quando palàm & bona fide cum pupillo contraheret. l. non existimo. ff. de administ. tuto. & d. l. cùm ipse. vbi Glos. & Salyc. Bart. in l. si in emptione. §. fin. ff. de contrahen. empt. ubi est Gloss. & Cy. in l. senium. C. qui testamen. face. poss. & ita consuluit Soc. consilio 160. num. 4. & sequen. volum. 2. ibi inquiens istam esse communem; quam satis uidetur extricare Ripa in d. l. 1. §. fuit quæsitum, numero 7. ibi explanando ad saturitatem usque d. l. non existimo. licèt, & malè, ac sophisticis, artificiosisque rationibus Dec. consilio 21. & Alciat. in tract. de præsumptionib. in regul. 1. præsumpt. 25. sub numero 2. cum aliis sequen. conentur alteram sententiam contrariam tueri. Cōis opin.

3 Imò quemadmodum tutor potest contrahere societatem cum pupillo, & auctorari actui ipsius pupilli: ita etiam idem tutor potest esse author in re propria, ac emere rem à pupillo, quando res illa fieret palàm, & bona fide; vt quia res pupilli aliqua de causa uendi deberet, posset illam à pupillo emere ipso authore, emendo palàm, & bona fide: vt per Glo. & Bar. in l. pupillus. ff. de auth. tut. & per Bertran. consil. 201. supposita ueritate, num. 6. & seq. volu. 2. secundæ partis, & est text. in d. l. cùm ipse.

*SVMMARIVM.*

1 *VASALLVS renuntiare, & refutare non potest feudum in manibus domini sui, ipso domino inuito.*

2 *Vasallus relinquens rem feudalem non liberatur à præstatione seruitij.*

3 *Vasallus deserens iurisdictionem, & dominiū domini sui, & aliò ad habitandum se conferens irrequisito Domino, cui seruitia præstare tenebatur, pōt cogi ab ipso dño ad reuertendū ad desertā iurisdictionē.*

4 *Vasallus inuito domino feudo renuntiare, & refutare non potest, si feudum concessum sit ad certum seruitium, secus si ad incertum.*

## OPINIO M. IX.

1 VASALLVS non potest refutare, seu renuntiare feudum in manibus domini, ipso domino inuito: secundum Bar. in l. is cum quo, in princ. ff. de aqua plu. arcen. Afflict. decis. 265. num. 53. & decis. 107. sub num. 11. & ibi copiosè, & accuratè Cæsar Vrsillus in add. nu. 1. cum aliis seq. & Alex. in l. si quis vi. §. fin. sub num. 14. ff. de acquiren. poss. vbi docet istam esse magis communem traditionem Doct. *Cõis opin.*

2 Et ideò vasallus relinquens rem feudalem, non vtique ob hoc liberaretur à præstatione seruitij: secundùm communem scholá, & assertionem omnium Doct. quam citat Alberic. in l. sed an vltro. §. is autem, uers. Item allegatur. ff. de neg. gestis. *Cõis opin.*

3 Et hinc quoque est, quòd vasallus deserens, seu derelinquens iurisdictionem, & dominium domini sui, & aliò ad habitandum se conferens, irrequisito dicto domino, cui seruitia præstare tenebatur, posset cogi ab ipso domino ad reuertendum ad desertam iurisdictionem: & sic dominus potest cogere vasallos ad habitandum locum, quem deseruerunt: vt doctè, & copiosè consuluit Io. Cephalus conf. 18. per totum, vol. 1.

¶ In contrariam uerò partem inclinauere nonnulli graues Scriben. uidelicet, quòd uasallus renuntiare valeat feudum, etiam inuito domino, dummodò hoc domini non intersit. & tex. est apertus in c. 1. de vasallo, qui contra constit. Lothar. feud. alien. & eandem sententiam sequitur Marcus Mantua cum aliis relatis per eum, in c. quæ in ecclesiarum, numero 77. & sequen. de constit. ubi Abb. num. 19. dicit istorum opinionem communem esse, & Curt. Iun. quoque in tract. de feud. in 4. pat. in ultima causa omissio. feud. in q. 31. reg. *Cõis opin.*

4 Sed in tam magna Scribentiũ uarietate, quid concludendum? Dic ergò, quòd tutius in hoc foret concurrere cum distinctione tradita, & amplexa per Glo. in c. 1. in Glo. fin. de capi. qui cur. uend. uidelicet, quòd quando feudum concessum appareat ad certum seruitiũ: tunc vasallus, inuito domino, ipsi feudo renũtiare nequiret. Si uerò feudum simpliciter ad incertum seruitium concessum sit, eo equidẽ casu refutare posset. & illam Glo. sequitur Laurentius Syluanus in tract. de feud. recognitione. q. 26. cum aliis quamplurimis citatis ibi per eum, ubi ait in hoc communiter approbari ab omnibus, & item fatetur Alber. in l. cùm fructuarius. ff. de usufruct. Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum, nu. 78. & seq. Zasi. de feu. in 10. part. princ. 2. partic. & in 12. part. uer. Secunda cõclusio, & Mod. in consuet. Paris. feud. §. 1. Glos. 5. num. 3. & sic ista distinctio magis communis apparet, magis realis, magis tuta in iudicando, & consulendo, & deniq; magis uera. *Cõis opin.*

### *SVMMARIVM.*

1 *VENARI recreationis causa licet, etiam in fundo alieno, non autem cũ laqueis, nisi causa capiendi animalia ferocia, & bestias nociuas.*

2 *Venatio capta in agris alienis efficitur capientis: nec ipso domino fundi illam reddere tenetur. quod ampliatur num. 3.*

4 *Venator in dubio præsumitur uenari causa recreationis.*

5 *Piscari licet in loco alieno.*

6 *Venari, ac piscari subditis suis non possunt prohibere Præsides, Barones, & alij similes domini.*

7 *Princeps non potest prohibere vasallos suos uenari, & piscari in suo dominio.*

8 *Principes supremi possunt ex iusta causa uenationem prohibere vasallis suis.*

## OPINIO M. X.

1 VENARI licet recreationis causa, etiam in fundo alieno, auibus, & canibus, nõ autem laqueis, foneis, retibus, & cæteris similibus artibus, præterquàm in occidendis, capiendísque bestiis nociuis; prout sunt leones, apri, & similes. c. 1. §. nemo retia, de pace tenenda, ubi Afflict. Præpositus, & alij hoc expressè firmant, Bertrã. conf. 16. uisis aliis quæsitis, sub num. 5. & seq. vol. 5. Grammat. decis. 67. num. 1. & sequen. num. 9. & seq. & est communis opinio; & tritam regulam esse affirmat Rolan. à Valle conf. 9. num. 22. uol. 2. *Cõis opin.*

2 Et sic aucupatio, seu uenatio capta in agris alienis efficitur capiẽtis, nec domino fundi illam reddere tenetur: secundùm Glo. in l. Diuus Pius. ff. de seruit. rust. præd. & Dyn. & Bar. in l. 3. ff. de acquir. rerum dom. & Angel. Aret. in §. feræ igitur, sub num. 1. instit. de rerum diuis. vbi ait memoratas Glos. communiter ab omnibus receptas esse. & eãdem communem sequitur, approbat, & citat etiam Couarruuias in regula, Peccatum, de reg. iur. in 6. in 2. par. §. 8. uers. Quartò ab eadem conclusione fit, fol. paruo 186. & ita consuluit Rolan. à Valle consilio 9. num. 19. cum aliis seq. uol. 2. idemque firmat Frãciscus Marci decis. 530. num. 14. in 1. par. ubi hoc copiosè declarat, ponitque plures uenationis species, num. 1. cum cęteris seq. & Bertran. in d. conf. 16. numero 6. vol. 5. *Cõis opin.*

3 Vbi ampliat hoc procedere etiam, vt venatores ipsi nullam ferarum captarum portionem reddere dominis locorum teneantur, etiam

etiam si forent captæ post prohibitionem ingressus factam venatoribus per dominum fundi.

4 Et aduerte, quòd uenator in dubio præsu meretur venari causa recreationis: vt uoluit Alex.cons.72.num.13.uol.1.

5 Et quemadmodum venari licet in sylua, seu fundo alieno: ita etiam in loco alieno cui libet piscari permissum est: secundùm Corn. cons.22.numero 2.& seq.uol.4.

6 Imò Pręsides, Barones, & alij similes domini, prohibere non possunt subditos suos venari, & piscari: vt uoluit Guid. Papæ, q.514. D. Restaurus Castaldus præceptor meus, in tractatu de Imperatore, quęst.110.& 311. Bertr. cons.14.super processu causæ agitatæ, num.1. vol.5.& Grammat.in d.decis.67. num.11. cũ aliis sequen. ubi tradit remedium in fauorem Dominorum, & etiam vasallorum tutissimũ. & ita respondet quoque Natta consil.375.uolu.2.& Corneus in d.consil.22. & Bertran. in d.cons.16.num.7.cum aliis sequẽ.uol.5.& sequitur similiter Vrsillus in add. Afflict. in decis.388.num.5.

7 Imò nec Princeps posset prohibere vasallos venari, & piscari: secundùm Dec.cons.197. sub num.1. & seq. & Bartholomęum Romuleum cum aliis illustribus Doct. relatis per eum, in l.1.num.21.cum cæteris seq.ff. de acquir.possess.ubi doctissimè, & uberius, quam alius, quem hucusque uiderim, disputando firmat istam opinionem, & tollit omnia obstacula contraria, & sequitur etiam Rolan.in d.consilio 9.num.12.& seq.& Bertran.cons.38.uiso casu mihi exhibito ex parte vniuersitatis, & hominum, num.10.cum aliis sequẽ.uolu.8.& consumatissimus Dominus Ioan. Antonius de Nigris, in capitulis Regni, in c.84. Magistri forestarum, num.5.& sequẽ. ubi ait istam esse communem conclusionem, & limitat in territoriis vniuersitatum; & communem opinionem vocat etiam Couarruuias in d. regula peccatum, in 2.par.§.8.in prin. *Cõis opin.*

8 Vbi similiter concludit, & communem sententiam esse pręedicat, quòd Principes supremi possint, & valeant venationem prohibere ex iusta, rationabilique causa. & ita consuluit etiam in propriis terminis Natta consilio 604. sæpenumerò interrogatus respondi, uolumine 3. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITIO, seu executio rei immobilis subhastatæ, non seruato ordine l. à Diuo Pio.§ in venditione. ff. de re iud. non ualet, nec tenet; imò annullatur, & reuocatur, secundùm decisionem Concilij Neapol. licèt communis opinio appareat in contrarium, quòd ipsa executio, & uenditio ob huiusmodi ordinis transgressionem non irritetur, neque annulletur.*

## OPINIO M. XI.

1 VENDITIO, seu executio rei immobilis subhastatę, nõ seruato ordine, seu forma posita in l.à Diuo Pio.§. in uenditione. ff. de re iud. stante quòd tempore ipsius executionis reperiebantur bona mobilia in domo debitoris, in quibus poterat, & debebat prius fieri discussio, redditur nulla, ac penitus reuocatur: secundùm Ioan.de Imol.& Alex.in d.§.in uenditione, & Rotam Neapol. quæ ita iudicauit, teste Afflicto decis.358. In causa inter nobilem Antonium.

¶ Cõtrariam uerò partem, uidelicet, quòd dicta uenditio, & executio ob transgressionẽ ordinis, d.§.in uenditione, non annulletur, nec reuocetur, & sic quòd teneat, & valeat, nisi appelletur, uoluerunt Abb.in c.quòd ad consultationem, de senten. & re iudic. Bar. Ias. & alij omnes communiter in d.§.in uenditione; Ioan.And.& Ant.de But.in c.quoniam.§. fin. vt lit.nõ cõtest.Bal.in l.ab executore.C.quor. appel.non recip.Bertran.cons.145. errant Alziarius, & Vernia, num.5.vol.6.vbi ostendit istam esse communem opinionem, prout hoc idem fatetur Vrsillus in add. Afflicti in d. decis.358.num.1.Sed concurrit ibi cum aliis aggregatis per eum cum prima opinione Ioã. de Imol.& aliorum, quam asserit semper uidisse obseruari in practica in Sacro Regio Concilio Neap.& ita vltra bis uidi etiam in Curia nostra Aquilana annullatas aliquas uenditiones, & executiones factas non seruato ordine d.§.in uenditione.& destitutos esse emptores, pariter à possessione per iudicem ipsarum rerum emptarum. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITORES mercium, cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipsis mercibus venditis, non præferuntur ullo modo.*

## OPINIO M. XII.

1 VENDITOR mercium nõ prefertur cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipsis mercibus uenditis: & sic si mercator vendidit merces suas alicui mercatori, & transferat dominium, & ille mercator promittat soluere in certis nundinis, & posteà aufugiat, & extent merces

merces uenditæ, & compareant alij creditores: tunc mercator, qui vendidit istas merces, nullum habet priuilegium in illis mercibus, nec præfertur aliis creditoribus, quamuis extent dictæ merces: vt voluerunt Dyn. Bart. Ang. Bald. Alex. Iaſ. & cæteri omnes in l. ſi cũ dotem. §. fin. ff. ſolu. matrim. & Bal. in l. fin. C. commodati, & in l. enm cui. C. de act. & oblig. & in l. in rebus, colum. 2. C. de iure dot. Pau. Caſtren. in l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de tribut. & Stracca cum aliis relatis per eum, in tract. de mercatura, in tit. de decoctoribus, in vlt. part. qui potiores in bonis decoctorum habeantur, num. 5. qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶ Sed contrarium, & malè, ac titubanter quidem videtur ſentire Bal. in l. pro debito. C. de bonis auth. iud. poſsid. quem in uno caſu ſaluat Iaſ. in l. creditor, *la prima*. ff. ſi cer. pet. ſcilicet quando pecunia fuiſſet expreſsè, & ſpecificè mutuata ad emendum, tales merces cenſentur tacitè obligatæ, & in illis tanquàm tacite hypothecatis præfereretur oibus creditoribus prioribus quod quidem côiter reprobatur per Doct. vt ſupra in Opin. 536. lib. 2. folio 91. Mutuans alicui pecuniam, oſtenſum eſt.

## SVMMARIVM.

1 *VENDITOR paciſcens cum emptore, vt infra certum tempus ei liceret rem alienatam redimere, non poſſet eam redimere tranſacto ipſo termino.*

2 *Emptor alicuius rei, mediante iuſto pretio, bonaque intentione, ac omni fraude remota, licitè, & ſecura conſcientia potuit ipſam rem emere, & donec ea redimeretur, faceret fructus ſuos, nec teneretur eos in ſortem modo aliquo computare.*

3 *Venditio facta cũ læſione, aut deceptione ultra dimidium iuſti pretij, poteſt recuperari, non obſtante tranſacto præſcripto termino, & ſtabilito ad redimendum rem ipſam ita uenditam.*

4 *Minor uendens, & promittens reemere rem uenditam infra certum tempus, & non reemens debito tempore, habet reſtitutionem in integrum, etiam elapſo ipſo termino in minori ætate.*

## OPINIO M. XIII.

1 VENDITOR cum emptore paciſcẽs, vt ei infra certum tempus liceret redimere rem venditam: tunc tranſacto ipſo termino ſtatuto, & conuento redimere ipſam rem non poſſet aliquo modo: ſecundùm Curt. Sen. cum aliis glomeratis per eum, conſ. 59. colum. pen. Goza. conſilio 87 num. 5. Cagnolum in l. 2. numero 64. C. de pact. inter emp. & uend. & Tiraquel. copioſè in tract. de retractu conuentionali. §. 1. Gloſ. 2. num. 43. & 53. in quibus locis oſtendunt iſtam eſſe ueram, & communẽ ſententiam. Cõis opin.

2 Imò emptor ipſe alicuius rei iuſto pretio, bonaque intentione, & abſque fraude, licitè, & ſecura conſcientia potuit rem iſtam emere; & donec, & quouſque redimeretur, faceret fructus ſuos, nec teneretur aliquo modo eos computare in ſortem: ſecundùm omnes Doct. in c. ad noſtram, de emptio. & uend. Coraſium in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 3. c. 9. ſub num. 2. & ſeq. & Roſarium Buſti, cum aliis coaceruatis per eum, in ſermonibus prædicabilibus, in 1. par. ſermone 27. in litera N. o. q, r, s, t, & v. ubi iſtam opinionem approbat, tuetur profuſè ab omnibus contrariis, & communem ait. Cõis opin.

3 Sed communis ſententia prædicta in principio poſita limitatur non habere locum, ubicunque uenditio iſta reperiretur facta cùm læſione, ſeu deceptione ultra dimidium iuſti pretij: tunc enim non obſtante tranſacto præſcripto termino recuperati poſſet ipſa res uendita: ſecundùm Hoſtien. in ſumma de vſuris, in §. an aliquo. cum quo ſentiunt Iacob. in l. 2. ff. ſi cert. pet. Tiraquel. ubi ſupra, nu. 55. Bertrã. conſilio 88. in fin. uol. 1. Soc. Iun. conſilio 104. num. 3. uol. 3. & Caſſan. conſ. 11. num. 40. & Ioan. Ant. de Nigris in capitul. s Regni, in cap. 270. Nouiter noſtræ Maieſtati relatum eſt, ſub numero 27. vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem. Et hoc non mirùm, quia iſte contractus, ſeu uenditio ultra dimidium iuſti pretij non ualeret, neque teneret, ut ſcripſimus infra in Opinione. Venditio ultra dimidium. hoc eod. libr. 3. Cõis opin.

4 Item claudicat eadem communis in minore, qui etiam elapſo tempore pacti appoſiti de retrouendendo cum eo reſtitueretur, & ad mitteretur ad reſtitutionem in integrum elapſo dicto tempore in minori ætate: ſecundùm determinationem, & deciſionem Sacri Regij Concilij Neap. contra Curt. Sen. & citatam per Vrſillum in add. Afflicti in deciſ. 210. numero 4. & ſeq.

## SVMMARIVM.

1 *STIPVLATIO valet vt ſtipulatio, & ut uenditio, ſi dictum ſit, uendis mihi domum pro centum, & tu reſpondes uendo. & quamuis conſtet contrahentes cõtractum emptionis, & uenditionis principaliter agere voluiſſe; tamen cùm interfuit forma apta ad ſtipulationem cõtrahendã, quæ conſiſtit in interrogatione, & reſponſione, contracta uidetur ſtipulatio.*

## OPINIO M. XIV.

1 *Venditio.* STIPVLATIO fit per interrogationem, & responsionem, quando con trahentes aliud agebant: & sic si dictum sit, uendis mihi domum per centū, & tu respondes uendo; iā constat contrahentes contractum emptionis, & uēditionis principaliter agere voluisse. Sed licèt id principaliter agant, tamen interfuit forma apta ad stipulationem contrahendam, quæ consistit in interrogatione, & responsione, contracta uidetur stipulatio; & ex quo fernata est forma stipulationis, in hoc casu ualet, & tenet stipulatio ipsa, & contractus hoc eodem casu ualet, vt stipulatio, & ut uenditio: vt voluerunt Cyn. Iacob. de Arena Alber. & cæteri in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testa. Faber. in §. sed cùm aliquis, in stit. de testa. Roma. in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerbor. oblig. Cuma. & Alex. in l. si stipuler. § fin. cod. tit. & ista est communis opinio: secundùm Ripam in rub. num. 10. cod. tit. & Marcellum Berincutium colum. 48. uers. Alia modò subiungitur hinc quæstio, quam sequitur, & tuetur quoque ibi Ruin. nu. 35. cum aliis seq. *Cōis opin.*

¶ Et licèt Marcellus Torniellus, num. 99. cum aliquibus aliis Moder. ibidem videantur disputando inhærere contrariæ sententiæ: nihi lominus ob eorum subtilitates, & vanitates potius fatuum foret recedere à dicta commu ni uerissima, atque santissima: vt eam latè, & doctè tuetur, & uocat magis communem cū cæteris signatis per eum, Iacob. Mandellus de Alba in d. rub. ff. de verb. oblig. num. 158. cum aliis sequentibus.

¶ Qua quidem communi retenta, aduerte, quod vtilitas in præsenti casu consisteret in hoc. Nam si quis succumberet ex una causa, posset vtique ex altera agere: vt not. Ruinus vbi supra, cum cæteris Modernis.

### SVMMARIVM:

1 *VENDITOR deceptus vltra dimidiam iusti pretij in uno nummo tantùm, potest agere, ut sibi totum, ac integrum iustum pretium sopplcatur.*

2 *Emptor emens rem ualentem quatuor pro decem, censetur deceptus vltra dimidiam iusti pretij in uno tantùm nummo: & ob excessum vnius nummi ultra dimidiam prædictam, sibi totum, ac integrum iniustum pretium so lutum restituendum foret.*

## OPINIO M. XV.

1 VENDENS rem ualentem decem pro quatuor, deceptus censetur ultra dimidiam iusti pretij in vno tantùm nummo: & ob excessum vnius nummi ultra dimidiam prædictā, sibi totum, ac integrum iustum pretium supplendum foret: secundùm Gloss. in uers. Dimidiam, Abb. in 2. nota. & cæteros in c. cùm cau sa, extr. de empt. & uend. Bal. quæst. 12. Salyc. colum. 1. Paul. Castren. num. 2. & seqnen. & Cagnolum, numero 137. in l. secunda. C de re scind. vend. Anchara. in repet. c. canonum sta tuta, colum. fin. de constit. Cepoll. in tractatu de simulatione contractuum, nnmero 28. & sequen. & Sanctum Bernardinum Protectorem nostrum in sermonibus de Euāgelio æter no, in serm. 34. artic. 2. sub c. 1. & serm. 35. artic. 1. c. 2. Abb. Ant. Burg. & Aug. Beroum sub numero 16. in c. cùm dilecti, de emptio. & ven dit. vbi perhibet istorum opinionem commu nem esse. Idemq̀ne fatetur Tiraquell. in tract. de iud. in reb. exig. ferendo in 50. limit. cui inhæret quoque Ioachimus in obseru. 73. cen turia 4. ubi testatur ita pluries in Camera Im periali iudicatum fuisse. *Cōis opin.*

2 Quod uoluit Cagnolus etiam in dicta. l. 2. ubi numero 54. & 137. ampliat procedere similiter in emptore decepto ultra dimidiam iusti pretij, cui competit quoque remedium. d. l. 2. & affirmat istam esse communem opinionem, & sequitur quoque S. Bernardinus in d. serm. 34. artic. 2. sub c. 1. in quo casu, inquam, traditur exemplum per Doct. verbi gra tia, quòd valeat res empta decem, & emptor soluit sexdecim, qno casu ipse emptor decept' est in sex, quæ sunt plusquàm pars dimidia, quæ est quinque, ideòque potest agere ad recuperandum pretium, quod plus dimidia iusti pretij dederat, vt supra ostendimus ex opinione communi; quia vltra dimidium iusti pretij deceptus est. *Cōis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *EMPTOR promittens rem emptam à duobus, eis retrouendere, non cogitur uni ex eis reuendere partem: quia contractum ipsum diuidere non compellitur.*

OPI-

## OPINIO M. XVI.

1 VENDITA re uni à duobus cum pacto retrouendendi: tunc equidem alter ex uenditoribus, data pretij parte, non admittitur ad recuperationem partis: & sic promittens rem retrouendere duobus, à quibus eam emerat, non cogitur uni uendere partem: quia cõtractum ipsum diuidere non cogitur: secundùm Bart. Ang. Paul. Castren. in l. si quis aliã, de solut. Bartol. Alexan. & Lancell. Dec. in l. cui vsusfructus. ff. de vsufruct. leg. Gozad. Bonon. & Cagnol. quęst. 12. in l. 2. num. 102. C. pact. inter empt. & uend. Ioan. Plateam in l. fina. C. de agric. & censitis, lib. 11. & Franc. de Capite Lilæ, in l. 1. in fin. C. quando non pet. partes, Franciſc. Aret. in l. cùm seruus, colum. 2. de acquiren. hæred. & consilio 6. colum. 1. & conſ. 130. Fabianum in tract. de empt. & uendit. in 2. quæstio. 7. principio quæstionis, Bertach. in suo repertorio in uerbo, Obligatus, in uerſ. 125. Iaſ. in l. si duo patroni, de iureiuran. & in l. stipulationes non diuiduntur, numero 20. & seq. de uerborum oblig. ubi ait ita omnes Doct. tenere. & sic tenendum esse in iudicando, & consulendo in medium referauit Soci. in l. 1. §. sed & quoties. 3. notab. ad Trebel. & consilio 200. colum. pen. uolum. 2. & consilio 125. colum. 3. & consilio 16. volum. 4. ubi
Cõis opin. ostendit istam esse claram decisionem, nec ullum Scribentium reperiisse, qui ei aduersetur. & in hanc partem inclinat quoque Corn. consilio 51. numero 5 uol. 2. Alexã. consilio 143. volum. 7. Paul. Castren. consilio 221. colum. 1. nouiſſ. Bald. conſ. 32. colum. 1. uolum. 2. Dec. in l. eius qui. §. quas uerò, not penult. ff. si cert. pet. Ruin. in d. l. stipulationes non diuiduntur, num. 38. & sequen. & consilio 82. num. 4. uolum. 1. & consilio 47. num. 4 in fin. Mart. Bascoletus in suo arbore diuidui, & indiuidui, num. 58. dicens istam esse communem
Cõis opin. opinionem, Bertran. consil. 41. uol. 3. & candẽ sententiam appellat pariter communem Alexandrinus conſ. 90. in princ. Alciat. in l. 4. §. Cato, num. 57. idemque approbat Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. Pariſ. consilio 33. num. 42. uol. 1. Boer. deciſ. 241. & copiosè Tiraq. in tract. de utroq; retractu. §. 23. Glo. 1,

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITIO ultra dimidiam iusti pretij facta non ualet.*
2 *Remedium l. 2. C. de rescind. uend. habet etiam locum in re uendita ad subhastationem: & sic uenditio facta ad publicum incantum vltra dimidiam iusti pretij non tenet.*

## OPINIO M. XVII.

1 VENDITIO ultra dimidiam iusti pretij facta non ualet. l. 2. C. de rescind. uendit. ubi Doct. Bald. consilio 108. & 386. volum. 1. S. Bernardinus Protector noster, in sermonibus suis de Euangelio æterno, in serm. 35. art. 1. sub cap. 2. & Corn. consilio 56. consuluit. 66. circa, & 201. visis, uolu. 3. & consilio 284. copiosè, uol. 4.

2 Sed hoc non procederet, quando venditio facta esset ad publicum incantum, & sic ad subhastationem: secundùm Agn. in l. 1. C. de præscript. 30. ann. & in repet. l. sciendum, colum. 6. ff. de uerb. oblig. & Afflictum in tractatu de iure prothomiseos, in §. 2. sub numero 19. fol. par. 47. & Ang. consil. 142. Tutor pupilli, qui ad restitutionem dotis maternę tenebatur, in fin. vbi consuluit in notabili casu. quòd si tutor uendidisset bona stabilia pupilli necessitate urgente, & interuenientibus publicis subhastationibus, secundùm formam iuris, ac iudicis etiam decreto, plus offerenti: tunc equidem si reperirentur dicta bona plus ualere, quàm uendita essent, tutor illud plus, quod valebant ipsa bona subhastata, compelli non posset ad resarciendum de suo.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd remedium, d. l. 2. habeat etiam locum in re uendita ad subhastationem, inclinauerunt Bart. in d. l. 1. C. de pręscrip. triginta ann. Roma. & cæteri omnes in l. si quis cùm aliter. ff. de uerb. oblig. Soc. in tract. fallent. in reg. 436. incipien. Venditio ultra dimidiam, numero 3. Marsil. in repet. l. fin. num. 47. ff. de iurisd. omnium iud. & istorum opinionem fatentur esse magis communem Alexã. conſ. 117. Cõis
circa finem, uol. 7. Grauet. consilio 29. numero 4. & Moder. in d. l. 2. & Franciſ. Turzanus in opin.
suis Opinionibus communibus, Opin. 152. quamuis.

¶ Fallitque regula præmissa in altero casu tradito per S. Bernardinum in d. serm. 35. art. 1. c. 2. post princ. & in undecim aliis casibus, quos eleganter proposuit Soci. in d. reg. 436. per totam.

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITO prædio ad mensuram, non uenit ripa fluminis inhęrens ipsi, nisi aliud conuentum sit.*
2 *Fossata priuatorum, vt termini terminantes, non terminati connumerata, fundo uendito, non mensurantur.*
3 *Fossata vt termini terminantes, rei venditæ accedunt, cui deseruiunt.*

4 *Eminus rem, non eius fines.*

5 *Dictio, iuxtà, propinquitatem per vnum, vel duos pedes denotat.*

6 *Non est recedendum à verbis instrumenti, in vim pacti prolatis.*

7 *Deceptus in qualitate rei venditæ, ad interesse agit. & num. 37.*

8 *Fossata priuatorum, vt termini terminati intrá existentia, vendito, vel legato fundo, tanquàm eius pars mensurantur. & nu. 10.*

9 *Fossata, vt termini terminati, venditoris sunt.*

10 *Fossata ista priuatorum, proprietatis iura, dominijque vsus fundi, dicuntur.*

11 *Fossata agrorum ad perpetuam rei, seu agri vtilitatem destinata censentur.*

12 *Consuetudini præscriptę, & generali, standum est; quæ probatione non indiget.*

13 *Consuetudinis magna authoritas.*

14 *Dictio, iuxtà, diuersimodè sumitur, & secundùm subiectam materiam. nu. 15.*

15 *Dictio, intrà, pro iuxtà, aliquando ponitur.*

16 *Dictio, iuxtà, continuatiuè etiam capitur.*

17 *Interpretatio in dubio contra fundantem se in uerbis, fieri debet.*

18 *Verba in dubio secundùm cursum ordinarium, non autem extraordinarium sunt assumenda.*

19 *Mandatum generale procuratori, de solitis à domino fieri, datum; de solitis ordinariè fieri, & non extraordinariè intelligitur.*

20 *Verba secundùm casum accidentalem non intelliguntur.*

21 *Iactare suum nemo pręsumitur.*

22 *Verba in contractibus, & vltimis voluntatibus sunt interpretanda prout contrahentes, & testantes interrogati verisimiliter intelligerent.*

23 *Verba potius impropriantur, quàm ex eis tertio pręiudicium inferatur.*

24 *Fossata, in quibus maxima utilitas consistit, gratis concessa per venditorem non præsumuntur.*

25 *Pretium ad qualitatem, & quantitatem rei relatum, an aliquid in uenditione includatur, uel non, detegit.*

26 *Verba in instrumento apposita, ex consuetudine, & modo utendi declarantur.*

27 *Verbum dubium ex adiunctis uerbis interpretatur, disiunctim, uel coniunctim.*

28 *Dictiones exclusiuè, quę per eandem rationem procedunt, minimè excludunt.*

29 *Fossata extra fundum, quæ dicantur, & ad quorum vsum sint.*

30 *Rustici testes, in materia confinium, benè probant.*

31 *Vicini scire facta uicinorum pręsumuntur.*

32 *Situm intrà fines loci, præsumitur iure dominij ad locum pertinere.*

33 *Felynus. in c. quia iudicante, num. 8. extra de præscript. & Alex. consilio 120. num. 6. libro 2. declarantur.*

34 *Dictio, iuxtà, non excludit quę ad perpetuum rei vsum sunt concessa.*

35 *Idem iuris est de toto, quò ad totum, quod de parte, quò ad partem, & pars in toto continetur.*

36 *Qui vult vnum, vult omne, sine quo illud esse nequit.*

37 *Mens contrahentium attenditur, non sonus verborum, etiam illa impropriando.*

## OPINIO M. XVIII.

1 VENDITO prædio ad mensuram, ut decem uidelicet soluãtur pro quolibet iugere, pertica, seu cuppa: tunc Ripa fluminis publici, cui prædium hoc venditum inhæret, non ueniret mensuranda, nec computanda in pretio, & mensura, sed cederet emptori, nisi aliud expresè esset inter contrahentes dictũ, seu conuentum: secundùm Barto. in tract. de fluminibus, vel Tyberiadis, col. 2. num. 4. cum aliis seq. Bal. in rub. colum. 10. & seq. ff. de rerum diuis. Fabian. in tract. de empt. & uend. in 6. q. princ. col. 4. uers. Circa quartum membrum, Aret. in §. riparũ, instit. de rerum diuis.

¶ Contrariam uerò partem tenuit Vbertus de Bobio, Ray. & Cyn. in l. riparum. ff. de rer. diuis. & Ias. in l. quominus. ff. de fluminibus, num. 70. cum aliis sequē. Cæterùm quicquid isti Doct. antiqui simul cum Ias. suadeãt, ob hoc tamen non recedo à prima opinione Bar. imò eam sequor tanquàm communem, prout communem esse explicat Alexan. consilio 120. uol. 3. & Ias. in d. l. quominus, vbi inquit num. 72. durum fore in actu practico ab ea recedere, & inibi Ripa num. 73. cum aliis seq. fatetur esse communem, amplectitur, & *Cõis* ampliat in uno casu, & in duobus aliis limi- *opin.* tat. & sequitur pariter Hier. Brixianus. in tractatu de finibus. c. 23. folio par. 28. præclarissimus D. Pet. Follerius in pragmatica de censibus, in rub. Dummodò annualis census huiusmodi, num. 7. & seq. fol. par. 218. & Bal. in d. l. riparum, vbi refert, & reiicit sententiam dictorum antiquorum.

¶ Et cùm in præsenti materia celeberrimum viderim consilium, per Excellentissimum D. Iosephum de Rusticis de Aquila redditum, & per primarios Doctores Neapolitanos, quorum aliqui inter Regios Consiliarios Sacri Concilij nunc dignè conspiciuntur; primarios etiam Doctores Aquilanos subscriptum: libuit illud summo studio, miroque artificio ac ingenio elaboratum, hìc pro maiori opinionis prædictæ elucidatione ac ornamento inserere: grauia etenim & illustria, silentio inuoluenda non sunt.

# IOSEPHI

## DE RVSTICIS V. I. D. AQVILANI CONSILIVM.

Diuino implorato præſidio.

*MAGNIFICVS Ioannes Franciſcus Vetuſtus, mediante publico inſtrumento, in ſolutum, & pro ſoluto dedit Magnifico Ioanni Vincentio Aliſero, dotis nomine Dominæ Sarrhæ Vetuſtæ, cuppas quinquaginta terræ pratiuæ, de quadam eius petia terræ pratiuæ ſitæ in pertinentijs de Cambiano, vbi dicitur, Turris, iuxtà viam, iuxtà formam circùm, iuxtà bona populi mediante forma, & alios fines, ſi qui ſunt ad præſens, vel in futurum eſſe poterunt dictæ rei in ſolutum datæ, plures aut veriores, capiendas ab vno latere, ad electionem dicti Ioannis Vincentij. Ex his modò inſtrumenti verbis, quæritur, an foſſata prati prædicti inſolutum dati veniant menſuranda.*

2 ET inhærendo veritati, ac breuiter omnia perſtringendo, videtur primo aſpectu foſſata iſta, nullo modo eſſe menſuranda. Primò, nam foſſata, etiam priuata, venientia, vt terminus terminans, non vt terminus terminatus, nõ intra ſed extra fundum poſita, de quibus non inclnſiuè, ſed excluſiuè fit mentio, non ſunt menſuranda: ſecnndùm Bal. in rubr. num. 25. verſ. Ager autem. ff. de rer. diuiſ. Franc. Rip. in l. quominns, num. 76. verſic. Item intellige in ripis. ff. de flumin. omittendo alia diſtinctionis capita, ex eiuſdem Baldi intentione, pet Magnificum D. Conſulentem propoſita, ad rem iſtam non facientia.

3 Et ſic in conſequẽtiam rei venditæ accedunt, cui deſeruiunt Bartholom. Cæpoll. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. in cap. de Ripa, verſ. Sed dubium eſt. Etenim, vt idem Veronenſ. in d. tract. aſſerit, in cap. de Torrente, verſiculo, Sed quid ſi reperiuntur.

4 Rem eminus, nõ eius fines. Sed ex inſtrumento conſtat, dicta foſſata pro finibus prati aſsignari; cum per Magnificum Ioannem Franciſcum in ſolutum, & pro ſoluto dentur cuppæ quinquaginta prati, de quadam eius petia terræ pratiuæ, & dicatur, iuxtà formam circùm, fiatque mentio excluſiuè de foſſato ipſo, per dictionem, iuxtà.

5 Denotantem propinquitatem per vnum vel duos pedes. Bart. poſt Gloſſ. in l. quidam Hiberus. ff. de ſeruit. urb. præd. & in his propriis terminis tradit Fely. in c. quia iudicante, colum. fin. num. 8. uerſ. Et ſi in inſtrumento, extr. de præſcript. & Alex. conſil. 120. Omiſſis argumentis, num. 6. lib. 2. ideò eſt dicendum non poſſe, aut debere modo aliquo ex iuris diſpoſitione menſurari.

¶ Secundò, nam in inſtrumento expreſsè inſolutum dantur tot cuppæ prati, de petia terræ pratiuæ. quo caſu cenſetur, imò clarè elucet, uẽdita pars fundi, quæ uerè, & in effectu tot cuppas prati contineat, quot uenditæ, ſeu inſolutum datæ fuerunt, non autem foſſata.

6 A' quibus inſtrumenti uerbis certam ſpeciem prati, & corpus determinatum indicãtibus, & in vim pacti prolatis, vti apertiſsimis, non uidetur poſſe recedi. arg. l. legẽ. C. de pact. l. ea. C. de cond. ob cauſ. l. continuus. §. Griſogonus. ff. de uerb. oblig.

7 Quinimò, quando tali caſu id, quod de fundo fuerit aſsignatum, non eſſet uerè pratum, daretur locus textui in l. ſi in qualitate, & in l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de act. empt. dictuſque Ioannes Vincentius, tanquã in qualitate fundi deceptus, poſſet agere ad intereſſe, & ex hoc vlterius foſſata huiuſcemodi, nequeunt menſurari.

¶ Quibus tamen ſic explicitis non obſtantibus, contrarium uerius eſt, vt ſcilicet foſſata iſta debeant menſurari. pro quo facit text. in l. prędia maritima. §. ſi ita legatũ, ubi Gloſſ. & Bart. nu. 1. ff. de fund. inſtruct.

8 Dicentes per illum text. legato fundo foſſata cedere, & menſurari cum fundo debere. ſecùs in via. Et adſtipulantur. l. id quod uenditur. ff. de pericul. & commod. rei uend. l. fundi, in princ. ff. de act. empt. quæ expreſsè loquuntur.

9 Foſſata etenim iſta ſunt uenditoris. vt per l. maritus. ff. de acquir. rer. dom. tradit Veronen. in citato tract. de ſeruit. ruſt. pręd. in cap. de Ripa, uerſ. Illæ enim foſſę. & uerſic. Et videtur, quòd ſic. Vndè Ang. de Aret. id comprobando, dicebat, quòd foſſata, quæ homines pro cultura, & agrorum ſeruitio faciunt, non eſt mirũ ſi ſunt priuata, quia ſunt pars fundi, & per conſequens fundo uendito, debent menſurari, ſicut ipſe fundus. per d. l. prędia, in § flumina, num. 1. uerſ. De foſſatis. inſtit. de rer. diuiſ. id ipſumque ratum habuit in §. riparum quoque, nu. 2. uer. Quid de foſſatis, eod. tit. Bar. in l. patronus. §. Sempronio, col. 2. ver. Primo caſu. ff. de leg. 3. & in trac. de fluminib.

num.

num.6.in fin.uer. Nec prędictis.in uer. Agro.

10 Vbi voluit,fassata ista esse iura proprietatis,& vsus dñij ipsius fundi; vndè cū uendanť, veniūt mensurāda.Quod post Vbert. de Bob. Riccar. Malumbr.& Cy.in l.littora. ff. de cōtrah emp. firmauit idē Veronens.in d.tract.c. de Ripa,uers.Sed si essent.& sequuntur Bar.& Bal. in d.l.littora.Bal.in l.riparū,n.2.ff.de rer. diuis.& in rub.nu.4.C.de cōtrah.emp.Pet.Foller. de censibus,fol.445.§.uidistis,nu.8.& 12.

11 Qui omnes tñ loquuntur, in fossatis intrà fundū existētibus: hiq; sunt termini fossatorū prædictorū,q̄a intra fundū sunt,vt inferius ad contraria respondēdo declarabiť, quæ per dictū D. uēditorē de terra pratiua fuerūt facta, & sic dicunť ad perpetuā agri vtilitatē destinata.l.impēsę.ff.de impē.in reb.do.fact.Bar.in d. tract.de flum.n.10.uer.Fouex verò.in uer.Agro.& idē Cęp in d.c.de Ripa,col.2.uer.Fouęę.

12 Accedente posteà cōsuetudine Ciuitatis Aquilæ,eiusq; Castrorū,quotū territoria, vnà cum fossatis istis mensurari receptū est,pręscripta generali, ac notoria,cui standú est,& probatione nō indiget. Bal. in l.3. col. 1.C.de ser. fug.& in l.filiusfam.§.ueterani,col.2.ff.de procur.in auth.iubemus,in 4.not.C.de iud.Bart. in l.lege Iulia,in fi.ff.de testib. Dec.cons. 402. In causa, nu.10. & cons.447. Vis tota.nu.12. post Alex.cons. 14. viso processu,col.1.libr.5. idem Dec.cons.483.Pro resolutione. nu. 20.& 655. uiso eleganti.nu.26.

13 Cuius cōsuetudinis magna est authoritas. l.2.C.quæ sit long.cōsuet.c.cū consuetudinis, de consuet.Dec.cons.48.Maturè,nu.2.

¶ Non obstāt modo in contrariū adducta. Et primò,quòd fossata ēt priuatà venientia vt terminus termināś, non vt terminus terminatus,nō intrà sed extrà fundū posita,de quibus nō inclusiuè,sed exclusiuè mētio fit,ex Bal. in d.rub.n.25.uer.Ager autē,non sint mensuranda,& in instrumento pro finibus asignentur; cū insolutū dentur cuppæ quinquaginta prati dicto Magnifico Ioāni Vincētio,de quadā petia terræ pratiuæ,iuxtà formā circùm. quæ dictio denotat propinquitatē per vnū, uel duos pedes.Bart.& Glos.in d.l.quidam Hiberus.

14 Nā dictio ista,aliqn poniť relatiuè: vt in l. 1.C.de epis.& cle. Aliquādo uerò designatiuè, & localiter:vt ibi dicit Bal. vtq; secūdo modo loquiť,d.l quidā Hiberus,& l.si statuta ff.de in iur. & accipiēdo illā localiter, & designatiuè. Aliqñ poniť pro propè decē pedes. l. decernimus,& ibi Glo.in uer. Possint.C.de aquęduct. lib.11.iūcta, l.omnis seruitus, eo.tit. Aliquādo pro vicinitate ,ppè per quadraginta pedes. c. sicut antiquit⁹.16.q.4. Aliqñ poniť pro intrà. d.l.quidā Hiberus.Iac.de Aren.in l.si testamētū.C.de instit.& subst.Ang.in l.militis codicillis,in prin.ff.de test.mil.Oldr.cōs.49.cōsueuit Alex.in cons.8. uidetur fortasse,nu.7.lib.4.

15 Et aliquādo ecōtrà,intrà,pro iuxtà,poniť. vt est tex.in l.vxorē.§.legauerat.ff.de leg.3.vt dixerit Soc.cōs.211. Breuiter cōsultationē.col. 2.uer. Accedat etiā,lib.2. dictionē istā, iuxtà, vario modo exponi,secūdū subiectā materiā.

16 Inter quas acceptiones,illā reperiri prateritneminē,ut dictio,iuxtà, aliqñ.cōtinuatiuè sumať.tex.est not.in l.fistulā.§.iuxtà.ff. de ser. urb.pręd.& tradit,illū citādo,Tancred.in summa,quæ Baldi esse apud Afflict.in suis decis.legiť,in vlt.par.c.fi.de cautelis.Proindè cōtinuatiuè illā assumere debemus, gratia vēditoris.

17 Cūm debeat in dubio cōtra fundantē se in verbis interpretatio fieri.Imol.cōs.21.in casu, col.1.Io.de Ana.in his terminis,cōs 98. Visis, n.2.Alex.cōs.128.lib.5.quod repetiť cōs.106. Viso themate,nu.5.lib.4 Soc.cons.127. ad fi. lib.1.Corn.cōs.188 Post consiliū,ante fi.lib.1. Dec.cons.171.In causa,num.5.& cons. 41.In causa,nu.3.Paris.cons.52.nu. 10. lib. 1. super quibus uerbis Magnificus Ioannes Vincētius se fundat,eisque innititur: si enim hoc uoluissent,expresisisset.l.unic.§.si autē.C.de ca.tol.

18 Accedente,quòd uerba in dubio debent intelligi secundū cursum ordinariū,& nō extraordinariū, & secundùm,quòd extraordinariè quādoq; factum fuisset.arg.tex.in l.Seio.§.medico.& ibi Bar.in uer.vlt.not. ff. de ann.leg.

19 Qui dicit,cōmissionem generalē datā procuratori de solitis fieri à dño, intelligi de solitis fieri ordinariè,& nō extraordinariè:vt not. Bar.in l.sed & si quis.§.quęsitū.ff.si quis caut.

20 Et facit,qđ tradit Oldr. cōs.129.in q. quæ vertitur.& Dec.cōs.430.Quod supra,n.7.& 8. vt & in pulcherrima quæstione, uerba nō debere intelligi secundùm casum accidentalem,dicebat Cæpol.cons. ciuili. 7. casus super quo,nu.3.pluribus comprobando.

21 Cū igiť fossata ista uēditioni cedere dixerim⁹,esseq; partē fundi,& nemo suū iactare pręsumať.l.cū de indebito.ff.de ,pb.Soc.Iun.cōs. 84.inspectis his,n.6.lib.3. cōs.94. pōderatis, n.37.eo.lib. Afflic.decis.315.ut plurimū,n.5. secundū casum ordinariū,non accidentalē,aduersus iuris præsumptionē, uerba ista intelligenda veniunt,ac ita interpretāda, vt contrahentes interrogati dixissent. iuxta Glos. in cōtractib⁹ in l.tale pactū.§.fi.ubi Bal.ff.de pact. Glo.in l.sed Celsus.§.in emptis.ff. de cōtrahē. emp. Dec.cōs.697.His stātibus quęritur,n.8.

22 Prout ēt in vltimis uolūtatibus,in q̄bus ita interpretamur, vt verisimiliter testator interrogatus respōdisset. l.Titius.§.lucius.ff.de lib. & posth.Cur.Sen.cōs.51.sup testamētis Alberti,col.2.uer.Cōfirmanť p̄missa,Soc.cōs.37.viso testamēto. col.3.uer.3.Benè sucedit, lib. 3.

23 Cū verba potius debeāt impropriari, quā tertiò pręiudiciū inferať.Bal.& Card.in c. super eo, il 1.de offi.deleg. Abb. post Host. in c. causam quæ, il 2. de testib.Dec. consilio 580. Quæritur,nu.3.cons 689. Viso puncto, nu. 9. Et in dubio interpretatio fiat pro eo,quod pat

tibus sit minus præiudiciū. Idē Dec.cōs.439. nu.1.post Paul. de Castr. in l.1.ff. si quis caut. Proindè, cùm magnū præiudicium inferatur, nō mensurando dicta fossata, Magnifico Ioanni Francisco, ob latitudinem, & longitudinem ipsorū, vt non sit verisimile gratis concessisse, non est recedendū à prędicta interpretatione.

24 Succeditq; decisio Bal.in d.rub.C.de contrah.emp.nu.4. dū de utilitate notabili circa fossata ista loquitur, vt non præsumatur grata concessio.

25 Quod ex pretio colligi potest, ex cuius quātitate interpretatio fit uenditionis, an certum in ea includatur uel non. Bar. in l.patronus. §. Sēpronio, col.2.uer.Certè ex quantitate.ff.de lega.3.Bal.in l.1.nuni.5.C.qui testa.fac.pos. Alex.cons.26.Cōsideratis uerbis, ad fi.lib. 4. Corn.cōs.116.Circa primū, lib.1.Soc.Iun.cōs. 94.n.28.lib.3. habito respectu ad bonitatē ipsius prati, & quātitatē fornarū, seu fossatorū.

26 Et stante, ut dixi, cōsuetudine mensurandi fossata ista in territoriis Ciuitatis Aquilæ, uerba in instrumēto apposita, declarant ex cōsuetudine, & modo utendi. Bar. cōs. 59. Cōmune Spoleti. col.2.uer. Prætereà uerba antiqua. Roma.cōs.271. Vis tota, Soc.Iun.cōs.33. Pulchra. n.31.cū seq.lib.3.& est tex. in l.si pignore.§. si creditor, ubi Bar.ff.de pig.ac.in l.fi.ubi Bal.C. de fideiuss. in l. benè à Zenone, ubi Ang.C.de quadr.præscr.facit quod not.Bar.in l.hęredes mei.§.cū ita. ff. ad Trebel. & in l. iurisiurādi. §. si liberi. ff. de oper.lib. & quod uoluit Petr. de Anchar.in l.tres fratres.ff.de pact.cū simi.

¶ Vlterius non uidetur obstare primū fundamentum, ob appositionē dictionis, circū, ibi iuxtà formā circùm, vt non possint dici exclusa fossata, & pro termino terminātę posita. Nā per hęc verba, nō demonstratur terminatio directa, sed circularis, ostendendo ambitū, & circuitum prati, clausum fossatis, non ut fossata non ueniant mensuranda, & sic sint exclusiuè mētionata. ex qua dictione, circùm, debemus intelligere dictionem illam, iuxtà.

27 Verbum etenim dubiū ex uerbis sibi adiunctis declaratur, disiunctim, vel coniūctim. Soc.in l.1.in 1.not.ff.de reb.dub. Roma.cons. 231. Præmissorū Doctorū, in 2.rōne.Soc.Iun. cōs.3. Videtur prima fronte. nu.31.lib. 3.

28 Eò magis, qa dictiones exclusiuę, nō excludūt, quæ procedūt p eandē rōnem. Dy.in c. in argumētū, de reg.iur.in 6. Bal.in l.ob ęs. per illū tex.C.de præd.min. quatenus exclusiuas in proposito fateremur, cùm fossata hæc ueniāt eodem rationis adminiculo.d.l.prædia §.si ita legatū.& d.l. id quod.§.quod uendit.& l.fundi.

¶ Nec dicatur, fossata ista esse extra fundū posita, & sic non debere mēsurari: vt dicebat Bal.in d.rub.nu.25.ver. Ager autē.ff.de rer. diuis.quia imò sunt intra pratum, vt dixi, si rectè animaduertatur.

29 Nam extra fundū, dicuntur illa, quę extra sepes, idest iuxtà sepem sunt, & uiam publicā, quę non mēsurantur, licèt fundo deseruiāt. Secus si sint intra sepē, & fundum, quia mensurabunē. d. l. prędia. Fossæq; istæ exteriores, sunt benè eorū, quorū prædiis hęrēt: nec possunt dici viæ, qa per eas nemo uadit. l. 2. §. prętor ait. ff.ne quid in loc.publ. & ita se ipsum declarat Bal.in d.l.riparū, n.2.ff.de rer.diuis dicēs, Bartolum putare nihilominus, usum esse publicū, sicut in via: benè quēlibet posse animalia sua ad bibendū ducere de illo torrente, & fossato ,ppè viā. quod repetit Ang. de Arct.in §.riparū quoq;.nu.1.& 2.inst.de rer.diuis.quia cū viis adhęreant, quarū usus publicus est, nō minus horum fossatorū commoditas publica, seu cōis reputatur. Quod itidē sibi uoluit Cępoll. in d.tract.de ser.rust.præd.in c.de Ripa, cuius verba subiicere optimū visum fuit. Et quod dictum, inquit, est de ripis, idē dicendum est de fossis, ut illæ non debeant mensurari si sunt extrà fundu, quia similiter est earum vsus publicus, sicut uiarū; quia quilibet potest animalia sua ducere ad bibendum de illo fossato. sed si essent fossę in agris inter fundū, quia proprietas earū, & usus est ipsius domini fundi, cū fundus uendi, venit in mensura. & ita tenet Bal. in d.l. riparū, & in rub.eiusdē tituli, in 12.col. Patet ergò ex his, fossata, de quibus agit, esse intrà fundū, sine via: cùm ę etia prati prędicta, sit in medio cuiusdā campi amplissimi terrarum pratiuarū, quæ fuerunt facta per Magnificum Ioannē Franciscum pro seruitio prati, & cultura, occasione illud exiccandi, & ad tēpus irrigandi, de propria terra pratiua. Vndè clarius efficitur, debere mensurari. Ioā.de Amic. cōs.1. In causa, & lite vertente, col.3.num. 20. cum seq.expressè Bal.in d.l.littora, uer. Fossętamen.ff. de contrah.emp. Formā q; ipsas fuisse factas de prato dicti Magnifici Ioannis Frācisci intra suos fines, satis constat ex depositione, cùm ipsarum partium, tum etiam multorum Castri Cambiani.

30 Et tales testes tātò magis probant, quātò sunt rustici, in materia confiniū. Bal. cōs. 352. Verba Principis Montis Ferrati, col.2.lib.3.& cons.154. Thema proponit, col.1.lib.1. Alber. Brun.cons.34. In causa, & differentia finium. col.2.uers. Secundo moueor. tantoque magis, quantò sunt de Castro Cambiani, in cuius territorio est dictum pratum, & sunt illi uicini.

31 Cùm illa, tanquàm uicinorum, scire pręsumantur. c. quosdam, de præsumpt. Bart. in l. post contractum, nu.3.ff de don. Bal.in l.1. C. de colluſ.deteg. Quinimò ad omnē dubietatē submouendam, in tantum vt non sit opus alia probatione, vltra fossata, uidētur termini plures lapidei, & confinia de saxo, inter ipsum Magnificum Ioannem Franciscum, & alios vicinos gradatim posita, & distributa. Quis dixerit fossata ista esse extra, non intrà fundū? Imò inter terminos, & fossata uidentur quidam li-

mi-

mites & interualla, vt simus in puris terminis d.l.prædia.§.si ita legatum.

32 Omne etenim, quod est intra fines alicuius loci, præsumitur iure dominij pertinere illi loco.l.æde sacra.§.fin.ff. de contrahe. empt.Bal.in l.insulæ Italiæ.ff. de iud. Paul. de Castr.in l.1.in princ.ff. de acquire. poss.Ioan. Aud.in c.fin.extr.de offic.archid.Soci. consil. 166.In causa communitatis Castri Montis Nigri,col. 2. versic. Tertia conclusio. post nu. 3. lib.2.Curt.Iun.consil.41. Præsupponitur in facto, nu.9.& conf. 184.eiusdem initij, nu.8.

33 Ex quibus uidetur satisfactũ Felyno in d. c. quia iudicante, & Alexandro, d. consi. 120. nuni.6.lib.2.qui loquuntur, quando esset dictum simpliciter, iuxtà flumen, & non in terminis nostris, ex hoc, & quia uerba faciunt de fluminibus, & eorum littoribus publicis, non priuatis, & tunc per ipsos tradita, uidentur habere saporem iuris; cùm verbum illud referatur ad id, quod non cadit in priuatum cõmercium, prout est flumen.

34 Quibus accedat, quòd dictio, iuxtà, non excludit ea, quę sunt ad perpetuũ vsum rei cõcessa: secundũ Spec.in tit.de empt.& vend. §. 1.vers. Ad euidentiã. & tradit Soc.d.cõs.211. Breuiter cõsultationẽ, col.2.uer.Tamen in materia nostra, lib.2. qualia sunt fossata ista, quæ ad perpetuum vsum rei fiunt.

¶ Non obstat secundò, ex eo nõ debere mẽsurari, cùm expresse in solutum dẽtur tot cuppæ prati, de petia terræ pratiuę, ut isto casu sit uendita, seu insolutum data pars fundi, quę in effectu contineat illas cuppas, non autem fossata: & sic ista uerba designantia speciẽ prati, & corpus determinatum, uideantur expressa in vim legis, & pacti, à quibus non possit aliter recedi, claris, & apertissimis.d. l. legem. C.de pact.l.ea.C.de condict.ob cau.cum aliis desuper allegatis: in tantùm, quòd indè mensuratio fossatorum penitus excludatur. sed dictũ Magnificum Ioannẽ Vincentium, tanquã deceptũ in qualitate fundi, posse agere ad interesse, iuxtà. d.l.si in qualitate, & l.si seruum. §.si modus.quia per mensurationẽ horũ fossatorũ, attentis desuper narratis, non receditur à pactis initis, & conuentis; cũ fossata ista sint pars fundi, & usus dominij, & proprietatis, ideò de iis uidetur cogitatum.

35 Cũ idẽ iuris sit de toto, quò ad totũ, quod est de parte, quò ad partẽ.l.quæ de tota. ff. de rei uẽd.l. si qs cũ totũ.ff.de excep.rei iud.& in toto pars cõtinet. vulg.l.in toto.ff.de reg.iur.

36 Ac uolens vnũ, vult omne, fine quo illud esse non potest.l.si iter.ff.de seruit.l.nec is.§.1. ff.de acq.hær.And.de Iser.in §.monetæ, nu.18. uer.Cui cõmittitur Regnũ, in tit.quę sint reg. Claud.in l. 1.in prin.col.2.& 3.ff.de nou.oper. nunc.l.2.ff.de iurisd.om iud. Et propterea nõ potest dici in qualitate deceptus, cũ mensura integra sit, cupparũ insolutum datarum, si fossata mensurentur de terra pratiua conuenta. Nec fuit dictum quinquaginta iugera uineę esse, & quinquaginta prati, in uineaq; minùs, in prato plus inueniri, esse tamen omnia centum iugera.d.l.si in qualitate. Posset forsan deceptus censeri, si pratum non esset ita qualificatum, nec haberet ad pratũ necessaria Hãcq; litẽ tollere uidetur Cępol.in d.tract.de seruit. rust.præd. in cap.de Ripa, col. 2.dũ ponit quęstionẽ, an ripæ debeat mensurari cum fundo. putà si uendidi fundum, & affirmaui centum iugerum.qui ad partes argumentatur, vt est dictũ, decidendo, per d.l.prædia maritima.

¶ His sic traditis, & succinctè allegatis, quæ satis sufficere possent in præsenti consultatione, ad reddendũ casum ualdè planũ, pro debita mensuratione fossatorũ: illud addendũ est, in prato de quo quæritur, adesse plura fossata, & quędã inter cætera, ampliora, atq; latiora, & tam antiqua, quòd de cõstructione non sit hominũ memoria; adsunt pariter de proximo confecta per ipsum dantẽ in solutũ, & Magnificũ Marcum Antonium Vetustũ eius patrẽ, in specieq; nonnulla pratum, vt desuper tradi tũ, à pratis hominũ Castri Cambiani diuidentia; quæ nulli dubiũ est mensurari debere, ex serie instrumenti, dicẽtis iuxtà uiam, iuxtà formam circũ, iuxtà bona populi forma mediante: de aliis uerò nouiter factis nulla mentio.

37 Itaq; uerba illa, iuxtà formã circũ, ad antiquam fossam, quæ non controuertitur, sunt referenda: mentem contrahentiũ attendendo, quę sono uerborũ pręfertur, etiam cum ipsorũ improprietate.l.benignius.ff.de legib. l. scire oportet.§.aliud.ff.de excus.tu.l.3.§.cõditio.ff. de adim.leg.Curt.Sen.cõs 75.D.Augustinus, col.3.Lud.Gozad.cõs.55.Quæritur, col.2.n.7. Et consequenter fossa illa media, inter bona Vniuersitatis, & pratũ istud, sit mensuranda vnà cũ aliis fossatis, per ipsum dantẽ in solutũ, factis, & terminatis, ac intra fines positis, quæ videntur remansisse in dispositione iuris cõis.

¶ Et ita dico, & consulo ego Iosephus de Rusticis V.I.D. de Ciuitate Aquilæ, & ad fidẽ me subscripsi, solitumq; meũ sigillum, quo in similibus utor, apponi feci.

Huic consilio subscripsere se.

*Marcus Antonius Flocca-rus.*
*Fabius Marchesius.*
*Petrus Paulus Theodorus.*
*Ioãnes Antonius Lanarius.*
*Fabritius Sanmarcus.*
*Rutilius Monetius.*
*Scipio de Bononia.*
Omnes de Neapoli.
*Carolus Alifer.*
*Paschalis Turcanicus.*
*Ioannes Vincentius Marti-nus.*
*Archangelus Cydonius.*
*Alexander Cresius.*
*Ioãnes Carolus Quatrarius.*
*Marinus Petrus Dragonet-tus.*
*Fabritius Trĩtatinque.*
*Franciscus Viuius.*
*Ioannes Vincentius Burrus.*
*Ioãnes Maria Morinus.*
*Octauius Gemellius.*
*Cæsar Riuera.*
Omnes de Aquila.

*SVMMARIVM.*

1 VENDITO *fundo sub vno pretio pro to
to fundo, & non pro quolibet iugere, to-
tus fundus intra confines designatos uen
ditus intelligitur, estò quòd mensura ex-
pressa minus in se habeat.*

2 *Vendito prædio tot iugerum, pretio in singula iuge-
ra constituto, mensura requiritur tunc ad pretij de
clarationem, uenditis tot iugeribus, ad ipsius uendi
tionis perfectionem.*

## OPINIO M. XVIII.

1 VENDITOR uendens
terram incipiendo expri
mere ipsam speciem, seu
corpus determinatum in
contractu venditionis,
scilicet terram iugerum
quinquaginta, datò quòd
postmodum adijciat mensuram, uel nume-
rum: tamen uenditio dicitur facta ad corpus
& ad speciem, non autem ad mensuram, quæ
hoc casu censetur facta enunciatiuè, transito-
riè, & demonstratiuè. & profectò uenditio ista
regulatur à mensura, ex quo in illa venit id,
quod est demonstratum per confines apposi-
tos, licèt excedat numerum, & mensuram ex-
pressam, & hoc totum commodo dicti empto
ris cedit. & sic ubicúque pretium est unicum
pro toto fundo, & non pro quolibet iugere:
tunc totus fundus intra confines designatus,
venditus intelligitur, estò quòd mensura ex-
pressa minus in se habeat: secundùm Oldrad.
consil. 197. in fin. Io. And in add. Specul. in tit.
de empt. & uend. §. sciendum, in fin. Bal. in ru-
bric. C. de contrahen. emp. q. 23. Saly. in l. qui
fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. in
l. 2. C. eod. tit. Inno. & Imol. & cæteros, in c. 2.
de donat. Bart. & Paul. Castren. in l. Iulianus.
§. si Titius. ff. de act. empt. Ioan. de Ana. consi-
lio 98. Alex. cons. 133. volu. 1. consilio 120. &
127. volu. 2. & consil. 8. uol. 4. Corn. consil. 59.
colum. 2. uol. 4. & Paris. consilio 64. num. 31.
& seq. uol. 1. post alios multos congestos ibi
Cōis opin. per eum. & ista est communis opinio, teste De
ci. consilio 347. num. 1. & seq. Paris. in loco præ
citato, Hierony. Brixiano, in tract. de finibus.
c. 88. per totum, & præsertim num. 6. & Benue
nuto Straecca, in tract. de mercatura, in tit. de
nauibus, in 3. par. num. 6. fol. paruo 156. & se-
cundum eam iudicauit Sacrum Regium Con
cilium Neap. teste Afflict. decis. 68. & ibi Vrsil
lo in add. in prin. & consuluit Paris. in d. consi-
lio 64. num. 31. cum aliis seq. ubi tollit omnia
cōtraria. Licèt Rota Bononiensis, parum, aut
nihil animaduertens determinauerit contra
rium, attestante Petro de Benintendis in de-
cis. 30. Et eandem sententiam communem li
mitauit Straecca, in d. tract. de mercatura, tit.
nauibus, num. 6. cum aliis sequē. & Vrsillus in
adnotationibus Afflicti in d. decis. 68. num. 1.
cum aliis sequen.

2 Sed uendito fundo tot iugerum, pretio in
singula iugera constituto: tunc vtique requi-
reretur ad pretij declarationem, uenditis tot
iugeribus, mensura ad ipsius venditionis per-
fectionem. ita Ant. August. decis. 200. lib. 3.

*SVMMARIVM.*

1 VENDITOR *promittens factum suum
tantùm in uenditione, si tractu temporis
res empta euinceretur ex facto sui autho
ris, tunc teneretur ipse uenditor de euictio
ne, & sic de facto suorum authorum.*

2 *Venditor promittens factum suum tantùm in uen-
ditione, licèt non teneatur de euictione extranei, ta
men tenetur pretium restituere.*

## OPINIO M. XIX.

1 PROMITTENS factum Venditor.
suum tantùm in venditio
ne, si tractu temporis res
empta euinceretur ex fa-
cto sui authoris: tunc pro
fectò tenetur ipse vendi-
tor de euictione, & sic de
facto suorum authorum prædecessorum, & hę
redum teneretur; quoniam per dictionem hu
iusmodi taxatiuam non uidetur factum au-
thoris excludi: secundum Glo. in uer. Interest.
Bar. Bal. Saly. Pau. Castrens. & cæteros in l. si
seruus, la 2. ff. de cond. furt. & ibi etiam Alex.
in add. ad Bar. Cyn. Bal. & Saly. c. in l. fin. C. de
act. empt. Aret. in §. fin. iustit. de emp. & uend.
Anchar. cōsilio 83. In nomine Domini amen.
Paul. Castren. Ias. num. 9. & Roma. in l. stipula
tio ista. ff. de uerb. oblig. vbi, col. 10. meminit
istam esse communem opinionem. quam se- Cōis opin.
quitur quoque post alios signatos per eum,
Boer. decis. 67. num. 3. cum aliis seq. vbi dedu
cit istam esse cōem sententiam, limitat, & ait
ita in Burdegalēsiū Senatu decisum extitisse.

2 Et licèt ob dictionem taxatiuā in his uer
bis, promitto pro facto, & dato meo tantùm,
operetur, vt uenditor de euictione extranei
non teneatur, nō facit tamē quominus tenea
tur pretiū restituere. vt consuluit pater uerita
tis Alex. cōs. 188. si uēdo. & hoc ppetuò disce
ad practicā, siquidē multi dicerent oppositū.

*SVMMARIVM.*

1 VENDITOR *de iure ciuili, canonico,
& in conscientia agere potest ad inter-
esse contra emptorem, qui percepit fru-
ctus rei emptæ, & fuit in mora soluendi
pretium:*

*pretium:d. mmodò tale intereſſe non excedat conſi derabili quantitate perceptionem fructuum.*

## OPINIO M. XX.

1 VENDITOR de iure ciuili, canonico, & in conſciētia agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi pretium.l.curabit, ubi text Gloſ.Bar.Bal.& Doc. C.de act.empti.Cùm hoc tamen, quòd huiuſ modi intereſſe petitum non excedat conſiderabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum: cùm pro percipiendis, & non perceptis non teneatur uenditor ad intereſſe erga emptorem ob pretium non ſolutum. & ista eſt magis communis opinio: vt refert Soc. in l.de diuiſione, numero 13. cum ſequen. ff. ſolut.matr.ubi Bart.& alij Doct.Paul. de Caſtro in l.Iulianus.§.ex uendito.ff.de act.empt. Lauren.de Rodulfis in tract.de vſur.in 2.par. in 4.oppoſit.Io.de Ana. in c.in ciuitate, circa princ.de vſuris. *Cōis opin.*

### *SVMMARIVM.*

4 *VENDITOR cum pacto francandi non poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata fuit, ſed tantùm contra primum emptorem actione perſonali.*

## OPINIO M. XXI.

1 VENDENS rem cum pacto francandi, nō poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata fuit, ſed tantùm cōtra primum emptorem actione perſonali: vt per Alexand. conſilio 10.volum. 1. ferè per totum, & Gozadin.in repet.l.2.C.de pact. inter empt.& uend. numero 44.cum alijs ſequentibus.

¶ Quam Alex. opinionem, licèt Soc. impugnauerit conſilio 80.uolu.3.in princ.ſequēdo Pau.de Caſt.& Cuma. tenentes contra Alex.in locis ibi à Soci.citatis, & quorum opinionibus dixit Soc. nō minus eſſe deferendū, quàm authoritati Alexā. Et quamuis contra Alexā. ſententiam tenuerit Cuma. Ioan. de Anan.& Ant.Burgos, in locis citatis in repet. d.l.2.numero 133.tamen Alex.opinio magis communiter recepta eſt à Doct.eam enim ſequuntur Fulgoſ.in l. ſi cùm uenderet. ff. de pign.act.Iaſ.in l.ab emptione,colum.2. ff. de pactis, Ruinus conſilio 32.volum.1.Ripa, Ferdinan. Dec.Curt.Senior, & Caſſaneus in lectu ris, & conſiliis citatis à Cagnolo, in d.l. 2. numero 134. à qua quidem communi nullatenus eſt recedendum in conſulendo, & iudicando, iuribus, & rationibus vulgaribus. *Cōis opin.*

### *SVMMARIVM.*

1 *VENDITIO iurata cum clauſula prægnanti, ex certa ſcientia, & alijs apponi ſolitis in contractu venditionis, licèt in ea uenditor eſſet læſus vltra dimidiam iuſti pretij, non poteſt reſcindi.*

2 *Rem dum.l.2.C.de reſcind. uend. non datur ſcienti verum rei ualorem, ſecundùm communem opinionē, licèt cōtraria æquior, & irrefragabilis ſit, n.4.*

3 *Dolus ſcienti, & uolenti, neque ex propoſito, neque ex re ipſa infertur.*

## OPINIO M. XXII.

1 VENDITIO iurata cum clauſula prægnanti, ex certa ſcientia, & aliis apponi ſolitis in contractu venditionis: caſu quo in ea, nota, uenditor eſſet læſus ultra dimidiam iuſti pretij, utique non poſſet reſcindi: ſecundùm Bart.num. 14.& 16.Bal.quæſt 4. num. 7. Saly.q.7.nu.11.Pau.de Caſt.num.7.& omnes in l.2.C.de reſcin.uend. ubi Moder. præſertimq; Cagnol. nu.124. atteſtantur hāc eſſe communem opinionem, & Caſſadorus deciſ. vnica, in tit.de empt.& uend. vbi ponit iſtam eſſe communem ſententiam omnium Doct.vtriuſque cenſuræ.& conſtat etiam hanc eſſe communē ex congeſtis per Barba.conſ.55.nu.20. uol.2. & conſ.41.nu.31.cod.uol.& Boer. deciſ 142. *Cōis opin.*

2 Quia ubicunque quis non ignorans, ſed ſciens ſe læſum eſſe ex contractu vltra dimidiā, etiam in magno exceſſu, d.l.2.remedium habere non dicitur, cùm non detur ſcienti uerum rei ualorem: ſecundùm Doct.præmemoratos, Alexan.conſilio 125. colum. 5. volu. 1. Dec.conſilio 583.colum.1.admonentem iſtā eſſe communem opinionem, & Rolan. à Valle conſil.59 num.10.cum aliis ſeq.uol.1. *Cōis opin.*

3 Scienti enim, & volenti dolus non infertur.l.cùm donationis.C.de tranſact.neque ex propoſito, neque re ipſa: vt noluit Soc.conſilio 42.colum.2.lib.4.& ſequitur Rolan.in d. conſilio 59.ſub num.13.

4 Nihilominus Rota Roma. in contingentia facti voluit contrarium, & dictam communem reprobauit: vt refert Caſſadorus in d.deciſ.vnica, quæ quidem authoritas Rotæ uidetur verior, & æquior, eāq; caſu ueniente in iudicando, & cōſulendo cōſtanter amplecterer.

per argumenta, & rationes relatas per Abb. in c. Quintauallis, colum. 15. de iureiuran. & Cassadorum in d. decis. vnica, per totam, & Arium Pinelum in d.l.2.C.de rescin. uend. in 1.par.cap.2.num.10.cum aliis seq.

*SVMMARIVM:*

1 *VENDITOR dans, tradens, donans, & donare intendens emptori illud, quod plus ualebat res uendita; potest iure venditionem sub prętextu deceptionis vltra dimidiam iusti pretij rescindere, si constet ignorasse ualorem rei uenditæ: secus verò si sciebat.*

## OPINIO M. XXIII.

1 VENDITOR dans, tradẽs, donans, & donare intendẽs emptori illud, quod plus ualebat res alienata, ac uendita; potest optimo iure venditionem, sub prætextu deceptionis ultra dimidiam iusti pretij, rescindere, si cõstet ignorauisse valorem illius rei alienatę: secundùm Guliel. de Cun. in l. si tibi decem, in princ. ff. de pact. Azo. in summa de rescind. uend. Bar. in l. 2. C. de rescind. uend. & in l. si quis cùm aliter. ff. de uerb. oblig. Bal. Alex. Iacob. de Sancto Georgio, & Ias. colum. 4. in l. & si post tres. ff. si quis caut. Secus uerò si sciebat ualorem rei uenditæ ipse uenditor: tunc enim perdit omninò remedium. d.l.2. nec uẽditio per læsum ultra dimidiam iusti pretij rescindi potest. & ista fuit distinctio Bar. in d.l. si quis cùm aliter, in 11.q. cum quo sentiunt om-
Cõis opin. nes Doct. communiter ibidem, & in præcitata l. 2. ubi Moder. sequuntur, & attestantur dictam communem, & Boer. cons. 142.

¶ Sed nonnulli Doct. tenuerunt contrarium, quorum rationẽ latè prosequitur Abb. in c. cùm contingat, de iureiuran. & in c. Quintauallis, eod. tit. col. 15. & seq. vbi refert Bal. di-
Cõis opin. cere communiter in practica obseruari, quòd non obstante quacunque uerborum cautela, ob enormem læsionem peti posse reductionem ad arbitrium boni uiri.

¶ Tamen non esset tutum à prędicta communi discedere aliquo pacto: quia difficile foret contra eam obtinere in practica. quam sequitur etiam, citat, & limitat Cagnolus in d. l. 2. nu. 129. & seq.

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITOR non tenetur pręcisè rem tradere, sed pręstando interesse liberatur, nisi habeat facultatem tradendi.*

2 *Venditor, qui habet facultatem rei tradendę, non liberatur ab actione personali ex empto, per constitutum de possidendo nomine emptoris, vel precario, quin teneatur tradere possessionem prout est facti, & non iuris, & sic possessionem realem, manualem, & effectualem, & corporalem: quia res est effecta emptoris.*

3 *Vendere promittens alicui, tenetur pręcisè ad rem tradendam: quia promissio ipsa de uendendo dicitur indiuidua.*

4 *Venditor licèt pręcisè teneatur ad rem tradendam: si ei non fuit solutum pretium, potest ipsam rem retinere loco pignoris, etiam pro vno nummo.*

## OPINIO M. XXIV.

1 VENDITOR non tenetur pręcisè rem tradere, sed prę stando interesse liberatur; per tex. in l. 1. ff. de act. empt. cũ quo cõcordat l. ex empto. §. etiã, eod. tit. & not. Aret. in §. 1. instit. de donat.

¶ Alibi uerò Glo. distinguit, in §. pretium, instit. de emp. & uend. quòd uenditor habens facultatem tradendi rem uenditam, potest cogi præcisè manu militari, & etiam per pœnas, & mulctas ad tradendum possessionem realẽ rei uenditæ emptori, nec liberatur prę stando interesse. quam, equidem Gloss. meliorem de corpore iuris appellat Aret. ibi, & eius opinionem dicit æquiorem Glo. in d.l.1. eamque sequuntur ibi Bar. Bal. Pau. de Cast. & Fulg. Bar. num. 5. Paul. de Cast. colum. pen. Alex. col. 2. Ias. num. 21. & Dec. colum. 6. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 8.q. ff. de uerb. oblig. & post eũ inibi Roma. num. 58. Alex. num. 30. Ias. numero 35. Claud. Aquen. num. 40. & Ruin. nu. 30. dicunt, ac audacter fatentur hanc esse com- Cõis
munem opinionem. Idem dicit Alex. in l. certi opin.
conditio, num. 12. ff. si cer. pet. Dec. num. 2. Pau. Castren. in l. si traditio. C. de act. emp. Ias. in l. quoties, num. 34. C. de rei uend. Fely. post Imol. in c. cùm Ioannes, num. 35. de fide instr. Boer. decis. 48. colum. 1. Pet. And. Gamma. in tract. permut. num. 29. Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vend. in 6.q. princ. num. 38. vbi citat infinitos Doct. & denique ibi fatetur hanc esse ueram, & communem opinionem. & Couarruuias, in tract. resolutionum iuris ciuilis. c. 19. num. 1. lib. 2. & Tiraq. in trac. constituti possess. in 1. par. nu. 35.

2 Declaratur ista communis vtiliter, quòd nec liberatur vẽditor ab actione personali ex empto, per constitutum de possidendo nomine emptoris, uel precario, quin teneatur tradere

dere possesionem, prout est facti, & non iuris,
& sic possesionem realem, manualem, & effe
ctualem, & corporalem: secundùm Glo. in l. Iu
lianus. §. ex empto, de act. emp. Bal. Ang. Pau.
Castr. in l. ab emptione, de pact. & Cy. in l. 1.
in fin. C. quando liceat ab empt. discedere. &
Cõis opin. ista est communis opinio, teste Ruino consi-
lio 94. num. 1. uol. 1.

¶ Nec ab re hoc firmant præcitati Doct.
quòd præcisè teneatur ad tradendum rem vẽ
ditor constituens se precario posidere em-
ptoris nomine: quia res est effecta emptoris:
vt per Bal. in repet. l. Aemilius, col. 10. uersic.
Ego cogitabam defendere. ff. de minor.

3 Declaratur quoque dicta communis in-
tantum procedere, quòd promittens uendere
alicui, teneretur ad rem tradendam præcisè:
quia promisio de uendendo dicitur indiui-
dua. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer.
oblig. ubi Bart. & omnes hoc tenent. & idem
Bart. in l. cui usufructus. ff. de vsufruct. leg. &
Cõis opin. istam ponũt esse communem opinionem Rui
nus consilio 27. num. 1. & 6. vol. 4. & Cur. Iun.
consilio 74. in prin.

4 Et procedunt de plano omnia prædicta, si
pretium rei emptæ fuerit solutum, vel aliter
eo nomine satisfactum: tunc enim benè tene
tur venditor præcisè rem ipsam tradere, alias
secus. Imò rem prædictam potest retinere lo-
co pignoris. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.
& d. l. ex empto, in princ. Et hoc uidetur senti-
re expresè Bald. in l. fin. C. commo. vbi dicit,
quòd uenditor potest retinere rem uenditam
pro pretio non soluto. Imò etiam pro vno nũ-
mo non soluto potest optimo iure totam rem
retinere; vt latius declarat Fabianus de Mon
te in loco præallegato.

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITOR, qui de re vendita habuit fidem de pretio, agere nequit ad rem ipsam recuperandam rei vendicatione, etiam si res vendita esset penès alium: nec habet priuilegium, vt præferatur, nec hypothecariam, nisi conueniat.*

## OPINIO M. XXV.

1 VENDITOR, qui de re ven
dita habuit fidem de pretio,
non potest agere ad rem ip-
sam recuperandam rei nen-
dicatione, quia dominium
transtulit: vt in §. venditæ, in
stit. de rer. diuis. & in l. procuratoris. §. planè.
ff. de tributoria actione, vbi Glo. communiter
Cõis opin. approbata, Bar. & Pau. Castren.

¶ Et hoc procedit etiam si res vendita es-
set penès alium. Nec habet priuilegium, vt
præferatur: vt in d. §. planè, & ibi Bar. & Paul.
Castren. & idem Bart. in l. quod quis nauis, ff.
de priuileg. cred. Nec etiam hypothecariam,
nisi conueniat: vt per Bar. in d. l. quod quis na
uis. Nec etiã ex æquitate. l. fin. ff. de eo per quẽ
fac. erit. quia per uenditionem uidetur conces
sa licentia alienandi. per ea, quæ tradit Alexã.
in d. l. fin. circa princ. & hoc habui in facto, &
ita obtinui pluribus uicibus in practica.

*SVMMARIVM.*

1 *VENDERE rem propriam nemo inuitus cogitur.*

2 *Vendere rem propriam quilibet cogendus est iusto pretio tempore pestis, et carestiæ ob publicam vtilitatem, ubi respublica annonę inopia premeretur.*

3 *Vendere diuites frumentum tempore pestis, & carestiæ non solùm coguntur, sed etiam gratis tenentur ipsum frumentum pauperibus dare, & si id non haberent, possent cogi ad emendum.*

4 *Vendere quilibet cogitur iusto pretio res proprias pertinentes ad victum, & uestitum, etiam cessante inopia, & necesitate, ubicunque eas aliàs exposuisset uenditioni.*

5 *Vendere quis cogitur res proprias iusto pretio in multis casibus remisiuè.*

## OPINIO M. XXVI.

1 VENDERE rem propriã
nemo inuitus cogendus
est. l. inuitum. C. de con-
trah. empt. l. nec emere.
C. de iure delib. l. inuitos.
C. locati. & minus po-
test cogi uendere pretio
viliori. l. si fideiussor. §. fin. ff. de leg. 1. Bar. in l.
1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. vrb.

2 Sed claudicat isthæc regula, seu declara-
tur non procedere in casu, in quo respublica
grauaretur annonæ inopia: tunc enim, & si qs
merces venales non exposuisset, nec eas pu-
blicè nenditioni obtulisset: nihilominus ad ea
rum uenditionem cogendus est, ubi respubli
ca annonæ inopia premitur, & quidem iu-
sto pretio, à principe, uel magistratibus defini
to: ne quis liberè res necessarias hominum ali
mentis quocunque pretio grauisimo quidẽ,
ob rei penuria uendant. & hoc colligitur ex
l. 1. C. de episc. audien. ubi Bar. & Scriben. om
nes communiter. Panor. & alij Canonist. uno Cõis opin.
omnium ore, in c. 1. de emp. & vend. Bart. in l.
annonam. ff. de extraord. crim. Lucas de Pen-
na eleganter in l. 1. C. de quibus mun. liceat
se excu. verb. temp. Ias. in l. 1. colum. 2. ff. de le
gi. Afflict. in 3. q. in proœmio constit. Neapol.
Bal. & Ang. in l. si pendentes. §. si quid cloaca-
rij. ff. de usufruc. per tex. ibi, & Felyn. in d. c. 1.
de empt.

de empt.& vend. vbi Moder. in locis præcitatis atteſtantur hanc eſſe communem opinionem.

3 Quod in tantum procedit, vt non ſolùm tempore peſtis,& tempore careſtiæ diuites cogi poſsint vendere frumentum, uerùm etiam tenentur gratis pauperibus dare triticum ipſum; & ſi diuites non haberent, poſſent cogi ad emendum.l.1.C.vt nemi.in empt. ſpecier. lib.10.& notat diffuse Ripa in tract.de peſte, in 6.remedio.præſeruatiuo.

4 Fallitque prædicta regula ſecundo loco, ubicunque quis exponeret publicè res proprias uenditioni, & illę res pertineant ad uictum,& ueſtitum hominum: etenim æquum eſt tunc,ac reipublicæ conueniens,etiam ceſſante inopia rei,quòd publicus uēditor cogatur iuſto pretio vendere res, quas uenditioni expoſuit.text.eſt,ſecundùm Alber. & Burgēs. colum.5.in d.l.1.§.cùm quidam deponere,numero 6. ff. de quęſt. Dyn. & Bartol. in dicta l. nec emere.

¶ Et quamuis Iaſ.in d.l.nec emere,contrarium tenuerit;tamen in his,quæ pertinent ad victum,procedit de plano prior ſententia: ſecūdùm Alber. in d.l.nec emere, poſt alios huius opinionis authores, quorum opinio communis eſt:vt audacter aſſeuerant Moder.in d. c.1.& nonnulli Doct.iam relati.

5 Fallit ſimiliter præfata regula in multis aliis caſibus,quibus cogitur quis uendere iuſto pretio res proprias,quos tradiderunt Glō. & Doct.in d.l.inuitum, Glo. & ibi Alberic.& Iaſ.in d.l.nec emere, Roma.in l.2.num.7.ff.ſolut.matr. Afflic.in procemio conſtit. Neap. q. 3.Bal.& Ang.in d.§.ſi quid cloacarij,Rube.cōſilio 92.Marſil.in d.§. cùm quidam deponere. Tiraquel.in tract.de retract.libr. 1.in præfat. numero 15.& in §.3.Gloſ.3.num.1.& Soc. in tract.fallen.in reg.435.Vendere rem ſuam nemo compellitur.

SVMMARIVM.

1 VENDITOR, licèt certò ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem:nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam, niſi emptor nunciaret ſibi litem motam.

## OPINIO M. XXVII.

1 VENDITOR, licèt certò ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem rei ſibi venditæ: nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam,niſi emptor nunciaret ſibi litem motam: ſecundùm Bar.in l.non ſolùm. §. morte. ff. de oper. nou. nunc.Specul.Ioan.And.& Anchar. in c.ſi.de empt.& uend.in fi.Bart.Bal.& Ang.per illum tex.in l.qui abſentem.ff.de procur. Bal. conſ. 279.uol.3.Paul.Caſtren.conſilio 308 colum. penult.viſis,& ponderatis,uolu.1.Corn.conſilio 6.num.4.& conſil.231.num. 10. uolum.2. Nattam conſilio 38.num.5.vol.1.Soc.Iun. cōſilio 4.num.34.uol.2.Ioā. de Amicis conſilio 145.num.6.Rimina l.conſil.147.num. 3.uol. 1.& conſil.274.uol.2.Curt.Iun.conſ. 104.numero 1.Bellonum conſilio 50.& Bertran.con ſil.12.uol.4.Alex.num.12. & Iaſ num. 26. & ſequen.in l. 2.§. uoluntatem. ff.ſol. matr. qui dicunt hanc eſſe communem opinionem, & Cōis Ripa ibi num.17.& Dec.conſilio 74. colū.fin. opin. Quam communem limitat Ripa ubi ſupra in 8.caſibus,à nu.18.uſque ad nu.28.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR ſecundus, cui res vendita tradita extat, pręfertur priori emptori in dominio detinendo: quia dominium non poteſt in alium transferri aliter,quàm per traditionem.*

2 *Vendita eadem re duobus, quorum prior ſit eccleſia,vel ciuitas:tunc prior emptor pręfertur in dominio detinendo ex priuilegio eccleſiæ ſecundo emptori,cui poſteà res uendita,tradita fuerit.*

3 *Emptor primus pręfertur ſecundo emptori in dominio detinendo, quando Princeps uenderet,uel donaret eandem rem duobus:quia ex ſolo cōtractu, ſeu donatione Principis transfertur dominium.*

4 *Emptor primus præfertur ſecundo, etiam ſi traditio realis rei uenditæ facta fuerit ſecundo emptori,ubicunque ipſa res uendita extitiſſet duobus per eccleſiam, uel eccleſiaſticas perſonas: ſecundùm communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

5 *Emptor primus pręfertur ſecundo emptori, ſi ſecundus emptor ipſe ſciens fuerit uenditionis primo loco alteri factę eiuſdem rei: & tunc licèt eidem tradita ſit cum fraude, tamen per prędictum emptorem res ipſa reuocabitur, & euincetur per actionem in factum prætoriā,competentem ad reuocandum alienata in fraudem.*

6 *Emptor primus pręfertur ſecundo emptori in dominio detinendo, ubicunque venditor conſtituiſſet ſe in prima uenditione precario nomine primi emptoris poſsidere:ſecundùm communem opinionem, licèt contrarium deciſum extiterit in Rota Neapolitana.*

7 *Dominium ex contractu ſimulato non transfertur, nec poſſeſsio ciuilis per precarium.*

8 *Contractus vbi non valet,nec ualet precarium in eo appoſitum.*

OPI-

## OPINIO M. XXVIII.

1 VENDENS, seu donãs eandem rem duobus, ille præfertur in dominio detinendo, cui prius res ipsa tradita fuit, non attento cui fuerit vendita prius, vel donata. l. quoties. C. de rei vend. vbi Doct. dicunt hanc esse firmissimam iuris regulam. & Ruinus cõsilio 157. num. 6. uol. 4 Roma sing. 178. Quoties. Marsil. sing. 82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles. Alex. consil. 122. vol. 5. Soci. consilio 29. visis, uol. 4. Et sic emptor secundus, cui res tradita fuerit, præfertur priori emptori.

¶ Et ratio dictæ regulæ uidetur ista: quia dominium regulariter non potest in alium transferri aliter, quàm per traditionem. l. traditionibus. C. de pactis Igitur ex duobus emptoribus, is potior censebitur, quô ad dominij acquisitionẽ, & retentionẽ, cui res prius tradita fuerit, licèt in cõtrahẽdo posterior fuerit. l. siue autem. § si duobus. ff. de publicia. & l. si ea res. §. fin ff. de act. empt. huiusmodique rationem tradit Glo. & omnes Scriben. (Cõis opin.) communiter, vt refert ibi Ias. in d. l. quoties, numero 3. in fine.

2 Sed claudicat isthæc regula primùm non procedere, ubicunque res ipsa esset uendita duobus, quorum prior Ecclesia, uel Ciuitas est. in quas, nota, ex priuilegio dominiũ absq; traditione transfertur. iuxtà l. fin. C. de sacrosanct. eccles. hoc enim casu prior ille emptor Ecclesia, uel Ciuitas prgferendus est, etiam si alteri postmodùm res uendita, uel tradita fuerit: secundùm Ioan. And. Abb. & omnes in c. cùm continebatur, de his quæ fiunt à præla. Glos. Bart. & alios, in d. §. si duobus, & omnes in d. l. quoties, ubi Ias. num. 4. supponit istam esse communem opinionem, (Cõis opin.) & Moder. in l. qui duobus. ff. de falsis. quam quidem communem sequitur Roma. consilio 298. circa præmissam dubij consultationem. Panor. consilio 91. num. 7 lib. 1. & Gozad consilio 13. nu. 13. & Marsil. sing 82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles, & utiles limitationes.

3 Interpretatur etiam secundo loco præfata regula non procedere, quando Princeps uẽderet, uel donaret eandem rem duobus. hoc casu equidem præfertur primus emptor: quia ex solo contractu, seu donatione Principis transfertur dominium: secundùm Ioan. And. in c. olim, de uerb. sig. Aret. in l. 3. colum. 2. ff. de acquir. poss. Ang. in l. officium. ff de rei uendic. Bal. & Iser. in c. 1. §. inuestitura, num. 2. de noua forma fidelit. Doct. omnes in d. l. traditionibus. Roma. in d. consil. 298. Abb. consilio 94. colum. fin. uol. 2. Alex. consilio 187. colum. fin. lib. 2. cons. 3. nu. 7. uol. 5. & Ias. in d. l. quoties, num. 10. qui dicit dictam opinionem non habere contradicentem. & Paris. cons. 2. num. 58. uol. 1. dicit communem, (Cõis opin.) & Doct. in d. l. traditionibus.

4 Limitatur prædicta regula tertiò non habere locum, seu claudicare in Ecclesia, & ecclesiasticis personis uendentibus eandem rem duobus: quia tunc primus emptor secundo præfertur, etiam si traditio realis facta fuerit prius, quàm primo emptori: secundùm Host. & Ioan. And. in d. c. cùm continebatur, Roma. in d. consil. 198. & in auth. similiter. C. ad legẽ Falcid. & Marsil. in sing. 82. & in d. l. qui duobus, numero 3.

¶ In contrariam uerò opinionem inclinauit, quòd prgferatur in isto casu primus emptor, Ant. de But. Cardin. Floren. Anchar. & Abb. in d. c. cùm continebatur, Bart. Soc. consilio 29. lib. 4. Ias. in l. fi. numero 29. C. de sacrosan. eccles. & in d. l. quoties, num. 20. ubi asseuerat hanc esse communem opinionem, (Cõis opin.) & Alex. quoque consilio 122. lib. 5. colum. 2. Paris. in d. cons. 11. nu. 20.

5 Fallitque similiter procedere, quando secundus emptor bonam fidem habet: nam si secundus emptor sciens fuerit uenditionis primo loco alteri factæ eiusdem rei, licèt eidem tradita sit cum fraude: tamẽ per primum emptorem res ipsa ab eo reuocabitur, & euincetur per actionem in factum prætoriam competentem ad reuocandum alienata in fraudem: secundùm Glos. communiter approbatam, (Cõis opin.) in c. si tibi absenti, de præbẽ. lib. 6. Bal. in rubr. C. de reuocan. his quæ in fraud. cred. Glos. Alber. Saly. & Ias. num. 26. in d. l. quoties, Marsil. in d. l. qui duobus, num. 10. & istã limitationem sequitur quoque cum aliis ferè innumeris relatis per eum, Tiraquel. in tract. de iure constituti possess. 1. par. in prin. nu. 22. & seq. vbi firmat istorum sententiam communiorem fore.

6 Fallit etiam postremò, vbicunque uenditor constitueret se in prima uenditione precario nomine primi emptoris possidere. hoc enim casu, & si possessionẽ corporalem, actualem, & realem minimè tradiderit primo emptori, si deinde uendiderit, atque tradiderit possessionem eiusdem rei nihilominus ob huiusmodi precarij, & constituti clausulæ adiectionem, erit potior primus emptor: secundũ Bal. consilio 506. uenditor cõstituit, uol. 4. Io. And. in add. Specul. in tit. de empt. & uend. in §. sciendum, col. 16. & Marsil. in d. sing. 82. in 3. limitatione.

¶ In contrariam uerò partem uidetur înclinare copiosè Rota, seu Concilium Neap. teste Afflict. decis. 40. Sed aduerte, quia ibi apposita, & probata extitit simulatio primæ uenditionis per pactum de retrouendendo, modicitatem pretij, & possessionem 40 annorum. & sic præ-

sic præscriptionem. ideò non mirùm, istis concurrentibus, si concilium determinauerit esse præferendum secundum emptorem primo, non obstante clausula precarij, & constituti in eius fauorem concurrentis.

7 Quoniam dominium ex contractu simulato non transfertur, nec possessio ciuilis per precarium: secundùm Bal. in l. ex testamento. C. de fideicommiss.

8 Vbi concludit, quòd si non ualet contractus, nec tenet precarium. & sequitur Afflic. in d. decis. 40. nu. 17. Alexan. in l. 1. §. si uir, colum. 2. ff. de acquir. poss. & i urt. Sen. consilio 70. sub num. 2. ubi in hoc appellat Alex. aureum. idcircò redditur uerissima prædicta vltima limitatio. Nec ei obstat memorata decis. Neap. per relatas rationes, & authoritates.

*SVMMARIVM.*

1 *VSVRARIVS contractus requirit modicitatem pretij, pactum de retrouendendo, & consuetudinem fœnerandi: nec duo sufficerent, secundùm unam communem opinionem: receptum tamen est duo prima sufficere, secundùm alteram sententiam contrariam similiter communem.*

2 *Instrumentum, seu contractus celebratus cum ecclesia, aut cum viris ecclesiasticis, in quo interuenerit modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, non præsumitur vsurarius.*

3 *Contractus celebratus cum muliere, & rustico, in quo interuenerit modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, non præsumitur usurarius.*

4 *Exceptio rei iudicatæ, actori proponenti pactum de retrouendendo, modicitatem pretij, & simulationem contractus, obstare uidetur quò ad simulationem ipsam; secus uerò quò ad pactum de retrouendendo, & læsionem in pretio.*

5 *Pactum de retrouendendo post triennium, non facit contractum simulatum, nisi in facto fœneratorio.*

## OPINIO M. XXIX.

1 Venditio. CONTRACTVS emptionis, & uenditionis, vel alius similis contractus, vt dici possit fœneratitius, & vsurarius, & simulatus, requiritur necessariò probari tria, modicitas, seu tenuitas pretij, pactum de retrouendendo, & consuetudo fœnerandi, uel quòd emptor sit solitus fœnerari: & concurrētibus istis tribus, contractus ipse iudicandus foret simulatus: nec duo ex iam dictis sufficerent aliquo pacto ad probandum simulationem: vt voluit Bal. in c. 1. de feud. dato in uicē legis commiss. Archid. in c. quia plerique. 14. q. 3. Io. And. in c. ille uos, de piguo. Iac. de Aret. Cy. Saly. & alij in l. in emptione. C. plus ualere quod agitur. Cardin. & Anchar. in c. ad nostram, de empt. & uend. Gozadin. in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & uend. alios referens, Cagnolus in repet. l. 2. C. de rescin. uend. & istam opinionem ait esse communem Alexan. consilio 109. col. fin. uol. 4. Dec. consilio 167. Grammat. decis. 26. num. 26. & sequē. & Cassadorus decis. 1. num. 1. in tit. de usuris. & sequitur, & memorat esse magis communem Gratus consilio 11. quæritur, an Excellens Doctor, num. 14. & sequen. libro 2. & ita consuluit Boerius consilio 12. & Alex. de Neuo consilio 95. num. 21. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò sententiam, uidelicet, quòd contractus cst iudicandus fœneratitius solummodò ex duobus, scilicet ex pretij modicitate, & pacto de retrouendendo, absq; eo, quòd emens sit solitus fœnerari, inclinauit Glo. in c. conquestus, de usuris, & in d. c. ad nostram. quam sequitur ibi Innoc. Hostien. Ioā. And. Imol. But. Abb. Bal. Alberi. Pau. Castrē. & Fulgos. in d. l. in emptione, vbi asseuerant prædictorum opinionem esse communem, & Alex. reuocando iudicium in melius, consilio 120. vol. 4. & consil. 46. in princ. volu. 3. vbi dicit aperto ore hanc partem esse magis cōmunem, & Boet. decis. 182. num. 10. & ita, uigore dictæ secundæ, & ultimę opinionis magis communis, uoluit Sacrum Concilium Neap. teste Afflicto decis. 65. & Grammat. in prædicta decis. 76. num. 30. cum aliis seq. & Rota Rom. vt refert Cassadorus in d. decis. 1. & ita consuluit quoq; Grauet. cons. 156. nu. 8. & ista est uerissima, canonica, & magis communis opinio, & obseruāda in practica: vt attestatur Iacob. in l. rogasti. §. si tibi dedero. ff. si cer. pet. & Afflict. decis. 40. sub nu. 17. & seq. pro qua semper intrepidè iudicarem, & consulerem casu eueniente, & secundùm eam consuluit etiam eleganter, & doctè Marcus Antonius Natta cons. 198. uiso, & benè considerato themate, uol. 1. & iudicauit Camera Imperialis, testante Ioachino in obseruatione. 62. centuria. 3. Cōis opin.

2 Istam uerò opinionem ita retētam limitat Alciat. cons. 40. num. 3. tomo 1. lib. 1. fol. 17. non procedere, ubicunque instrumentum, in quo interuenisset pretij modicitas, & pactum de retrouendendo, reperiretur celebratum cū Ecclesia, seu uiris ecclesiasticis, vt tunc non præsumatur fœneratitium.

3 Item limitatur eadem communis in muliere, & rustico, quorum personarum simplicitas doli præsumptionem tollit, ac penitus excludit. l. 1. §. fin. ff. de eden. & l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omnium iud. & firmat Doct. in locis prædictis.

4 Claudicat etiam præmemorata communis, quòd actori proponenti pactum de retrouendendo, læsionem in pretio, & simulationē contractus, obstet exceptio rei iudicatæ, quò ad

ad simulationem, sed audiri debeat super ipsa simulatione. Cæterùm quò ad pactum de retrouendendo, & læsionem, eidem actori non obstitisse, nec obstare exceptionem prædictæ rei iudicatæ: secundùm decisionem Rotæ Romæ emanatam ibi, sub die 20. Octobris 1570 citatamque per D. meum Oradinum in suis decisionibus, decis. 267.

5 Postremò choarctatur quoque eadem cõmunis, vt pactum ipsum de retrouendendo post triennium, non faciat aliter contractum simulatum, nisi in facto fœnerario, ita Molineda. decis. 157.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBA intelliguntur, & interpretantur secundùm subiectam materiam, & secundùm naturam rei, & contractus, qui geritur, non autem secundùm quod simpliciter, & nudè proferuntur.*

2 *Contractus mens potius, quàm uerba attendi debet.*

3 *Verbum, Emo, interdum interpretatur pro conduco: & uerbum pretium pro mercede.*

4 *Verbum, commodù, aliquando ponitur pro precario.*

5 *Verbum, uendo, ponitur, & accipitur pro permuto.*

6 *Monialis testamento, dicens, relinquo Titio proprietatem: talis rei, exponitur, idest usumfructum: & sic uerbum, Proprietas, aliquando accipitur pro vsufructu.*

7 *Verba interpretantur secundùm qualitatem personæ, cui diriguntur.*

8 *Princeps præconizari faciens, ut quilibet debeat cõparere cum armis ad mostras, interpretantur eius uerba, ut quilibet teneatur comparere secundùm qualitatem suam, idest eques cum equo, & balistrarius cum balista.*

9 *Verba quantumcunque præcisa recipiunt interpretationem, secundùm subiectam materiam.*

10 *Verba quantumcunque præcisa interpretationem congruam recipiunt, & à mente proferentis regulantur.*

11 *Dictio, mox, accipitur secundùm subiectam materiam diuersimodè; aliquando pro spatio decem dierum; quandoque pro spatio duorum mensium; aliquando capitur vsque ad annum; aliquando pro anno sequenti; aliquando significat tempus incertum arbitrio iudicis statuendum; aliquando dicitur fieri statim, & incontinenti usque ad sex menses.*

## OPINIO M. XXX.

1 VERBA in dubio interpretanda, ac intelligenda sunt secundùm subiectam materiam, & rei naturam, & contractus, qui geritur, non autem secundùm quod simpliciter, & nudè proferunt. l. si nno, & ibi Bar. ff. locati, cum aliis iuribus uulgaribus. ex quibus ita concludit Alex. consilio 5. uol. 4 Bald. in l. 1. colum. 4. ff. commodati, Paul. Castren. in l. Aristo, post princ. ff. de donat. Aret. consil. 160. in 6 dubio, & 163. colum. fin. Roma. consilio 88. 211. & seq. Soc. in l. 2. colum. fin. ff. si cer. pet. Riminal. in l. 1. colum. 1. & seq. de iurisd. om. iud. Alex. consil. 37. colum. 2. 108. & 120. uol. 3. & consil. 35. col. 4. uolum. 4. consilio 179. uiso processu inter magnificam, nobilem Consortem, num. 12. uol. 5. & in l. 2. colũ. pen. & sequen. ff de vulg. Ruin. cons. 55. super eo, de quo quæritur, num. 3. uol. 1. Dec. in c. cũ parati, colum. 2. de appell. & cons. 120. 160. 164. & 580. colum. fi. & Fely. in c. nam concupiscentiam, colum. 1. de iurisd. omn. iud. Ozerius in §. alienus, nu. 4. instit. de hær. instit. Neuiza. in Sylua nuptiali, lib. 1. num. 232. Marsil. sing. 510 Verba in dubio. Corn. consil. 21. numero 7. uol. 1. consilio 220. num. 11. eod. uol. consilio 63. num. 3. uol. 2. cons. 205. num. 15. eod. uol. & cons. 25. num. 8. volu. 3. & cons. 92. num. 1?. eod. uol. & Ripa in l. 2. §. uoluntatem, num. 7. ff. solut. matr. quamuis essemus in materia, in qua fieri deberet stricta interpretatio, prout loquitur Alex. in d. cons. 5. & sequitur Dec. cons. 288. col. 2. & Marsil. in d. sing. 510.

2 Vndè concludendum est, quòd in contractibus magis attendere debemus mentem, quàm uerba. tex. est in l fin. & ibi not. Bal. C. quæ res pign. oblig. poss. & Glos. in l. blannitus. ff. de fideius. Nam verba seruiunt intentioni, non autem intentio uerbis. c. intelligentia, de uerb. oblig. cum similibus, & uide Corn. hoc profusè, & eleganter declarantem, cons. 81. in primo uol. Et sic uerba intelliguntur secundùm subiectam materiam, etiam contra propriam uerborum significationem. Et hinc est, quòd uerba necessitatiua, ex subiecta materia, intelliguntur de honestate: vt per Gloss. in Clem. attendentes, de sta. monach. & in c. 1. de despon impub. & per Bart. in l. creditores. C. de pignor. Et uerba rogatiua uersa uice important necessitatem. c. rogo, vbi Glos. 12. q. 3. & Glos. in l. 1. ff. quod iussu, & uide aliquid per Abb. in tract. Concil. Basil. in primo dubio, colum. 10.

3 Et hoc adeò uerùm est, vt Bar. in sua disputatione incip. Publicanus, cõcludit, & firmat, quòd uerbum, Emo, interpretatur pro conduco, & uerbum, Pretium, ponitur pro mercede. & hoc dictum Bar. sequitur Alex. cons. 107. colum. 2. uol. 3. & Soc. cons. 88. colum. 2. uolu. 1. vbi profert cum Bar. omnes Doct. communiter sentire, & in effectu ista est magis communis opinio. Cõis opin.

4 Et hinc afferebat Bal. in l. 2. C. commod. quòd uerbum, Commodum, ponitur pro precario.

5 Et

5 Et idem in l. 1.C.de rerum permut. quòd uerbum, Vendit, ponitur pro permutauit.

6 Asserebatq; ad eundem propositum Cardin.consil.17.quòd si monialis in testamento dicat, relinquo Titio proprietatem talis rei, exponitur, id est vsumfructum. & sequitur Fely.in c.in tantùm, de simo.

¶ Et asserebat denique Abb.in c.2.de stat. monach.col.2.quòd si profitens dixerit, reseruo mihi proprietatem talis rei, exponitur id est usumfructum: & sic verisimum est in prædictis casibus, & in aliis similibus, quòd secundùm subiectam materiam verba interpretantur, & recipiunt interpretationem, & declarationem.

7 Et uerba etiam intelliguntur, & interpretantur secundùm qualitatem personæ, cui diriguntur.l.plenum. §. æquitij. ff. de vsu, & habit. & l.stipulatio ista.§.hi qui. ff.de uerb. obl. vbi Iaf.in 6.not.plura congerit.

8 Et facit ad propositum decisio Bal.in l.liberti, libertæque, col.6.C.de operis libert. dicentis, quòd si Princeps præconizari faceret, vt quilibet deberet comparere cum armis ad faciendum ostétationes, seu mostras.quilibet tunc deberet, ac teneretur comparere secundùm qualitatem suam; eques cum equo, & balistrarius cum balista, & similibus.

9 Imò uerba quantumcunque præcisa recipiunt subauditionem, & interpretationem secundùm subiectam materiam: secundù Ruin. cons.8.num.11.uol.5.per Glo. in l. stipulatus sum Damam.ff.de uerb.oblig.

10 Et consequenter uerba quantumcunque præcisa, interpretationem congruam recipiunt, & à mente proferentis regulantur. Iaf. in l.1.colum.4.ff.de leg.1.& Glo.est in d.l. stipulatus sum Damam, in uer. Stipulatus sum continuò.Paris.consilio 3.num.61.uolu.3. & Dec.consilio 356.col.2.post Bal.in l.fin.C. de contrahen.empt.

11 Et sic dictio, Mox, secundùm subiectam materiam diuerso modo etiam accipitur. Aliquando pro spatio decem dierum.l. ad peremptorium, in fi. cum l.seq.& ibi Ang.ff.de iud. Quandoque capitur pro curriculo, seu spatio duorum mensium.l.à Diuo Pio.§.1.ff.de re iudic. Aliquando capitur usque ad annum. c. si tamen qualibet.& ibi Glo.11.q.1.& c. longinquitaté.12.dis.Aliquando capitur, Mox, id est anno sequenti. l. sed & si quis. §. si operas, cum sequen.iuncta Glos.in uer.Mox.ff. de vsu fruct. Aliquando significat tempus incertum, arbitrio iudicis statuendum. l. si is à quo, in princ.ff.vt in pos.leg. Aliquando, postremò dicitur fieri statim, & incontinenti vsque ad sex menses: secundùm Bar.in l.3.§.cum igitur. ff. de ui, & ui armata.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBA adiecta simpliciter in inuestitura feudi, pro se, & hæredibus masculis; pro liberis, & descendentibus intelligi debent, quòd vocantur ob hoc ipsi filij, & descendentes absque eo, quòd sint hæredes.*

## OPINIO M. XXXI.

1 VERBA apposita, seu adiecta simpliciter in inuestitura feudi, pro se, & hæredibus masculis; pro liberis, & descendentibus: accipiuntur, intelligique debent absque eo, quòd vlterius habeant ius, & nomen hæredis: & sic per huiusmodi uerba uocantur dicti filij, & descendentes, absque eo, quòd sint heredes: secùdùm Ioan.And.in add.Specul. in tit. de testa. in rub.in fin. Bar.Bal.colum.fi.& Alex. col. 3. in l.Gallus.§.etiam.ff.de lib.& posth. Ray. de For. in disput. exordiente. Quidam habebat duos filios.Dec.cons.208.sub num.11.consil. 175. num. 3. & cons.395. ubi affirmat istam esse communem opinionem, & in c. in præsentia de probat.Corn.cons.199.colum. 12. uol. 2.& consilio 164.colum.1.volu. 3. Iaf. in d.§. etiam, col.4.Cur.Sen.consilio 25.colum.pen. Lauren.Calcan.cons.78. nu.5.Soc.Iun. cons. 79.num.6.uol.4.& insignis Doctor, & concivis meus Iosephus de Rusticis in tract.de conditione si sine liberis decesserit, in 4. par. c. 1. numero 5. *Cōis opin.*

¶ Et licèt Sigismun. Loffredus consulendo, & doctissimè quidem, cons.1.per totum.uideatur tenere contrarium. tamen quicquid ipse suadeat, noli aliter recedere à dicta communi, quæ uerissima, & tutissima redditur ex scriptis memoratorum scribentium.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBVM, Promitto, prolatum in aliqua scriptura publica, siue priuata, denotat, ac importat in dubio stipulationem in utraque scriptura.*

2 *Debitor per scripturam priuatam, asserens se debitorem alicuius summa erga aliam personam, ac promittens se eam soluturum, efficaciter obligatur, & censetur ob hoc facta promissio interueniente stipulatione.*

OPINIO M. XXXIII.

1 VERBVM, Promisit, ubicunque reperiretur simpliciter prolatum in aliqua scriptura, siue publica, siue priuata, denotaret vtiq; in dubio stipulationem in utraque scriptura: & sic uerbum ipsum Promitto, redactum in scripturam publicam, uel priuatam, denotat stipulationem: secundùm Scriben. omnes in rub. ff. de uerb. oblig. & ibi Ripam, num. 17. & seq. & Soc. Iun. num. 40. cum aliis pluribus seq. Bart. & alios, per tex. ibi, in l. Titia §. idem respondit, il 2. ff. de uerb. oblig. ubi etiam Ias. in 1. not. admonet istam esse communem opinionem, & Lancil. Galiaul. in d. rubr. eod. tit. numero 28. Cōis opin.

2 Et ex hoc inferunt Ang. Paul. de Castro in d. §. idem respondit, ad casum utilē, & quotidianum, uidelicet, quod si aliquis mercator uel alius quilibet per scripturam priuatam asfereret se debitorem alicuius summę erga aliā personam, & promitteret se eam summam soluturum, censeretur nempè facta promissio interueniente stipulatione, & sic esset efficax ad agendum.

¶ Imò fortius uolunt Doct. in d. §. idem respondit, per tex. ibi, quòd stāte uerbo, Promitto, in scriptura publica, uel priuata, pręsumeretur pręsentia, & colloquium utriusque partis simul. de quo dicendum, distinguendū esset, ut ubi per Io. de Imol. Aret. & Ias. Qui Are. etiam, post Castren. idem concludit de uerbo Inuestio: ut ibi per eum.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBVM, Placet, uel Placebit, denotat arbitrium boni uiri, non autem liberam uoluntatem.*

2 *Verba, Liberam facultatem, posita in rescriptis, uel alia similia uerba sub quibuscumque clausulis, & formis, quid importent, remissiuè.*

3 *Verbum, Vt tibi uidebitur, denotat arbitrium boni uiri, non autem liberam uoluntatem.*

4 *Verba, prout tibi libuerit, important liberum arbitrium.*

5 *Verba, prout uolueris, important liberā uoluntatē.*

OPINIO M. XXXIV.

1 VERBA illa prolata per aliquem in quacunque cōmissione alteri tradita. Prout tibi placuerit, non important liberam, & absolutam potestatem, sed arbitrium boni uiri: & sic de arbitrio boni uiri, & non aliter intelligi debeant, text. est in l. Lucius, de fideicom. lib. & ibi Bar. & clarius in l. Thais ancilla. §. fororem, eod. tit. & consil. incip. Bictoniensis quidam habens bona communia. Corn. conf. 9. sub nu. 14. uol. 1 conf. 221. num. 28. uolu. 2. & conf. 92. num. 12. eod. uol. & conf. 76. num. 5. uol. 3. Bal. l. fin. §. 1. C. communia de legat. Afflict. decis. 91. sub nu. 4. ubi fatetur istam esse communem opinionem. cui inhęret etiam Fely. in c. 1. de constir. sub num. 51. Cōis opin.

2 Vbi ponit uerba, Liberam facultatem, quid importent, & ibi de clausulis insertis in rescriptis, uidelicet, Committimus iudicio tuo, Pronuncies secundùm sensum tuum, & de multis aliis per ordinem, usque ad uer. Primum est, quòd uerba importantia.

3 Imò uerba, Vt melius tibi uidebitur, & placebit, similiter arbitrium boni uiri importār, non autem liberum arbitrium, & uoluntatem. l. fideicommissa. §. quoque. ff. de leg. 3. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uer. Videbitur, & in l. Lucius. ff. mand. Corn. consilio 9. num. 14. uol. 1. consil. 117. num. 4. & cōsilio 221. num. 28. vol. 2. & consil. 194. num. 7. & cons. 302. vol. 4. & Bar. & alios, & pręsertim Ias. in l. si sic ff. de leg. 1. Afflict. in d. decis. 91. numero 5. Soc. Iun. consilio 160. numero 56. uolum. 2. & Bertran. consilio 303. uisis duobus casibus, n. 9. vol. 4. & cōs. 10. uiso publico instrumento conuentionum, num. 17. uol. 6.

4 Verba uerò, prout libuerit faciendi, non important aliter arbitrium boni uiri, sed ad arbitrium liberum ea reducuntur. l. fideicommissaria libertas, & l. 2. ff. de fideicōmis. liber. Bar. in l. alio. ff. de aliment. & cibar. legat. Gozad. cons. 91. sub num. 9. & Alex. in l. si sic, col. 2. ff. de leg. 1.

5 Similiterq; uerba, prout uolueris, important etiam liberam uoluntatem. l. cùm quidam, & ibi Bar. ff. de leg. 2. & Bertran. in d. consilio 10. nu. 9. uol. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBVM, Conuenit, appositum, uel prolatum in instrumento, non importat stipulationem, nisi reperiretur apud acta: quia tūc calore iudicij importaret stipulationem, nō autem pactum nudum; & nisi proferatur interrogatiuè.*

OPINIO M. XXXV.

1 VERBVM, Conuenit, appositū, uel prolatū in instrumento, nō impedit stipulationē: secundùm Bar. in l. lecta ff. si cer. pet. cuius opinionē fatetur esse cōem Ripa ibid. nu. 16. & D. Pontanus Perusinus, nu. 2. & Marcel. Beriuc. in rub. ff. d uer. obl. & Cremē. sing. 139. Cōis opin.

 ¶ Et

¶ Et licèt Iaſ.in d.l.lecta,& Fortunius Garzi.in l.1.ff.ſi cer. pet. audacter aſſeuerent aliã
Cõis ſententiam contra Bar.eſſe communem. Cæ-
opin. terùm prima opinio eſſe videtur magis communis:vt per Ripam iu d. rub.ff.de uerb. obl. numero 26.

¶ Quæ quidem tanquàm uerißima limitatur primùm non procedere, quando dictum uerbum,Conuenit,reperiretur apud acta: tũc profectò calore iudicij importaret ſtipulationem,non autem pactum nudum: ſecundùm Bal.in l. ſciendum,in 2.lect.ff.de uerb.obl.cuius dictum pro ſingulari, & peregrino recenſuit Cremenſis ſing.139.

¶ Secundò etiam choarctatur,quòd eſt uerum,quòd verbum, Conuenit, in dubio non importat ſtipulationem,niſi proferatur interrogatiuè:vt per Zaſium,in d.rubr. ff. de uerb. oblig.putà,habeo hoc à te? & Soc.loco de quo ſupra,num.16.& Alciat.in l.1.§.ſi quis ita.ff. de uerb.oblig.

¶ Sed tamen contra hoc tenet Azo.in ſumma,vel in rub. C. de inutil. ſtipul. At magiſter meus,D.Reſtaurus Caſtaldus Peruſinus,dum publicè interpretabatur d.rub. ff. de ver. obl. admonebat,aſſerebatque veritatem eſſe contra Azonẽ, & eius lecturam ibi eſſe corruptã.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBVM, Promitto, redactum in inſtrumento,ſeu ſcriptura, importat ſtipulationem,ſiue ſit ſcriptura publica, ſiue priuata,niſi ſit prolatum à teſtibus; & niſi ſint uerba de preterito.*

## OPINIO M. XXXVI.

1 VERBVM, Promitto, redactum in inſtrumẽto, ſeu ſcriptura, importat ſtipulationem.§.ſi ita ſcriptum,inſtit. de inutil.ſtipul.& hæc eſt cõ
Cõis munis opinio Glo.Bar.Cęte
opin. rorumque,in l.1.de contrah.commit.ſtip.Bartol.Fulgoſ.Alex.& Dec.in l.lecta.ff.ſi cer.pet. vt ferè omnes atteſtantur,in rub.ff. de uer.oblig.Caccialupus in tract. de pactis.q.4.nu.1. cum aliis ſeq.Cagnolus,n.88.& latè per duas col.in d l.lecta.& Moder.Hyſpani,in l. iuriſgẽtium.ff.de pactis,in prin.

¶ Imò ampliatur dicta communis non ſolùm procedere in ſcriptura publica, uerùm etiam in priuata, vt in apodiſſa. & ſuper hoc
Cõis eſt aliqualis controuerſia inter Doct.ſed com-
opin. munis concluſio Doct.eſt,ſecundùm Marcellum Berincutium,in rubr.ff.ſi cert. pet. quòd idem ſit ac in ſcriptura publica.& de iſta communi opinione atteſtatur etiam Ioan. Bapt. Caccialup.in tract. de pact. in 4. q. & Moder. Mediolanenſes,in l.1.num.31.ff.de uerb.obl.

¶ Contrarium tamen tennit Soc.antiq. cõſilio 267.præſens,lib.2.& Iacob.Bauer.in l. 1. C.de contrahẽ.& cõmit.ſtip.ubi ait,quòd ſcriptura priuata facit fidem ſi fiat à perſona non indotta;ſecus ſi fieret à mercatore. Soci.Iun. conſil 131.lib.3.iam diu.Vbi dicit, quòd §.ſi ita ſcriptum, non habet locum in ſcriptura facta à mercatore. Et nota cùm eris iudex,an in ſtrumenti appellatione veniat ſcriptura priuata,& an veniant teſtes: eſt facienda diſtinctio,an ſimus in odioſis, uel in fauorabilibus. & de hoc uide Dec. in c. 1. de fide inſtrum.& Clemen.1.de procur.in terminis,& l.1. C.de iur. calum. videlicet, quòd in fauorabilibus, appellatione inſtrumenti veniũt teſtes, & priuata ſcriptura,aliàs ſecus in odioſis.

¶ Sed claudicat primò dicta communis concluſio non procedere in teſtibus deponentibus aliquẽ promiſiſſe: tunc exploratꝫ iuris eſt,uerbũ prolatum à teſtibus non importare ſtipulationem,ſed pactum nudum:ſecundùm communem opinionem omnium Doct. in l. ſciendũ.ff.de uer.obl. quã allegat nouiſſimè, vltra alios, Marcellus Berincutius,in rubr.ff. de uer.obl.& ſequitur Caccialupus in trac. de pactis,in 4.q n.4.& alij Doct.aggregati p Vrſillũ in add.Afflicti,in deciſ.120.num.1.& ſeq. Cõis opin.

¶ Sed benè uerum ,quòd in Sacro Regio Concilio Neap.deciſum extit contrarium, ſecundũ Afflict.in d.deciſ.120.videlicet,vt verbum,Promiſiſſe,à teſtibus prolatum, importet ſtipulationem,vel pactum nudum:cùm ex vtroq ,pręſertimq;in ipſo prætorio Principis, & domini Regis noſtri agi poſsit:& ſic ipſum Sacrum Regium Concilium Neap.poſſet agere promiſſorem ad obſeruantiam promiſsionis nudo pacto factæ . Et dictã deciſionẽ amplectitur poſt Bal.Vrſillus in add.Afflicti,in d. deciſ.120.nu.2.& ſeq. & uidetur optimẽ fundata,vt diſcuſsimus ſupra in Opin.570.lib.2. fol.119.Pactum nudũ nõ producit, poſt prin.

¶ Limitatur ſecundo loco,quòd uerbum, Promiſſo, poſitum in inſtrumento, importat ſtipulationem,quando ſunt uerba de præſenti:ſecus de pręterito:ſecundùm Saly.in l.1.C. de contrah.& commit.ſtip.

¶ Tertiam uerò limitationem tradunt Moderni in d.l. ſciendum, quando teſtes dicunt, talis promiſit Titio præſenti.nam tunc importat ſtipulationem. ſecus ſi non apponerẽt illud verbum pręſenti:vt per Afflict.deciſ.120.

¶ Sed contra hoc facit Glo.cõiter approbata,in l.ſi unus.§.pactus ne peteret. ff. de pact. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *VERBVM, Rei, capitur generaliter,& comprehendit quaſcunque res, & actiones,excepto libero homine.*

2 *Statutum ordinans, quòd de qualibet re soluatur gabella, non habet locum in libero homine: nam de eo non soluetur gabella.*

## OPINIO M. XXXVII.

1 VERBVM, Rei, capitur generaliter, & comprehendit bona, iura, species, & seruos, & alias quascunque res: secundùm Dec. latè, in l. 1. ff. si certum pet. num. 7. & seq. in 2. lect. & ultra eum probatur hoc iustit. de rerum diuis. in princ. & insti. de rebus corpor. & incorp. ubi hęreditas, vsusfructus, obligationes, & actiones, veniunt appellatione rerum.

¶ Sed tamen aduertendum est, quòd non comprehenduntur liberi homines appellatione rerum. l. 1. ff. de statu hominum, cum aliis concordantibus relatis per Dec. in l. 1.

2 Indè Niger, sumpta occasione ibi, infert ad quęstionem de statuto disponente, de quabibet re solui gabellam, quòd non habebit locum in libero homine, vt non soluatur gabella. quem sequuntur communiter Moder. in d. l. 1. vt ponit expressè Bologuettus ibi numero 26. licèt ipse contra huiusmodi dictum non nulla satis urgentia opponat. Cõis opin.

### SVMMARIVM.

1 *VERBA enunciatiua principaliter propter aliud prolata, regulariter nõ disponunt, & nihil operantur: sicut neque narratiua.*

2 *Verba enunciatiua incidẽter propter aliud prolata, licèt non disponant, tamen faciunt semiplenam probationem in fauorem tertij.*

3 *Verba enunciatiua, fauore pię causę prolata, disponunt.*

4 *Verba enunciatiua iurata per testatorem in suo testamento disponunt, siue testator enuncians iuret, seu asserat se iurasse omnia, & singula contenta in instrumento esse uera.*

5 *Verba enunciatiua prolata à patre naturali confitẽte præsente eius filio naturali legitimato, quòd de eius licentia consensu, & mandato ipse se legitimari fecit, disponunt, ac ipsis verbis ita enunciatiuè prolatis standum esset, etiam quòd de preiudicio ipsius patris tractetur.*

6 *Scripturam producens in iudicio, videtur fateri omnia contenta in ea, non solùm quò ad ea, quę principaliter disponunt, sed etiam quò ad dicta ibi incidenter, & enunciatiuè prolata, & pars aduersa potest se fundare super illis.*

7 *Verba enunciatiua disponunt in octo casibus, remissiuè.*

8 *Verba enunciatiua prolata inter partes plenè probant, etiam quando disputetur de enunciato.*

## OPINIO M. XXXVIII.

1 VERBA enunciatiua principaliter propter aliud prolata, regulariter non disponunt, & nihil operantur. l. ex his uerbis. C. de testa. mil. Glo. & Doc. in l. 1. in Glos. magna. C. de fals. cau edict. & c. fin. de succes. ab intest.

¶ Sicut neque narratiua. ita Alex. Ias. Dec. & alij omnes in l. licèt. C. de pact. Glos. in l. 1. C. quando non pet. par. Gomes. instit. de act. in rubr. num. 5. & Ias. in l. 1. in 4. notab. ff. de offic. eius.

2 Sed claudicat primò ista regula, seu cõclusio, quòd licèt uerba enunciatiua incidenter pp aliud à pagano prolata non disponant: tamen saltem faciunt semiplenam probationẽ in fauorem tertij. ita singulariter tenet Bart. in l. admonendi, colum. 8. ver. Item quæro si instrumentum publicum. ff. de iureiur. quem sequuntur communiter Canonistę, in c. fin. de iureiuran. vt asserit expressè Ias. in d. l. admonendi, & in d. l. ex his uerbis, num. 2. & ibi etiã Dec. in 3. & 4. limit. Cõis opin.

3 Claudicatque secundò præfata regula fauore piæ causæ: secundùm Bar. in reper. l. 1. C. de sacrosan. eccles. col. pen. & probat. text. in d. c. fin. ubi Hostien. Io. And. & alij ad hoc notant. Idem affirmat Panorm. consilio 11. In causa quæ vertitur inter hospitale, colum. 3. vol. 1. & Card. Floren. in c. iudicante, colum. 4. & seq. de test.

¶ Sed tamen contra Bartol. pręfatosque Doct. audacter fatetur esse magis communem opinionem, Soc. Iun. consilio 109. colum. antepen. volu. 2. Grauet. in tract. de antiquit. temp. in 4. par. num. 60. Et pro dicta quęstione vide Parisium cons. 73. lib. 1. Cõis opin.

4 Choarctatur tertiò dicta regula, quando uerba enunciatiua essent iurata: tunc quippè disponunt, siue testator enuncians iuret, seu asserat se iurasse omnia, & singula contenta in instrumento esse uera: secundum Angelum in dicta. l. ex his uerbis, in lectura Perusina, per authen. quod obtinet. C. de probationib. Siquidem iuramentum habet vim clausulę, vt actus ualeat omnimodo. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & hoc ante eum tenuit Bart. in l. ex hac scriptura, colum. 3. & sequen. ff. de donat. Anchara. in Clemen. 1. de probationibus, Bal. in dicta Lex his uerbis, colum. 1. facit l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. ubi Bartol. & opinionem Bart. ibi, commemorat esse communem Alexan. consilio 127. libro 7. & ita consuluit idem Alex. consilio 17. lib. 3. ut refert Grammat. in uoto 16. num. 5. Cõis opin.

5 Limitatur etiam quartò antedicta regula, vbicunqne verba enunciatiua essent prolata à patre naturali, confitendo præsente eius filio naturali legitimato, quòd de eius licentia, & mandato, ipse se legitimari fecit. quibns verbis ita enunciatiuè prolatis standum tunc esset, esto quòd de prçiudicio ipsius patris tractetur: vt voluit Ang. consf. 87. spurius naturalis, seu bastardus, col. 1. uers. Nec etiam obstat quód pater legitimationis tempore non fuit præsens.

6 . Limitatur quoq; præmemorata regula quinto loco, in producentibus scripturam in iudicio: tunc enim producens scripturã in ipso indicio, uidetur fateri omnia contenta in ea, non solúm quò ad ea, quæ principaliter disponunt, sed etiam quò ad dicta ibi incidẽter, & ennnciatinè, & pars aduersa potest se fundare super illis uerbis enunciatiuè prolatis. tex. est, & ibi Glo. in c. cũ olim, de cẽsibus, & Abb. in cõs. 53. lib. 2. & ita extitit iudicatũ per prudentissimũ D. Alfonsum Campanilẽ Neapolitanũ, meritissimũ iudicem Ciuitatis nostrę, & tanquàm indicẽ assumptũ secundarũ causarũ castri Ocrarum, de mense Iunlj 1576. ad fauorem Dominici Ciamarræ mei clientis, de eodem oppido, contra Dianam de Baiochino, me patrocinante.

7 Er in octo aliis casibus limitat dictam regulam Ias. in d. l. ex his uerbis, quos vide, nu. 2. & seq. Et limitat etiam in aliquibus aliis casibus Fely. in c. cũ in iure, nu. 13. & seq. de offi. & potest. iud. deleg. & apostilla ad eum ibi, super litera B.

8 Restringiturq́; vtiliter postremò eadẽ regula, quòd dicta verba enunciatiua, seu assertiua inter partes prolata, plenè probẽt. l. optimã. C. de conr. & com. stipul. & Afflict. decis. 83. n. 1. & 4. ẽt quando principaliter disputetur de enunciato. secundũ Bar. in d. l. sciendũ. col. 11. in auth. si quis in aliquo documento, col. fi. C. de edẽ. & in l. gerit. ff. de acq. hęr. col. 3. quem sequitur Dec. consf. 539. num. 5. & latè ponit Soc. consf. 68. nu. 7. vol. 4. & Bal. in d. auth. si qnis in aliquo documento, & in l. 2. C. de nup. & in c. transmissa, ext. de rest. spol. & in c. series, extr. de testib & alij congesti per Soc. in d. consf. 68. vbi scribit istã esse communẽ opinionem, & mentem Legistarum. quem refert, & sequitur Dec. in præcitato consf. 539. nu. 6. *Cõis opin.*

### *SVMMARIVM.*

1 *VERBVM, relinquo, adiectum vniuersitati bonorum, uel relatum ad legitimam, importat institutionem.*

2 *Verbum, lego, appositum in testamẽto cum clausula omni meliori modo, pertinet uigore talis clausulæ ad hęredis institutionem, licèt contrarium concludatur.*

3 *Verba debent intelligi, ac interpretari secundùm communem vsum loquendi.*

4 *Legatum filiæ iure restitutionis, intelligitur, id est institutionis.*

5 *Verbum, relinquo, adiectum certæ rei, uel quantitati, non importat institutionem, sed legatum: secundùm unam communem opinionem: licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd uerbum, lego, adiectum vniuersitati bonorum, inducat hæredis institutionem.*

## OPINIO M. XXXIX.

1 VERBVM, relinquo, adiectum uniuersitati bonorũ, vtì quando refertur ad legitimam; hoc equidem casu certum est, quòd importat institutionem. l. his uerbis, in princ. ff. de hæred. insti. & l. Diuus. §. ego te hæredem, & ibi Bar. num. 3. ff de milit. test. & est communis opinio: secundùm Alex. in rub. ff. sol. matr. num. 30. & Couarruuias, cum aliis citatis per eum, in c. Raynutius. §. 1. nnm. 5. & seq. de testa. & Vasquiũ, in tract. de success. process. lib. 1. §. 3. *Cõis opin.*

2 Necnon uerbum lego, si nõ foret appositũ simpliciter in testamẽto, sed cum clausula, omni meliori modo. tunc pertinere, spectareq́ue videtur vigore talis clausulæ ad hæredis institutionem. ita Alciat. cum aliis congestis per eum, consf. 166. placet mihi conclusio, numero 3. tomo 3. lib. 9.

¶ Cæterùm mihi uidetur nimis scrupulosa isthæc opinio: nam si testator vsus fuisset uerbo relinquo, vtiq; hoc facilè sustineri potuisset, vt hoc uerbũ appositũ cum clausula ipsa, omni meliori modo, in testamẽto importaret hęredis institutionẽ. Verùm cũ tractetur de vi verbi, lego, aduertendũ est, differentiã non mediocrem reperiri inter ipsa uerba relinquo, & lego. vtpote quia, licèt verbũ relinquo adiectũ vniuersitati bonorum, trahatur ad institutionem, vt supra firmauimus ex cõi opinione: tamen secus est re ipsa in uerbo lego: quia qnanquàm illud vniuersitati bonorũ adiectũ, secundùm antiquissima tempora, traheretur ad institutionem. l. uerbis legis. ff. de uer. signif. nihilominus tamen posteà extitit eius significatum choarctatum, atque restrictum per sequẽtem iuris prudentiam, vt illud solummodò comprehendat legatum, & ideò trahi non debet ad institutionem.

3 Quoniam uerba intelligi, interpretariq́ue debent secundũ cõem vsum loquendi. ita Sal. in l. fin. C. famil. erciscun. Ioan. de Imol. in d. l. his uerbis, colum. 4. & Doct. omues per text. ibi, in l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. & in l. cùm de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instruc. & instrumen. leg.

4 Est tamen benè uerum, quòd aliquando verbum lego, adaptatur ad hæredis institutionem: & potissimùm, vbicunque legatum fieret filiis, vel filiabus iure institutionis: prout quotidie hoc obseruatur per patres habentes filios, qui in eorum testamentis consueuere filiabus dotatis aliquid relinquere, seu legare vltra dotes constitutas, iure institutionis. Imò si ipsis filiabus legatum extitisset factum in testamento per patres iure restitutionis, intelligeretur tunc, id est iure institutionis. vt uoluit Bal. in l. si cùm ante. C. de don. ante nup.

5 Quæ quidem communis ita amplificata procedit, quando dictum uerbum, relinquo, adiiciatur certæ rei, vel quantitati: siquidem tunc non importat institutionem, sed legatū: vt per Bartol. Bal. & Ang. in d. l. his uerbis, & Ias. in authen. nouissima. nu. 33. C. de inoffic. testa. Dec. consilio 496. & Ripam in l. in quartam, num. 142. ff. ad leg. Falcid. Bar. & alios in l. cogi, in princ. ff. ad Trebel. Imol. in c. Raynutius, de testa. Grauet. consilio 90. num. 35. volum. 2. & Alex. consilio 321. num. 20. vol. 2. & (Cōis opin.) ista est communis opinio, vt per præcitatos Doct. & Soci. tertium, post Alex. & Ias. in rubr. ff. de leg. 1. Bertran. consil. 64. visis allegationibus respondeo, num. 2. vol. 8. Alex. consil. 70. viso consilio aliàs per me reddito, sub num. 7. volum. 2. & copiosè Couarru. in c. Rainaldus. §. 1. num. 5. de testa. vbi deducit opinionem cōtrariam, uidelicet, quòd uerbum, lego, adiectum uniuersitati bonorum, inducat hæredis institutionem, esse pariter cōmunem. & idem testatur Vasqui. in d. §. 3. num. 13. & seq. & ita consuluit Alex. cons. 17. ponderatis his, quę in themate, num. 2. uol. 3. vbi, & benè, atque prudentissimè Moderni in add. in litera H, in fin. aduertunt, & testantur malè cōsuluisse Alex. ibi.

*SVMMARIVM.*

*1 VERBVM, Disponere, ex propria significatione, importat vltimam uoluntatem, non autem dispositionem inter viuos.*

*2 Verbum institutionis omissum in testamento nuncupatiuo probari potest per duos testes: sed omissum inquit, sicut in scriptis uerificari nequit, sicut nec uerbum condemno in sententia.*

OPINIO M. XL.

1 VERBVM, Disponere, ex propria significatione, importat ultimā voluntatem, non autem importat dispositionē inter viuos: & sic uerbum hoc trahitur ad ultimas uoluntates, & non dispositionē inter uiuos: vt est text. in §. disponat, auth. de nuptiis, & tradit Alex. in rub. ff. sol. matr. num. 16. & ibi Ripa, nu. 16. Afflict. in decis. 370. tria dubia fuerunt discussa, num. 12. & latè Parisius cōsil. 33. uol. 3. ubi attestatur de communi opinione.

2 Sed hoc uerbū, disponere, seu instituere, aliquando ex incuria notariorum vidi omissum in aliquibus testamentis: vndè in causis tuendis in iudicio semper mei clientes re ipsa probarunt institutionem ipsam per testes. Et quòd uerbum institutionis omissum in testamento nuncupatiuo, probari queat per duos testes: uerùm omissum in testamento in scriptis per testes uerificari, probarique non possit, sicut nec uerbum condemno in sententia, voluit Bal. in l. errore, col. fi. C. testa.

*SVMMARIVM.*

*1 VIDVA, durante uiduitate, retinet nomen primi viri.*

*2 Vidua retinet nobilitatem ex casata primi uiri, etiam si ex se erat ignobilis.*

*3 Vidua dicitur esse in matrimonio primi viri.*

*4 Vidua retinet dignitatē, quam habebat uiuēte uiro.*

*5 Vidua retinet forum uiri mortui, & eius priuilegia, etiam exorbitantia.*

OPINIO M. XLI.

1 VIDVA quousq; nubit, retinet nomen prioris mariti. l. fœminæ. ff. de senat. l. cùm te. C. de nup & c. ex parte B. de foro compet.

2 Et sic ex his vidua retinet nobilitatem ex casata primi uiri: secundùm Bar. in l. fi. col. 1. C. de uerb. sign. etiam si ex se erat ignobilis. quia nubendo uiro nobili fit nobilis. d. l. fœminę. & Bar. in d. l. fin. colum. 1. & Alex. in l. filij. §. uidua. ff. ad municip.

3 Imò dicitur durare in primo matrimonio §. soluto, in auth. de nup. coll. 4. & l. fin. de bonis mater. & Bal. notat in l. uoluntas. C. de fideicom. col. 1. in ver. Dicit longobarda.

4 Et hinc dicit Glo. notabilis in Clemē. ne Romani, uer. Eo tamen, de elect. quod uidua denominat à dignitate primi uiri. per d. c. ex parte B. & uide Fely. in d. c. ex parte, Benedic. de Vadis Forosemprouiensem in cons. suo 112. Syluanum cons. 6. sub nu. 14. cum aliis seq. & Capicium decis. 129. nu. 8. cum aliis seq.

5 Et hinc etiam collige, quòd priuilegia cōcessa vxori ratione dignitatis, & reuerentiæ mariti, durant quoque soluto matrimonio, & sic uidua retinet forum uiri mortui, & eius priuilegia. l. quoties. C. de priuile. schol. lib. 12. & l. aliàs. §. eleganter, & l. seq. §. fin. cum sequen. ff. sol. matr. & d. l. fœminę, & ibi Bar. & l. fi. col. 1. C. de uer. sig. & in l. fin. C. de bonis mater.

Cyn.in l.2.C.de episc.& cler.Bal.in d l. uolun tas. Alex.consilio 20.col.2.uol.1.& in l.generaliter, in principio,& col.2. ff.de in ius uoc. Tiraquel.in trac. cessante causa,in prima parte,num.107.& in tract.de nobilitate,cap. 18. num 5.cum aliis seq.Riminal.colum.1.Curt. Sen.Dec.Iaf.colum.3.Purpur.num.12.Curt. Iunior,& alij omnes in l.1.C. de in ius uocan. & Marsil.num.47.& sequen. C.de rap.uirg. & Cōis opin. ista est communis opinio, quam ampliat Tiraquel.in d.c. 8.num.8. procedere etiam in priuilegiis exorbitantibus.

## SUMMARIUM.

1 VIVERE quilibet præsumitur centum annis, nisi probetur mortuus.

2 Mors probatur per librum hospitalis, stante consuetudine, vt huiusmodi libro,circa hoc fides adhibeatur.

3 Mors probatur per librum Rectoris ecclesiæ, in quo mors sepultorum describitur,quando staret consuetudo, vt ipsi libro præstaretur fides de morte alicuius.

4 Mors probatur ex eo, quòd propinqui aliquem de corum domo habuerunt pro mortuo.

5 Mortuus præsumitur, qui per 20. annos abfuit, ita vt nullam de eo domus,& familia sua habuerit notitiam.

6 Mors probatur per famam publicam in causis ciuilibus.

7 Mors per testes probari debet in causis criminalibus.

8 Mors,ubi agitur de causa status,& famæ,quomodò probetur,remissiuè.

9 Aetas hominum erat ante diluuium nimis longa, & prolixa,prout Adam, & Eua primi parentes uixerunt annis 962.& alij antiqui patres æquali, vel maiori annorum curriculo similiter vixerunt.

10 Aetas vitæ hominis quot annis statuta erat per Deum tempore Mosis, Dauid,& aliorum,abundè discurritur.

11 Mortis tempus debet continenter memoria reuolui: quia nil tunc proderunt fælicitates huius mundi: sed duntaxat homo feret secum tempore prædicto bona,& mala propria,quæ egit.

## OPINIO M. XLII.

1 VIVERE quilibet præsumitur usque ad centum annos, nisi probetur mortuus.l.fi.§. & nobis. C. de sacrosf.eccl.& l.an usus fructus,in fin.ff. de vsufruct. Glo.Bart.& cæteri,in l.2. §.si dubitetur.ff.quemad.test.aper.Bar. Ang. Imol & Roma.post Glos.in l.sed & si ff.de acquir.hæred Ferraricn. in sua pract. Papien. in for. libelli, quo petitur hæreditas ex testa. §. possidebat,num.2.fol.par.392. Afflict.in constit.Statuimus,in fin.rub.6.lib.1.Bertran.consil.pen.seu 337.Ex his,quę parte honestę mulieris,num.4.uol.8.Curt.Sen.consil.2. sub numero 2.Crotus in tract.de testibus, sub num. 282.in 7.par.Bal. conf. 148. Factum quæstionis tale est,uol. 2.Ioã. de Neuizanis in sua Sylua nuptiali,lib 2. num. 111. Thobias Nonius consf.5.num. 13. & sequen. Capicius decis. 4. num.18.& Dec.consil.204.num.4.& consilio 575. num. 10. vbi recitat istam esse communem regulam, & opinionem. Et sic actor in Cōis opin. præsenti casu proculdubio succumberet, nisi superesset tempus probandi contrarium.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit consulendo Corn.consil.119.num.8. volu. 1. Dec.titubanter,in l.si emãcipati,colum.3. C. de collat.& Alciat.in tract.de præsump.in regul.1.præsump.44.qui etiam limitat, & declarat.& Ruin.consil.189.num.14 uol. 1. Paris. consil.86.num.20.cum aliis seq.uol.4. & Couarruuias in suis resolutionibus,lib. 2.c.7. numero 6. post alios signatos ibi per eum. Zuchar.in l.fin.num.200.C.de edic.Diui Adriani toll.& Franc.Coscius in c.1.de constit. numero 23.& seq. Et istam ultimam opinionem sequebatur ætatis nostrę monarcha,& Iuriscõsultorum Princeps,præceptor meus,D.Ranaldus Ridolphius Perusinus,dum publicè interpretabatur d. l. si emancipati, qui oculis, ve aiunt,linceis omnia arcana, recondita,& abstrusa iura intuebatur,& penetrabat,prout in suis lecturis imprimendis faciliè dignoscitur, forsan in breui temporis curriculo.Tamẽ eius opinionem, & sequacium, tanquàm in iure non ueriorem,& rationabiliorem omninò reiicio, & sequor primam sententiam Gloss. & Bar.communem.Quia amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen amica ueritas. vt inquit etiam Socin. Iun. consilio 41. numero 1. volum.3.protestando se contra Dec.& consulendo contra eum ibi. Et caue ne te decipiat Corn.conf.340.num.9.& sequẽ. vol. 1. vbi dicit istam Glo.& Bar.opinionem iure non probari,& illam ait insolentes, & vulgus tenere. Caueque pariter à Corasio in miscellaneis iuris ciuilis,lib.5.c.18.per totum,qui ibi pueriliter per aliquas frigidas rationes suadet dictàm communem nunquam probabilem sibi visam fuisse.Cauebis etiam à Gozadi.qui præcipitanter conf.68 sub num.6.ait falsam esse. Imò præcauendum est potius ab assertione Glossatoris,attestantis à semetipso,& ex naturali propria ceruice,in scholiis ad Alex.consil. num.42.vol.5.opinionem istorum contra cõmunem his temporibus crebriorem fore.

2 Et mors ipsa multifariàm probari solet, & primò ea potissimùm probatur per librum hospitalis, & præsertim stante consuetudine, vt ipsis libris circa hoc fides adhibeatur: vt

uoluit

uoluit, & iudicauit Rota Roma. sub die 16. Octobris 1570. attestante ueritatis fonte, D. Oradino præceptore meo, in decis. 266.

3 Secundò itidem probatur mors per librũ Rectoris Ecclesiæ, in quo mors sepultorum de scribitur; cùm ei credatur de morte alicuius, accedente maximè consuetudine: vt tradit, & firmat Grauet. in tract. de antiq. tempor. in 1. par. num. 264.

4 Tertiò sufficiens probatio est etiam, vbi quæritur de morte alicuius, quòd inter liberos, & coniunctos habeatur pro mortuo; quia uerisimilius est, quòd ipsi sciant hoc, quàm extranei: secundùm not. in auth. hodie. C. de repud. & voluit Ang. in l. de tutela. C. de in integ. restit. min. per illum tex. Barthol. Veroné. consilio 50. colum. 3. Alex. consilio 27. colum. 2. uol. 7. Corn. consilio 204. uol. 3. Ant. Corset. in sing. in uerb. Mors. & Grauet. consilio 127. In contractu matrimonij, sub nu. 17.

5 Quartò mortuus quis præsumitur, qui per 20. annos absuit à patria sua, ita vt nihil certi de eius vita reperiri potuit: & tunc, omni qua decuit exactissima diligentia adhibita, mediantibus nunciis, & exploratoribus destinatis in reperiendo absentem, eoque nullatenus reperto, dicitur mors probata: secundùm Bal. consilio 90. uol. 2. Bar. Alex. & alios omnes vnanimiter in l. huc iure. ff. de uerb. oblig. Grauet. in d. consi. 127. numero 17. & Gozad. consilio 68. Videtur prima facie dicendum, num. 9. Cõis opin. vbi in medium exposuit istam esse communem opinionem.

6 Quintò mors ipsa probatur etiam per famam publicam: secundùm Cyn. Bart. Bal. Angel. & alios omnes concorditer, in l. si quidem. Cõis opin. C. sol. matr. Saly. in l. ea quidem, colum. pen. C. de accus. Alex consilio 172. In causa, & lite inter dominam Dorotheam, num. 7. uolum. 6. Grauet. in d. consilio 127. num. 17. Ias. in l. cũ ea, colum. fin. C. de transact. Corn. consil. 204. colum. 1. vol. 3.

7 Sed hęc omnia procedunt in causis ciuilibus; secùs uerò in criminalibus. tunc enim, cùm tractetur de maximo præiudicio, & irrecuperabili, putà ubi esset quæstio de homicidio, & quæreretur quis interfecisset, debet nempè plenè probari mors ipsa per testes: vt in l. inde Neratius. §. si cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. & notat Corset. in d. singul. in uer. Mors, sub numero 3.

8 Et interdum tractatur etiam de præiudicio famæ, & status, in probatione mortis. & tunc deberet adhiberi alia probatio, de qua in auth. hodie. C. de repud.

9 Et aduerte, quòd hoc tempus centum annorum statutum à Legistis vitæ hominis, est etiam nimis breue. Nam ante diluuium ætas hominum erat prolixior, vt in Adam, & Eua, primis parentibus, qui uixerunt annis 962. Seth. 912. Enoch. 905. Caàm. 910. Malael. 895. Iaser. 962. Mattusalem. 969. vt habetur per Augustinum. c. 15. de Ciuit. Dei; per Fratrem Ioannem compatriotam meum in sermonibus quadragesimalibus, in serm. illo diuino de morte. 41. Modicum tempus uobiscum sum, colum. 4. uers. Vixit enim Adam primus parens; & per Discipulum in sermone. 60. Modicum etiam non uidebitis me, colum. 2. & sequen. in litera N. ubi refert etiam ætatem aliorum antiquorum patrum ferè innumerabilium.

¶ Sed post diluuium Deus constituit tempus breuius, vt tradit Ioseph. de antiquit. lib. 1. c. 5. & 8. licèt quoque illo tempore satis longius esset tempus uitæ mortalium. vt habetur Gen. c. 11. Et hoc, siquidem ante diluuium homines erant religiosi, & ab ipso Deo facti, & pabula opportuniora eis erant præparata. & octo alias causas, & rationes adducit in d. sermo. 60. in litera O. Discipulus. Ideò tantorum annorum curriculis viuebant, deindè ob uarias causas cõgestas per Discipulum, in dicto serm. 60. in litera O. & ob uirtutes, gloriosasq; vtilitates, quas iugiter perscrutabantur, idest astrologiã, geometriamuè, Deus eis amplius uiuendi solatia cõdonauit, quæ nunquàm anteà discere potuissent, nisi sexcentis vixissent annis: per tot enim curricula magnus annus impletur. hæc ibi Iosephus, adducens authoritates tam Græcorum, quàm Caldæorum, & Aegiptiorum.

10 Et idem firmat in c. 14. eiusdẽ lib. & quòd tempore Mosis positum fuit per Deum tempus vitæ hominis annorum 120. & post tempore Dauid annorum. 70. in potentatibus. 80. Psalm. 79. quamuis ex loco Geneseos præcitato, scriptum sit. Nõ permanebit spiritus meus in homine in æternum: nam caro est, eruntq; dies illius 120. Sic etiam ante tempus Mosis erant anni 120. & in declinationem deflexie vita hominis. Cùm habeatur Ecclesiastici. 18. Numerus dierum hominum, vt multùm centum anni. prout apud Legistas statutum est, & docuimus supra ex communi opinione. Dum ergò tempus habemus, operemus bona, Christoque adhæramus, cui uero Deo laus, gloria, & gratiarum actio debetur in sempiternum. amen.

11 Et considera quando veniet tempus mortis, quid tunc proderit si habuisses fortunam Alexandri, potentiam Agusti, pulchritudinem Absalonis, Fortitudinem Sansonis, longitudinem Adæ, & sapientiam Salomonis cùm ex his omnibus nihil tecum feras, nisi duntaxat bona, & mala, quæ egisti. Apoc. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. & Augusti. in in serm. Adam si adhuc uiueret, & hodie moreretur, quid ei longitudo vitę profuisset? Memento igitur mori.

Vale

*Vndè superbi*
*Quid sumus, nisi li*
*De limo homo pri*
*Sortem vitare nequi* } *mus.*
*Si nos terra su*
*Terra quid est, nisi fu*
*Ergo nihil su*
*Ideo studea*
*Vt parati si*

Vndè si quid boni dictum extitit circa prę-sentem materiam, & speculationem, ipse altis-simus Princeps Deus fuit reuelator.

## *SVMMARIVM.*

1 *VSVFRVCTVARIVS vtendo rebus, quæ vsu consumuntur, ante præstitam cautionem proprietario de restituendis ipsis rebus finito vsufructu, non facit fructus suos, vt dicitur etiam infra sub num. 2.*

2 *Vsufructuarius omnium bonorum potest agere contra debitores hæreditarios, & eos exigere: cùm nomina debitorum actiuè, & passiuè pertineant ad ipsum vsufructuarium omnium bonorum; & cùm in legato vsusfructus omnium bonorum, veniat vsusfructus libri, & nominum debitorum.*

3 *Vsufructuarius, qui recipit fructus ante pręstitam cautionem sciente, & patiente hærede, facit eos suos.*

4 *Vsufructuarius possidens, atque utens rebus, quæ vsu non consumuntur, & sic prædijs urbanis, aut rusticis, ante pręstitam cautionem ab eo aliter non petitam, facit fructus suos.*

## OPINIO M. XLIII.

1 VSVFRVCTVARIVS vtendo rebus, quæ vsu cō sumũtur, ante pręstitam cautionem proprietario de restituendis ipsis rebus finito vsufructu, non facit fructus suos: & sic ante præstitam cautionem in vsufructu dictarum rerum, quæ usu consumuntur per ipsum fructuarium, fructus non pertinent ad fructuarium, siue possideat, siue non: secundùm Glos. Iacob. Butrig. Bar. Bald. num. 10. Salyc. Paul. Castrens. Fulgos. & Alex. in addit. in l. 1. C. de vsufruct. Corn. consilio 79. uol. 2. num. 7. Ias. num. 125. & Alciat. num. 32. in l. 1. ff. de lega. 1. & eundem Alciat. in lib. 7. Parergon. c. 2. Socin. Iun. cons. 72. sub num. 3. & sequē. vol. 2. Iacob Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel. in conclusionibus, conclusione 18. in 2. ampl. libro 3. & Pinelum, de bonis màternis, in l. 1. par. 2. nu. 77. qui docet istam esse communem opinionem. *Cōis opin.*

2 Ideo aduerte utiliter, quòd vsufructuarius omnium bonorum posset agere contra debitores hæreditarios, ac eos exigere: secundùm Bart in l. fin. in fin. de vsufruc. leg. ubi firmat, nomina debitorum actiuè, & passiuè pertinere ad ipsum vsufructuarium omnium bonorum. Et in l. filium, in princ. ff. de leg 3. concludit etiam, quòd in legato usus fructus omnium bonorum, venit vsusfructus libri, & nominum debitorum. & sequitur Capra consil. 154. punctus. quidā Sanctes de Aquila. Corn. consilio 187. num. 11. uol. 2. & Dec. cons. 418. num. 6. cum aliis seq. qui eneruat ibi omnia obstacula.

¶ Contrarium uerò consuluit Ruinus cō-silio 51. num. 7. cum aliis seq. vol. 2. quòd iste vsufructuarius omnium bonorum aliter non faciat fructus suos ante pręstitam cautionē, de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, cuius fundamenta, & alia, quæ adduci possent in contrarium, tolluntur per Dec. in d. consilio 418. num. 6. cum aliis seq. & consil. 607. numero 2. cum seq. & in effectu opinio prædicta Bartol. Deci. & sequacium, sequenda est in decisiuis, tanquàm tutior, æquior, & uerior. pro qua consului requisitus de mense Ianuarij 1571. in causa quorundam de Ciuitate Ducali per plures rationes, quæ hic ob temporis angustiam supprimuntur.

3 Et ita consuluit etiam Natta consil. 477. De quatuor quæritur pertinentibus ad vsum fructum, nu. 1. cum aliis seq. vol. 2. quòd vsufructuarius, qui recepit fructus, ante præstitā cautionem, sciente, & patiente hærede, facit eos suos; & sequitur etiam Corn. d. consil. 187. num. 2. cum aliis seq. & ita extitit iudicatum in facti contingentia in Curia præmemoratæ Ciuitatis Ducalis, per peritissimum D. Andream Castellium de Ciuitate Interamniæ, existentem tunc gubernatorem ibi. & Ant. Gabriel. cum magna caterua Doct. relata per eum, in d conclus. 18. in 2. ampl.

4 Sed si fructuarius uteretur aliis rebus, quę vsu non consumuntur, & possideret sine vitio, corporaliter, & actualiter prædia urbana, seu rustica, ante tamen pręstitam cautionem, tunc faceret fructus suos: & sic vsufructuarius, dummodò rem possideat, nulla præstita cautione per eum, nec aliter ab eo petita, nec requisita, hoc casu per defectum huius satisdationis, fructus suos facere non desinit: secundùm Azo. & Glos. in l. vxori, *la prima*. ff. de vsufruc. leg. Bar. Alber. Castren. & alios in l. 4. C. de usufructu. Abb. colum. fin. & Azet. num. 4. in c. fin. de pignoribus, Bar. & Fulgos. in l. si cuius. ff. de vsufru. Bal. in l. 1. nu. 15. & Sal. num. 6. C. eodem tit. Soc. consilio 131. col. fi. uolu. 1. Corn. cons. 173. num. 8. uolu. 3. & Soc. Iun.

Cõis opin. Iun.consilio 72.num.8.volu.2.& ista est communis opinio: secundùm Alex.consil.120.numero 5.vol.6.

¶ Et licèt contrarium velit Fely.in c.si autem,num.5.de rescrip.& Fulgos.consi.92.in fin.quorum sententia,& sequacium procederet,si vsufructuarius non possideret, nec vellet cautionem præstare: tunc enim ad eum in tereã fructus non pertinerent. & ita concludit quoque Gloss. in d.l.si cuius, & Bart. in d. l. vxori.

### SVMMARIVM.

1 *SERVITVTEM fundo suo proprietarius regulariter potest imponere,etiam quòd in eo quis habeat vsumfructum, dummodò ob hoc fructuarij conditio deterior non fiat.*

2 *Vsufructuarij consensus non firmat seruitutem à proprietario non ritè impositam.*

### OPINIO M. XLIV.

1 *vsufructuarius.* PROPRIETARIVS potest regulariter seruitutem fundo suo, in quo aliquis habet vsumfructũ, imponere, dummodò ob hoc fructuarij conditio deterior non fiat.l. sed, & si quid.§.fin. ff. de vsufruct. Sed si eius conditio deterior fieret, tunc citra consensum ipsius fructuarij non posset.vt in d.§.fin.

2 Imò quod plus est, etiam ipso fructuario consentiente non posset: & sic fructuarij consensus non firmat seruitutem à proprietario non ritè impositam. secundùm Glos. Fulgos. & alios communiter in d.§.fin.Gloss. Salyc. & Paul.Castren.num.5. in l. fin. §. filius autem. C. de bonis quæ liber. Curt. Iun. consilio 37. & Alciat.num.53.in l.pen.C.de pact.qui etiã Cõis opin. ostendunt istam esse communem opinionem, quæ cum effectu communis apparet. Sed ab ea, & absque concludenti quidem ratione, imò fretus aliquibus subtilibus fundamẽtis potius, quàm realibus, conatur discedere Pinelus,de bonis maternis.l.1.par.2.nume.74. post Cuma. quem refert lib.4.c.4.

### SVMMARIVM.

1 *VSVFRVCTVARIVS cauere debet de benè utendo, fruendo,& restituendo ea, quæ vsu non consumuntur, & æstimationem eorum, quæ vsu consumuntur: nec debet impedire confectionem inuentarij bonorum hæreditariorum.*

2 *Vsufructuarius alienans res, quæ usu consumuntur ante æstimationem eorum, cadit ab vsufructu.*

3 *Vsufructuarius occultans bona, quæ vsu consumuntur, ne distribuantur, cadit ab vsufructu.*

4 *Vsufructuarius facit fructus suos, non præstita cautione, quando quis donauit rem retento vsufructu.*

5 *Testator non potest remittere vsufructuario cautionem de vtendo arbitrio boni uiri.*

6 *Testator, quamuis usufructuario remittere non possit cautionem de utendo arbitrio boni uiri, tamen posset heredem grauare de recipiendo fideiussorem inopem ab eo.*

7 *Vsufructuarius non faceret fructus suos, quos percepisset ante cautionem: & potissimum si petitam satisdationem præstare recusasset.*

8 *Vsufructuarius, qui ob paupertatem non reperit fideiussorem, non potest cum iuratoria cautione admitti.*

9 *Testator non potest remittere vsufructuario cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, quando vsusfructus est constitutus in ultima voluntate, secus si inter viuos.*

10 *Testator potest remittere cautionem de præstandis legatis, & fideicommissis.*

### OPINIO M. XLV.

1 VSVFRVCTVARIVS, respectu eorum, quæ vsu non consumuntur, cogitur cautionem præstare de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, salua rerum substantia, & de restituendis rebus finito vsufructu, quales extabunt.l. si tibi. ff. de usufruct. ear. rer. quę vsu consum.& toto tit.ff.de vsufruc. quemad. caueat.& notat Glo.Bal.& Salyc. in l. vsufructu constituto, per text.ibi.C.de vsufruc. Alex. cõsilio 58.numero 6 uol.3.Paris.consi.96.in princip.vol.2.Dec.consilio 607.colum.1.Bertran. consilio 162. ex themate mihi transmissæ consultationis, sub nu'n.7. uol.3. secundæ partis, fol.255.& Iacob.Philip.Port. seu potius Ant. Gabriell.in suis conclusionibus, conclus. 18. lib.3.in princ.

2 Si verò sunt res mobiles, quæ usu consumuntur, prout oleum, vinum, frumentum, lana,& similia; vsufructuarius pro rebus ipsis, quæ seruando seruari non possunt, cautionem præstare teneretur de restituendo,& soluendo æstimationem ipsorum bonorum finito usufructu, facta tamen prius æstimatione antequàm præstetur cautio,& habito respectu ad æstimationem, secundùm tempus, quo vsufructuarię res traduntur.l.si cui, cum l. seq. ff. de vsufruct. ear. rer. quę usu cons.& §. constituitur,& §.seq.instit. de vsufru.& ita notatur per Bertran.in d.consi. 162. sub num.7. Soc. Iun. consi.96.colum.fin.uol.1.Alex.in d. consi. 58. Ant.

Ant.Gabriell.in d.concluſ.18.ampl.3.Bellonum conſ.54.ſub numero 2.& per Federic.de Senis, conſilio 46.iure cautum eſt. & per Rolan.à Valle conſil.92.in cauſa huius Magniſicæ Matronæ,num.6.& 8.uolu.1.vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 Imò ſi uſufructuarius alienaret res ipſas ante æſtimationem earum,dubio procul caderet ab vſufructu, tanquàm malè in re uerſaretur: ſecundùm Ruin. conſilio vltimo in fin. volumine 2.

¶ Et hoc idem dicendum foret,ſi occultaret bona ipſe vſufructuarius, ne diſtribuerentur:vt firmat Grauet.conſ.300.

4 Et quamuis vſufructuarius teneatur præſtare cautionem de utendo arbitrio boni uiri:tamen hoc non haberet locum in eo,qui donaſſet ſua bona reſeruato ſibi vſufructu:vt notat,& firmat Ioan,de Platea,in §.ſunt præterea,inſtit.de donat.Ant.Rub.Alexan.conſ.54.colum.fin.Corn.conſil. 267. in hac conſultatione videtur,vol.4.Soc.in l. omnes. ff. de except.& Dec conſilio 265.in inſtrumento, colum.fin.& Gozad.conſilio 91.num.5. & conſ.95.num.10.

5 Nec poteſt teſtator vſufructuario ſatiſdationis neceſsitatem remittere: & dato, quòd ſit per teſtatorē remiſſa, omninò peti poteſt. l.ſcire debetis.C.vt in poſſeſ.leg. & l. 1.C. de vſufruct.& ibi Glo.Soc.cõſ.210.ſatis anceps, propè fin.Iaſ.conſ.40.Tria,lib.1. Abb.conſ.4.in fin.uol.2.& Pariſ.conſ.61.colnm.pen.uolu.3. Nam illa cautio concernit fauorem hæredis,quam teſtator remittere non poteſt:ſecundùm Glo.in §.vſusfructus,in uer.Salua,inſtit. de vſufructu.Glo.in d.l.ſcire debetis,communiter approbatam ibi à Doct. & in l. nemo poteſt.ff.de leg.1. atteſtante Chriſt. Portio in d. §.vſusfructus,num.12.& ultra Doct. in locis prçcitatis,atteſtantur de dicta communi,Guido Papæ conſilio 63.in 2.dubio,& Grauet.cõſilio 174.num.3.cum aliis ſeq.& conſilio 187.numero 7. & Bellonus in d. conſilio 54. numero 3. Cõis opin.

¶ Et quamuis Bald. in authen. cui relictū. C.de indic.vid.tollen.per illum text. ſentiat hodie correctam eſſe l. primam, & idem putet Barba.conſil.64.Clementiſsimi, lib.2. tamen communis opinio eſt in contrarium: vt per relatos Doct.& per Ant.Gabriell.copioſè in d.concluſ.18.in 6.ampliatione, & per Soc. conſilio 131.in præſenti cõſultatione, colum. pen.lib.1.cum allegatis per Dec.cõſ.418.colum.3.conſilio 565.uolum. 1. & conſilio 607. viſo puncto.

6 Et licèt uſufructuario cautio remitti nequeat per teſtatorem; nihilominus poſſet hæredem grauare de recipiendo fideiuſſorem in opem ab eo:ſecundū Bal.in l.1.C. de vſufruc. & in l.ſi pro ea.C.mandati.Alex.in l.tribus.ff. de vſufruct.earum rer. quæ uſu conſ. & Barb. in c.fin.ſub num.8.de pignoribus.

7 Proindè ſcias, quòd non faceret fructus ſuos vſufructuarius,quos percepiſſet ante cautionem præſtitam:vt per Bal.conſil. 21. ſuper primo,lib.2.lateque per Dec. in d. conſ.607. Et præſertim ſi vſufructuarius petitam ſatiſdationem præſtare recuſaret, non deberet modo aliquo fructus habere,vt firmāt omnes Doct. cõiter in l.vſufructu.C.de uſufru.Chriſt. Port. in §.vſusfructus,nu.4.inſt. de vſufructu, Bellonus in d.conſilio 54.ſub num.4 & Corn.conſilio 164.in hac conſultatione,in fin.vol. 1.ubi demonſtrat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

8 Sed ſi vſufructuarius, ob eius paupertatem,non poſſet cautionem cū fideiuſſore præſtare de vtendo,ac fruendo arbitrio boni viri: tunc vtique nullatenus admitteretur ad iuratoriam cautionem,ſibique imputaretur, nec haberet uſumfructum, nec commodum ex eo: ſecundum Gloſ. Odofred. Iacob. Butrig. Bal.& alios in l. vſufructu.C. de uſufruct.Roma.conſil.439. circa primum propoſitæ conſultationis articulum, ſub num. 2. & in l.2.ff. ſol.matr.num.38.Iaſ.in l. 1. ff. qui ſat. cogan. poſt num.23.Bellonum in d.conſ.54. num. 6. & ſeq. & Bertran. conſilio 232. quamuis qui omne dicit,num.17.vol.7.ubi recitatis,atque reiectis aliis duabus opinionibus contrariis, amplectitur iſtam ſententiam Gloſſ. & ſequacium,atque communem eſſe;quam ſequitur etiam Saluſtius D.Guilielmi de Peruſio,conſilio 29.num.21.& ſequen.poſito inter conſ.Diuerſorum ad cauſas vltimarum uoluntatum, collecta per Io.Bap.Zilettum uol.1.Nec ab eadem communi diſſentit Alex conſilio 57. conſideratis uerbis teſtamēti,ſub num.8.uol.3. & Ruin.conſ.206.col.10.uol.2. Cõis opin.

¶ Et quamuis circa firmamentum aliarū opinionum contrariarū aliqua ſcribat Guido Papæ deciſ. 189. ſub num. 1. & deciſ. 250. & Abb.conſ.40. ſub num. 3. & Auguſt. Berous conſilio 60.num.51.uol.2.& Portius in d. §. vſusfructus,nu.7. Tamen in actu practico nō foret tutum diſcedere à communi prçmemorata, quam uidimus innumeris ferè vicibus in practica obſeruari, prout ab ea durum eſſe in practica ipſa recedere atteſtatur Salyc.in l. 4.C.de vſufruct.

9 Quatenus autem ſuperius diximus teſtatorem non poſſe remittere cautionem de utēdo,fruēdoque arbitio boni uiri, dic quòd hoc verum eſt,quando ſcilicet vſusfructus eſt conſtitutus in vltima voluntate; ſecus ſi inter viuos: quia inter viuos poteſt conſtitui vſusfructus.§.conſtituitur,inſtit.de vſufruct.& principalis conſtituens poteſt remittere huiuſmodi cautionem:vt per Bar.Bald.colum. 11. Aug. in fin.& Saly.in l.1.C.de vſufructu. Et ita debet

bet intelligi d.l.fiscire debetis.Et eodem modo intelligi debet argumentum à contrario sensu, ibi (minimè in testamento remitti pos se)ergò extra testamentum, siue per hæredē, siue per testatorem, benè posse remitti; quia quilibet sibi præiudicare potest.

10 Limita etiam dictam conclusionē, quòd licèt testator nequeat remittere cautionem de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri; potest nihilominus remittere cautionem de præstandis legatis, & fideicommissis hæredi. l. 2. C.vt in possess.leg.& notat Portius in d.§. vsusfructus,in fin.& latè scripsi supra in Opi.871. Testator potest.hoc eodem lib.3.fol.2.

*SVMMARIVM.*

1 *VSVFRVCTVARIVS, cui vsusfructus omnium bonorum fuit relictus,seu legatus, non tenetur ad soluendum æs alienum.*

2 *Hæredes de bonis hæreditarijs tenentur satisfacere creditoribus.*

3 *Hæres ab æs alienum soluendum, & pro satisfactione æris alieni,potest uendere bona mobilia,& immobilia, antequàm illa vsufructuario tradat: & tanto minorem usufructuarius habebit vsumfructum.*

## OPINIO M. XLVI.

1 VSVFRVCTVARIVS, cui vsusfructus omnium bonorum fuit relictus, seu legatus, tenetur ad onera aliena, simul atq; onus æris alieni ad ipsum spectabit:secundùm Bar.in l.fin.ff.de vsufruct.leg.

¶ Sed in contrarium facit de directo.l. 1. C.si cer.pet.& l. 2. C. de hæred. act. uidelicet, quòd vsufructuarius omnium bonorum non teneatur ad soluendum æs alienum. & ist hæc opinio contra Bar. videtur communis, vt patet ex congestis per Iaf.in l.1.col.3.& seq.ff. ad Trebell.per Dec.consilio 485. circa fin.& per Soc.consilio 131.in præsenti,col. 6. & Bellon. consil 7.num.1.

Cōis opin.

2 Idemque comprobatur ex his,quę scribit Barba.consilio 63.illud.Nam creditoribus tenentur satisfacere hæredes de bonis hæreditariis:vt per Pau.de Cast.in l.fin.§. finautem æs alienum.C.de bonis quæ lib.

3 Ideoq; heres propter æs alienum soluendum, & pro satisfactione, potest uendere bona mobilia,& immobilia, antequàm illa vsufructuario tradat,& tanto minorem vsumfructum habebit vsufructuarius.l.vsufructu bonorum.ff.ad leg.Falcid.& ibi Alex.& Bal. consilio 87.super primo, lib. 5. & Paul. de Castro consilio 335.In causa quæ uertitur,& Dec. cōsilio 620. ubi scribit illam esse communem opinionem. Licèt,& malè Gozad.conf.94. asseueret contrarium.

Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *VENDITORI decepto vltra dimidiam iusti pretij ex æquitate.l.2.C.de rescin.uend.succurritur sibi,& suis hæredibus, vt vel restituto pretio ei res restituatur, vel suppleatur pretium ipsum.*

2 *Venditio non valet, vbicunque venditor deceptus reperitur vltra dimidiam iusti pretii.*

3 *Societas rescinditur ex enormi læsione vltra dimidiam.*

4 *Compromissum, seu laudum etiam acceptatum à partibus rescinditur ex enormi læsione vltra dimidiam.*

5 *Remedium.l.2.C.de resc.ind.vend.vt conceditur emptori,ita & venditori.*

6 *Remedium.l.2.C.de rescind.vend.non competit etiā interueniente iuramento,& renunciatione in contractu venditionis.*

7 *Remedium.l. 2. C. de rescind. vend. conceditur non solùm in emptione, & venditione,sed etiam in omnibus contractibus bonæ fidei.*

8 *Locatio rescinditur ex enormi læsione vltra dimidiam,siue durante locatione,seu ea finita.*

9 *Remedium.l 2.C.de rescind uend non procedit,quādo quis damnatur uendere ex vltima uoluntate,& præsertim si testator taxauerit certum pretium, aliàs secus.*

10 *Venditio facta per subhastationem non rescinditur ex enormi læsione ultra dimidiam: secundùm unā opinionem,licèt & altera opinio contraria communis appareat.*

11 *Venditio facta cum decreto iudicis non rescinditur ex enormi læsione.*

12 *Transactio non rescinditur ex enormi læsione: secundùm unam communem opinionem,licèt altera opinio contraria similiter communis appareat.*

13 *Remedium. l. 2. C. de rescind. uend. non conceditur quando quis tradit rem pro tanto pretio, & quod plus ualet asseruit donare, & præsertim si sciebat rei venditæ ualorem.*

14 *Remedium. l. 2. C. de rescind. uend. non conceditur quando in instrumento venditor, non solùm expressit,quòd illud quod plus ualet donabat, siue quantitas sit parua,siue magna, sed etiam si excedat dimidiam iusti pretij,sponte, & ex certa scientia dedit,& donauit,& renunciauit beneficio.d.l.2.quod declaratur procedere si hoc bis asseruit, non autem semel.*

15 *Iuramentum excludit maiorem vigintiquinque annis à remedio.l.2.C.de rescind.vend.*

16 *Maiori decepto in magno excessu vltra dimidiam iusti pre-*

*sli pretij competit remedium.l.2.C.de rescind.uendit.impetrata per eum absolutione à iuramento.*

17 *Remedium.l.2.C. de rescind. uend. non competit in adiudicatione facta per iudicem in solutum creditori in iudicio, secus extra iudicium.*

18 *Remedium. l. 2. C. de rescind. uend. non conceditur quando fuerit facta uenditio minus dimidia iusti pretij, cum conditione, quòd si pretium conuentum non soluatur certo tempore, suppleatur certum iustum pretium.*

19 *Remedium.l.2.C.de rescind.uend.conceditur quando uenditor ignoraret qualitatem rei venditę: secus si sciret valorem ipsius rei.*

20 *Petitio quomodò formari debeat, & quid continere in casu enormis læsionis, in casu uenditionis.*

21 *Permutatio beneficiorum non rescinditur intuitu læsionis vltra dimidiam redditumm beneficiorum.*

22 *Vendita res, dicitur minus valere ratione oneris adiuncti ipsi rei.*

23 *Valor rei dicitur etiam minor ratione mali uicini.*

24 *Valor rei dicitur minor ratione difficultatis in exigendo.*

## OPINIO M. XLVII.

1 VLTRA dimidiam iusti pretij, ubicunque uenditor deceptus extet, ex æquitate.l. 2. C. de rescin. vend. secundùm Bal. ibi, & cumulatissimè Iacob. Philipp. Port. seu potius Ant. Gabriell. in suis conclusi. conclus. 36. in princ. lib. 1. & Arinm Pinel. in d.l.2. in 1. part. nnm. 22. & seq. & ipsi, & eius hæredi succurri tur, vt vel restituto pretio res ei reddatur, vel suppleatur pretium ipsum.

2 Quia nenditio non valet, si uenditor extitisset deceptus vltra dimidiam iusti pretij. ita Glos. in §. pretium, in uer. Diffinierit, in fin. instit. de emp. & vend.

3 Imò ist hæc regula, seu conclusio est adeò in visceribus iuris fundata, & radicata, vt ea procedat, & amplificetur primò sortiri locum etiam in contractu societatis. ita Cagnol. in d.l.2. in 3. quæst. numero 61. uer. In contractu societatis.

4 Secundò ampliatur quoque, vt remediũ d.l.2. locum obtineat similiter in compromisso, etiam quòd compromissum ipsum approbassent partes: secundùm Dec. consilio 60. colum. 3. ubi arguit de compromisso ad transactionem, & Marant. in tract. de iud. in 4. part. dist. 14. num. 8. Ant. Gabriel. in d. conclus. 36. in 1. ampliat. & Misting. in sing. obser. cent. 1. obseruat. 33.

5 Tertiò propagat, extenditque radices suas eadem regula, vt ea non solùm procedat in nenditore, sed in emptore etiam, cùm re ipsa militet eadem ratio. vt per Doct. in d. l. 2. & Abb. in c. cùm causa, & in c. cùm dilecti, de emp. & uend.

6 Quartò amplificatur etiam, quòd non potest dari cautela in materia, d.l.2. nec iuramẽti, nec renunciationis, vt non competat remedium. d.l.2. quando sumus in enormi læsione. ita Dec. consilio 108. & Mar. Soc. Iun. consilio 98 uol. 2.

7 Quintò ampliatur similiter istamet regula non tantùm procedere in contractu emptionis, & venditionis, uerùm etiam in omnibus contractibus bonæ fidei, vel bonæ fidei naturam habentibus. vt efficax testimonium est Bar. in d.l.2. num. 5. & Ioan. de Imol. ibi, qui in medium referauit istam esse communem opinionem, & Ias. quoque in l. si quis cùm aliter, num. 18. ff. de uet. oblig. Bar. in l. 3. C. commu. vtriusq. iudic. Roma. consi. 423. nnm. 2. & Ant. Gabriell. in d. conclus. 36. in 2. ampliat.

8 Et ita aliàs in facti contingentia superioribns annis obtinui in magna Curia Vicariæ, existente tunc causæ commissario. D. Scipione Pausa, quæ sententia fuit postmodùm confirmata in Sacro Concilio, existente eo tempore ipsius causæ commissario Illustri D. Cæsare Vitello, ad fauorem Vniuersitatis oppidi Prætorij Comitatus Aquilæ, contra Baronem eiusdem castri, qui locauerat baiulationem ipsius castri prædictæ Vniuersitati vltra dimidiam iusti, solitique affictus. qui quidem contractus locationis, & conductionis, ex allegata, & ostensa læsione, mediantibus ipsis duabus sententiis extitit meritò rescissus, & annullatus. Et quoniam petitio præmemoratæ Vniuersitatis continebat duo capita; unum equidem, quòd rescinderetur conductio, quæ durabat per decennium eiusdem baiulationis; & alterum, quòd annullaretur etiam altera conductio eiusdem rei similiter per decennium facta, quæ transacta re ipsa erat, & penitus completa, in qua itidem constabat de læsione vltra dimidiam. Sed eadem magna Curia Vicariæ omisit tunc secundnm caput petitionis, prouidendo, & sententiando solummodò super rescissione primi capitis ipsius conductionis, quę durabat. vndè adhuc pendet talis lis, & casus omissus, & instatur pro sententiæ promulgatione in huinsmodi casu ad fauorem antedictæ Vniuersitatis, & eo magis cũ pro ista parte, & sic pro Vniuersitate ita aliàs consuluit, & obtinuit coram grauissimis Senatoribus, Arius Pinel. vt ipse refert, contra Dec. cõsilio 583. in fin. in d.l. 2. in 1. part. cap. 3. sub numero 18.

¶ Et de hoc mirandum non est. Nam omnes Doct. congesti per Ant. Gabriell. in d. conclus. 36. in 8. ampliat. affirmãtes. d.l.2. locum obtinere in ipsa locatione, loquuntur generaliter, & indistinctè, tam in locatione completa, quàm non completa.

9 Cæte-

9 Cæterùm d.l.2. ita amplificata claudicat primò,quando quis damnatus foret uendere ex ultima uoluntate:secundùm Bal.in l.Imperator.§.si centum.ff.de leg.2.

¶ Quod quidem interpretatur necessariò, & cum grano salis procedere, si taxauerit certum pretium testator,aliàs secus. l. si fideiussor.§.meminisse.ff.de lega. 1. Alexan. in d.l.si quis cùm aliter,num.2. & Soc.in regul. 436. limitatione 7.

10 Secundò limitatur antedicta.l. 2. ubicunque uenditio extitisset ad publicum incantum facta ita Ang.in repet.l.sciendum. ff. de uerb.oblig.quem refert Alex.in d.l.si quis cũ aliter,num.16.Lancel. Dec. in l. fideiussor. §. meminisse,colum.3.ff.de leg. 3. & Fabian. in tract.de empt.& uend.col.77.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd uenditio,quando facta sit ad publicum incãtum, & sic per subhastationem,sortiatur locum præmemorata lex 2. inclinauit meritò quidem Bar.in l.1.C.de præscript. 30.annorum,Gomes.decis.65.lib.1.& Roma. in d.l. si quis cùm aliter, & Alex.etiam ibi,ubi inhærendo constanter huic opinioni, perhibet eã Cõis opin. magis uerã, magisq; communem esse: prout hoc idem asseuerat ipsemet Alex.cõs.117.uiso & ponderato processu causæ uertentis, nu. 11.uol.7.& Ant.Gabriel. cum aliis aggregatis per eum,in d.conclus.36.limit.3.

11 Tertiò restringitur utiliter prænotata.l.2. non procedere, quando uenditio facta foret cum decreto iudicis.ita Bar in l.1.C.de præd. decur.lib.10.Alex.in d.l.si quis cùm aliter,numero 15.Soc.in regul. 436 in 2.limit.& Ant. Gabriel.cum magna caterua Doct.relata per eum,in d.concl.36.in 2.limit.ubi commemorat istam esse communem opinionem,licèt & Cõis opin. malè cõtrarium affirmauerit Roma. & Imol. in d.l.si quis cùm aliter.

12 Quartò non sortitur aliter locum d.l.2.in transactione.ut per Soc.in d.reg.436.limit.8. Glos.Imol.Ioan.And.Anchar. & alios omnes in c.cùm causam,de empt.& uend.& alios cõplures aggregatos per Alex.in d.l.si quis cùm Cõis opin. aliter,num.8.in fin.ubi ad lucem adducit istã opinionem tutiorem fore,& communem inibi intonat Cuman.& Aret.& amplè etiã Ant. Gabriel in d.concl.36.in 8.limit. & sequitur quoque Bal.in rub.extra de transact.

¶ In contrariam uerò opinionem, uidelicet,quòd d.l.2.locum obtineat in transactione ipsa,inclinauit Bar.ibi,& in d.l.si quis cùm aliter,Abb.in d.c.cũ causam,nu.8.Fabian. de Mont.Sauin.in d.tract.de emp.& uẽd.in 8.q. Cõis opin. ubi non obscurè deducit illã æquam esse & cõmunẽ apertissimè demonstrat Alex.cõs.118. nu.5.uol.7.& Dec.cons 479.& in l.cùm te.C. de transact.& magis cõmunem cumulatissimè Arius Pinel.in d.l.2.in 1.par.c.4. nu. 12. cum aliis seq.quam quidem limitat post Bal. in l.fi.ff.de cond.ob tur.cau.Capic.decis.159. In causa magnificarum,nu.45.& Pinel. in d. cap.4.num.16.

13 Quintò non extendit aliter uires, radicesq; suas d.l.2. ubicũq; quis tradidit rem pro tanto pretio,& quod plus ualet,asseruit donare,& potissimùm si sciebat ipsius rei uenditæ ualorẽ.ut per Bar.in d.l.si quis cùm aliter, & in d.l.2.cui innititur non uulgari quidẽ ancora Bal.ibi,& Imol.in c.cùm contingat, de iureiur.licèt Roma.in d. l. si quis cùm aliter relinquat hoc indecisum,& Alexan.tradat optimam,& tutissimam distinctionem.

14 Sextò limitatur etiam d.l.2.quãdo in instrumento non solùm expressit, & declarauit uẽditor,quòd illud,quod plus ualet,donabat, siue quantitas sit parua, siue magna , sed etiã si excedat dimidiã iusti pretij,sponte & ex certa scientia dedit,donauit,& renunciauit beneficio eiusdem.l.2.ut uoluit Bart. ubi supra, & Aret.in §.actionum,instit.de act.

¶ Sed tamen Bal.in d.l.2.non admittit hoc simpliciter,cęterùm concludit,quòd bis asserendo uenditor, quòd illud plus donabat, ut tunc cesset remedium. d l. 2. secus si semel. quem refert Fely. in c. si cautio, nu. 39. extra de fid.instrumen.

15 Septimò, iuramentum excludit quoq; iurantem maiorem uigintiquinque annis à remedio.d l 2.secundùm Glo.Bar.nu.9.Bal. numero 12.Saly.in 10.q.Alber.num 9. Castrẽ. num.10 & cęteri omnes ibi,Alex.cons.42.colum 4.uol.1.Corn.cons.189.col.4.nu.13.cũ aliis sequen. ubi prorumpit istam esse communẽ opinionem.Dec.etiam cõs 60.in fi.Gozad.cons.32.nu.13.Grauet.cons.11.Tria principaliter,num.11.& cons.114 Ioanna, nu.9. & Arius Pinel. in d.l.2. in tertia parte cap 1. numero 1. Cõis opin.

16 Quod utiliter declara non sortiri locum, ubicunque maior esset deceptus in magno excessu ultra dimidiam:quia tunc obtenta, impetrataque prius absolutione à iuramento, permittitur rescissio contractus ex remedio. d.l.2. utpote, quia ob enormissimam læsionẽ dicitur re ipsa dolus adesse.iuxtà l.si superstiti,in fi. C. de dol. & consequenter iuramentũ non operatur effectuum suum.ut amplè alios adducens, tradit Dec. consilio 180. colum. 5. & 6.ubi commemorat istam esse communem opinionem.Soc.iun. cons. 144. prosequendo ordinem,num.38.uolum.1. & Cassad.assereus ita in Rota Roma. obseruari, in decis. unica, in titulo,de emptione,& uenditione. & sic iudicatum in Concilio Granatensi, recensuit Conarru.libro 2.resolutionum,cap.4.num.5. & tradunt Moder. pręsertimque Cagnol. numero 98.cum sequen. ubi alios allegat in dicta. l. 2. & Arius Pinelus etiam, in tertia Cõis opin.

par.cap. 1 numero 7. cum aliis seq. vbi docet istam esse magis communem opinionem.

17 Octauò claudicat non procedere in adiudicatione facta in solutum creditori per iudicem de suo credito. ita Bal. in l. ordo. C. de exe cut rei iudic. per text. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff de re iudic. & concurrit Alex. in d. l. si quis cùm aliter. num. 18. in fin. licet contrarium affirmauerit Oldr. consilio 36. Sed Alexan. in lo o præcitato accuratè quidem conciliat opiniones, videlicet, quòd opinio Oldra. in adiudicatione facta ext a iudicium, Bal uerò loquatur in ea adiudicatione, quæ fit in iudicio, & tandem Alexã. ipse tenet cum Bal. in memorato loco.

18 Nonò minimè procedit d. l. 2. vbicunque venditio facta extitisset minus dimidia iusti pretij, cum hac conditione adiecta, quòd si pretium conuentum non solueretur certo tẽpore, suppleatur iustum pretium. ita limitat Bal in c. 1. qual. dom. propr. priu. per rationẽ assignatam ibi per eum, quem refert Alex. in d. l. si quis cùm aliter, num. 19.

19 Decimò d. l. 2. locum obtinet, quando uẽditor nesciret, & penitus ignoraret qualitatem rei uenditæ, & ex hoc extitisset deceptus ab emptore: secùs uerò si sciret ualorem ipsius rei, & de ea ueram cognitionem haberet. Nam hoc casu res tanti ualet, quanti uendi potest. ut per Bar. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Fal cid. & l. seruus. § quid si pendente. ff. de condi. furt. Dec. consilio 583. numero 1. & sequen. vbi pon t modum, ueramque normam probandi scientiam. Et modum normamq; itidẽ probãdi ignorantiam, affabrè docent Aret. & Faber, instit. quib. ex cauf. manum. non lic. & Bart. & alij in d l. si quis cùm aliter.

20 Vndè meritò practicam. d. l. 2. & qualiter petitio in ea fieri debeat, quidque cont. ne re, ostendit lepidè quidem Bart. ibi, numero 16. vbi affirmat, quòd libellus debeat concludere alternatiuè, scilicet, peto emptorem mihi condemnari, ut dictam rem reddat, vel pretium suppleat iustum, & hoc quando uenditor esset deceptus, vt ageret contra emptorem. Sed totum oppositum versa uice concludendum venit, vbicunque deceptus foret emptor, & ageret contra uenditorem. vt determinat Bartol. in d. l. 2. n. 16. in fin. Et pro remedio. d l. 2. uide Mising. in cent. 2. obseruat. 42

¶ Et pro intellectu eiusdem, uide Aret. in §. actionum, numero 17. instit. de actio. vbi habes formam conceptionis uerborum, ut quis beneficio istius l. 2. excludatur, & apud Bart. etiam in d. l. si equo. ff. de leg. 1. & in l. 1. §. si hæres. ff ad Trebe l.

21 Vndecimò limitatur quoq; eadem l. 2. nõ procedere in permutatione beneficiorum, vt eo casu remedium. d. l. 2. cesset omninò, etiã si alter ex permutantibus ultra dimidiã red dituum sui beneficij læsus extet. ut consuluit in propriis terminis Dec. conf. 210. cum aliis aggregatis per Arium Pinel. in d. l. 2. in 1. par. c. 3. nu. 16. ubi ad lucem adducit istam esse cõmunem opinionem, & ita in facti contingentia de præsenti anno 1580. ex uariis rationibus, & authoritatibus hic nõ expressis respõdi ad fauorem Reuerendi Iurisconsulti D. Iacobi Viuij, contra Reuerendum D. Archipresbyterum sancti Petri de Poppleto de Aquila, in permutatione beneficiorũ facta inter eos. Cõis opin.

22 Et quoniam in præsenti materia semper controuertitur, & tractatur de iusto, & uero rei pretio: prout discurrit ubertim quidẽ Couarru. in tract. uariarum resolut. lib. 2. cap. 3. ideò non intempestiuè aduertendũ est, quòd res uendita dicitur re ipsa minus valere ratione oneris adiuncti ipsi rei. ita Abb. in c. in aliquibus, in 2. notab. de decim. & Dec. cõs. 67. col. 2. & conf. 308.

23 Necnon valor rei dicitur etiam minor ratione mali vicini: secundùm Iaf. in l. 1. §. si hæres, in 3. notab. ff. ad Trebellia. Et ratio ea est: nam habens malum uicinum, uidetur dubio procul habere malum matutinum. teste Salomone in Prouerb. c. 25. & Afflic. in tractatu de iure protomiseos, in §. 3. numero 2. in fi. & Fran. Petrarca de remediis aduersæ fortunæ, ubi uocat vicinos graues, molestos, iniucundos, odiosos, atque incõmodos & denique sic discurrit, & prorũpit: Si penitus ab hac peste uis absolui, in solitudine te reconde. Sic enim res se habet, vt vbi est maior locorũ uicinitas, ibi maiorem uideas distantiã animorũ. rara fine iurgiis, & rancore uicina est. Et uersa uice, bonus vicinus reputatur alter frater ipse. ut colligitur in d. c. 2. Prouerbiorũ Salomonis. Vndè secundũ Cicer. in orationibus, laudanda est, vel etiã amanda vicinitas, retinens veterẽ illũ officij morẽ, non in fuscata maliuolẽria. nõ assueta mẽdaciis; nõ fuscata, nõ fallax; non erudita artificio simulationis, uel suburbano, vel urbano. Etenim ẽt est grauius spoliari fortunis, quã nõ augeri dignitate. Itaque vicini debent sibi inuicem facere bonam uicinantiã. l. Imperatores, & ibi Flor. de ser. rust. præd.

24 Imò quoq: res dicit minus valere rõne difficultatis in exigendo l. per d uersas. C. man. de quib. Iaf. in d. l. 1. §. si hæres, nu. 6 Soc. conf. 57. nu. 49. lib. 4. Grauet. conf. 145. nu. 9. & Gozad. conf. 15.

*SVMMARIVM.*

1 *VSVRA, ut damnũ, & interesse peti potest ex dispositione vtriusque iuris, vbicunque sua mora, uel dolo debitor inducit, vt quis alteri soluendo grauaretur.*

2 *Vsuræ sunt permissæ in 32. casibus, remissiuè.*

OPI-

## OPINIO M. XLVIII.

1 VSVRAM, vt damnum petere potest quis à suo debitore, qui sua mora, vel dolo fecit, vt alteri soluendo grauaretur: & sic petitio vsurarum fieri potest ut interesse, & utroque iure permissa est: utputà si incidissem in aliquam pœnam, uel pignus, quod poteram ea pecunia lucre perdidissem, seu aliam pecuniā sub graui fœnore, & sub cambiis accipere coactus fuissem; potero tūc huiusmodi fœnum, & cambia, vt interesse, quærere à meo debitore: ut uolunt omnes communiter, tam Legistæ, & Canonistæ, quàm etiam Thologi. secundùm Archid. in c. usura. 14. q 3 & in c. fraternitas. 12. q. 11. quem sequuntur Paul. Castr. & Salyc. in l. 2. C. de usur. Ancha. cons. 376 dubitatur, colum. 2. Glo. & omnes in l. socium qui. ff. pro socio, Canonist. in c. dilecti, ext. de foro compet. Abb. in c. 1. in c. conquestus, & in c. salubriter, de usur. & in cons. 7. col. 3. uol. 2. Ioā. de Imol. in c. peruenit, & in c. constitutus, ext. de fideiuss. Roma. sing. 341. & cons 94. numero 1. & cons. 01. per totum, Fely. in c. cùm uenerabilis, num 9. ext. de except. Afflict. decis. 91. Alexan. consilio 221. numero 4. uolum. 2. Dec. consilio 322. Gozad. cons. 55. colum. 3. Soc. cons. 130. uolu. 1. Ias. in l. cunctos populos, colum. 11. in 1. lect. C. de sacrosanct. eccl. Gomes. in §. actionum, num. 18. instit. de act. Berous in rub. de usuris, sub num. 71. Ruin. consilio 61. sub num. 5. uol. 4. Lupus in c. per uestras. §. 11. uers. 2. infertur, ext. de donat. Cagnolus in l. curabit. C. de act. emp. Curt. Iun. in l. unica, sub nu. 40. & seq. C. de sent. quæ pro eo, & Alfonsus Guerrerius in thesauro Christianæ religionis, in tit. de usuris. c. 67. in uer. Dixi quòd aliquando usura. & hoc idem decreuit Rota Rom. anno 1542. teste Io. Moheda. decis. 1. in tit. de usuris.

*Cōis opin.*

2 Alios uerò casus circiter. 32. in quibus usuræ sunt permissæ, enumerat Soc. in tract. fallen. in reg. 3. per totam, Doct. in l. si insulam. §. usuras. ff. sol. matr. & Carrer. in tract. de hæreticis, in princ. num. 9. & Alfonsus Guerrerius in d. tit. de usuris. c. 67.

### *SVMMARIVM.*

1 *VSVRAE post moram hæredis legatario debentur.*

2 *Vsuræ ueniunt in deposito pecuniæ numeratæ, non autem in deposito speciei à tēpore moræ.*

3 *Vsuræ debentur à tempore moræ in contractibus bonæ fidei, etiam de iure canonico.*

## OPINIO M. XLIX.

1 VSVRAE in legatis, & fideicommissis post moram hæredis debentur: secundùm communem scholam omnium Doct. in l. Titia Seio. §. usuras, in l. si quis seruo. ff. de leg. 2. in l. si cui. ff. de cond. & demonst & l. 1 C. de usur. & fruct. leg. in quibus omnibus locis Glo. & Scribentes ita unanimiter, & concorditer sentiunt. & Illustris D. Cæphal. etiam consilio 610. contra, numero 52. & sequen. uolum. 4.

*Cōis opin.*

2 Necnon usuræ ipsæ ueniunt etiam in deposito pecuniæ à tempore moræ. l. die sponsaliorum. §. qui pecuniam, & ibi Bartol ff. depo. l. 2. & ibi Bal. C. eod tit. nō autem in deposito speciei, secundùm Bal inibi, per l. fideicommissi. §. fin. ff. de usuris.

3 Et ea est equidem ratio, quoniam in contractibus bonæ fidei usuræ ipsæ debentur à tēpore moræ ita Bar. in l. Lucius, in 3. notab. l. lecta, & ibi Bar. colum. 4. & omnes Doct. uniuersaliter. ff. si certum pet. l publia §. 1. & ibi Bart. ff. depo. Nicol. de Neapol. in l. 1. in princ. ff. de eo, qui pro tuto. & Bero. cons. 193. num. 20. uolu. 1. ubi nu. 9 amplificat procedere hoc etiā de iure canonico, ut usurarū ratio in ipsis contractibus bonæ fidei, de iure canonico à die moræ debeatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *VSVRAE licitè ab hostibus exigi non possunt, & consequenter licitum non est fœnerari hostibus ipsis.*

2 *Iurisdictiones, & dominia esse non possunt apud Saracenos.*

4 *Proximi nostri omnes homines esse dicuntur, siue Iudæi, siue infideles extent, eos diligere debemus, & pro eis Deum orare.*

4 *Proximus, omnis homo reputari debet in statu Euangelij.*

5 *Peccator, inquantū peccator est, non est diligendus, sed inquantū est homo, diligendus est propter Deū.*

## OPINIO M. L.

1 VSVRAE per hostes licitè ab hostibus exigi nequeunt: & sic non est permissum, licitumuè fœnerari hostibus ipsis, & ab eis recipere usuras: secūdùm Doct. in c. ab illo. 14. quæst. 4. Fratrem Ioānem nostrum Aquilanum, in sermonibus quadragesimalibus, nuncupatis lima uitiorum, in serm. 37. de usura, colum. 11. uersic. Quintò facit contra legem, Ioan. de Ana. & Beroum, cum aliis signatis per eos, in c. 1. nume. 114. de usuris,

Cõis opin. vbi ostendit istam esse communem opinionē contra Glo. in d.c. ab illo. Host. in c. salubriter, de vsuris, Ro. sing. 269. Soc. in tract. fallen. in reg. 3. nu. 29. Io. de Arno problema. 5. Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 34. ff. de quęst. Carreriū in tract. de hæreticis, sub nu. 10. & Lallum de Tuscia, in consti. Regni, Vsurariorum. lib. 1. nu. 11. contrarium, & contra sanctam matrē Ecclesiam sentientes. Et dictam communē sequitur, & declarat S. Antoninus Archiep. Flor. in sua Summa in 2. par. c. 7. Quia usuræ uorago, vers. Quæritur, vtrum sit licitum mutuare hostibus usurā, vbi firmat, quòd ab hostibus licitè recipitur non ratione mutui, sed iure dominij, quod habet in illos, & vt recuperet rem suam, quam non potest ab iniusto possessore, nisi mediante mutuo recuperare. & ait ita intelligi d.c. ab illo.

2 Quia dominia, & iurisdictiones esse non possunt apud Sarracenos: secundùm Host. Io. de Lign. & alios in c. super his, extrà de uoto, & S. Bernardinum Protectorem nostrum in suis sermonibus de Euangelio æterno, serm. 42. artic. 3. c. 1. circa fi. & serm. 37. art. 3. c. 8. incip. octauum eorum scutum est, hoc naturale iniustū nulli vtiq; debet fieri. & S. Antoninum ubi Cõis opin. supra, qui meminit istam esse cōem opin. contra Inno. contrarium afferentē in d. c. sup his.

3 Et cōmunis mentionata in principio posita, hac ratione probatur. Siquidē omnes homines dicuntur nostri proximi, quia sunt nostrę naturæ participes; & eos, siue Iudęos, siue infideles, debemus tanquā proximos diligere, & Deum pro eis orare. c. proximos, de pœnit. distin. 11.

4 Et S. Thom. in 2.2. q. 78. art. 1. dicit, quòd debemus omnē hominē habere quasi proximum, & fratrem, præsertim in statu Euangelij, ad quem omnes vocantur.

¶ Similiter dicit Origenes in homilia Euāg. Matthæi, quod legitur in 6. feria post 1. dominicā quadragesimę: Diligite inimicos uestros, siue paganos idolorū cultores, siue hęreticos infideles. isti enim sunt inimici nostri; isti sunt ueritatis aduersarij: istos ergò diligite, mala eis non faciendo, nec aduersa optantes, sed diligite eos, vt proximos, & eorū errorem spernite, sicut abhominationē: propterea iterum orate pro calumniantibus vobis, vt ipsi à malis cessent, vt desistant ab impietate, & iudiciū condemnationis effugiant: orate pro illorum remissione, & uestra pace, pro illorum conuersione, & uestra tolerantia.

5 Idem firmat Augustin. in lib. de doctrina Christiana, dicens, quòd omnis peccator, inquantum peccator est, non est diligendus: & quòd omnis homo, in quantū est homo, diligēdus est, ꝑpter Deū. & in Psal. xj. & in libr. 8. de Trinit. sic inquit: In bono enim diligēdus est proximus, uō in malo. & de hoc habetur apud Magistrū Sentē. lib. 2. dist. 27. & dist. 29. & c. 1. & seq. in quibus locis concludit plura allegādo, quòd Deus nullum hominē excipit à præcepto: Diliges proximū tuum sicut te ipsum.

### *SVMMARIVM.*

1 *VSVRA non potest committi nisi in mutuo uero, uel interpretato.*

## OPINIO M. LI.

1 VSVRA propriè cōmittitur duntaxat in contractu mutui, non autē in cęteris contractibus: & sic vsura regulariter cōmittitur in solo cōtractu mutui: secundū Glo. in c. conquestus, de vsuris quā sequitur totus mundus, teste Soc. cons. 88. n. 9. vol. 2. & sequitur quoq; Alex. de Neuo, cons. 95. n. 9. Alfonsus Guerrerius in thesauro Christianę religionis, in tit. de vsuris, in monte pietatis, & interesse. c. 67. in prin. Soc. Iun. in notabili casu, in cons. 66. nu. 4. & cōs. 27. n. 8. vol. 4. Frater Ioā. conciuis meus eminentissimus Theologus in sermonibus quadragesimalibus, serm. 36. Nō est hic homo à Deo, col. 2. & seq. Rosariū Busti in sermonibus prædicabilibus, in 1. par. ferm. 27. in litera L. Abb. in rub. de usuris, & in c. fi. eo. tit. & cū d. Glo. oēs transeūt: secundū Dec. qui similiter eā sequitur cōs. 119. nu. 3. & ista Cõis opin. est cōis opin. secundū Soc. cons. 176. vol. 2. & in d. cons. 88. nu. 6. & 16. Lauré. de Rodulfis in tract. de vsuris, in prin. nu. 10. & in par. 3. q. 1. col. 2. Hierony. de Luca, in tract. de cambiis. q. fi. nu. 48. Ambros. de Vignate, in tract. de vsuris, in prin. & Dominicū de Soto, in tract. de iust. & iure, lib. 6. q. 1. art. 1. Bero. in d rub. de vsuris, num. 37. & 45. cum aliis sequen. vbi adducit rōnes, & cons. 168. in præsenti causa, prima facie dicendū, nu. 1. cū aliis seq. & nu. 16. uol. 1. ubi hoc declarat vtiliter, & Grauet. cons. 145. nu. 6. & 17. & S. Bernardinus Protector noster in sermonibus suis de Euangelio æterno, in ferm. 36. art. 2. c. 1. & seq. & in serm. 37. art. 1. c. 2. ubi hoc efficacissimè probat aliquibus quidem non spernendis rationibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *EMPTIO certi annui redditus, seu census permissa est, & non sapit vsurā modo aliquo.*

2 *Venditio certi annui redditus, vel census potest fieri etiam ab ecclesia.*

3 *Contractus quibus emuntur annui census, al hoc vt vsurarij dici non possint, debent continere sex conditiones hic expressas, sed aliqua earum omissa, contractus ipse diceretur usurarius, & non foret tolerandus.*

OPI-

## OPINIO M. LII.

1 VSVRAM non committeret Titius, qui iustum pretium daret cum pacto, ut sibi super certa re certus, determinatus, & honestus redditus consti- tueretur: & sic huiusmodi contractus annui censûs ad decem pro centenario, ualet, & tenet, nec vsurarius vocari potest; imò comperimus contractus huiusmodi iuridicos, & iuxtà determinationem Doctorum licitos fore, & iuri communi conformes: quia hoc casu non contrahitur mutuum, sed potius contractus emptionis, & venditionis: siquidem certus redditus annuus pro determinato pretio emi uidetur, & ex quo pretium certum, & res uendita interuenit: vt ultra extrauagantes Martini V. & Calisti. III. quas habes in extrauag. 1. & 2. sub tit. de empti. & uend. & vltra Bullam, seu extrauagantem Nicolai V. concessam in Regno Neap. & impressam inter pragmaticas Regias: & vltra etiam Bullam, uel reformationem Pij V. emanatam de anno 1568. super forma creandi censûs, voluerunt Hostien. Innoc. Cardin. Berous, Ant. Abb. & alij in c. in Ciuitate, de usuris, ubi

Cōis opin. dictam opinionem sequitur etiam, num. 9. & prorumpit communem esse, & Soc. Iun. quoque consulendo cons. 27. num. 6. & 11. & seq. uol. 4. Natta consilio 341. rectè, & sanctè videtur fuisse iudicatum, num. 1. vol. 2. Doct. omnes in l. 1. C. de summa Trin. & fide cath. Bal. consilio 133. & cons. 210. vol 3. & Calcan. cōsilio 84. & seq. & cum eadem opinione concurrit pariter consulendo Roma. cons. 302. S. Antonin. Archiepis. Floren. in sua Summa, in 2. par. c. 11. uidendum est etiam de lucro, seu reditu annuali sub vers. Sed dices, circa finem. & Alex. de Neuo consil. 95. nu. 15. cum aliis seq. & ibi etiam Ioan. Bapt. Rosellus, num. 29. in subscriptione sua, Rosarium Busti. in sermonibus prędicabilibus, in serm. 27. in 1. par. in litera B. la 2. & Tiraquel. cum aliis ferè innumeris signatis per eum, in tract. de vtroq; retrac. tit. 1. §. 1. Glos. 6. nu. 15. & D. Follerius in pragmatica de censibus, in tit. huiusmodi censualia super rebus, num. 51. & Natta consil. 498. deductum fuit, volum. 3. vbi doctissimè, plenissimè, & subtilissimè, imò sanctissimè, pariter consuluit, dictum censum annuum absque labe vsurarum emi posse, ubi ex emptione annui redditus quinque duntaxat pro centenario singulis annis perciperetur.

¶ Et licet, & malè, & leuissimis quidem fundamentis afferat consulendo contrarium Cassan. conf. 63. nu. 1. cum aliis seq. & Alciat. quoque conf. 3. tomo 1. libr. 1. fol. 3. uidelicet dictum contractum esse usurarium.

¶ Retenta tamen dicta communi tanquā sacrosancta, adde quòd eam sequitur etiam cum aliis aggregatis per eum, tuetur ab omnibus contrariis, citat, & limitat utiliter in 8. casibus, Io. Ant. de Nigris, in capitulis Regni, in c. 238. Pro publici boni compēdio, num. 9. cum aliis omnibus seq.

2 Imò aduerte, quòd huiusmodi uenditio certi annui redditus potest fieri etiam ab ecclesia: secundùm Alex. in l. de fideicommisso. C. de transact. & Dec. in l. rogasti. §. si. ff. si cer. pet. & D. Follerium in d. pragmatica de censibus, in memorato titulo, huiusmodi censualia super rebus, nu. 17. & seq.

3 Sed quoniam videmus nunc intolerabiles abusus exerceri hoc colore, & passim celebrari prędictos contractus nix una, aut altera conditione seruata, & hoc falso titulo emptionis multi prętexunt suas usuras. ideò visum est necessarium hoc in loco subiicere, & explicare conditiones, quibus olim mentionati Pontifices Martinus Quintus, & Calistus Tertius permiserūt eiusmodi contractus, quibus emuntur annui censûs cum pacto retrouendendi &c.

¶ Prima conditio oportet, quòd uendens designet, & exprimat rem aliquam, quā uendat, & alius emat, putà domum, aut agros, & cætera. & rei, vel rerum designatarū tantū debet fieri emptio, & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionem antedicti censûs, & non alia uendentis bona: quia si uniuersa alia bona cum persona uendente obligantur (vt fit apud nos) iam destruitur emptio, & venditio, & est oppignoratio, & fit contractus vsurarius.

¶ Secunda conditio, quòd iusto, & competenti pretio, ematur annuus censûs; & tempore, quo celebratur contractus, integraliter numeretur pecunia.

¶ Tertia, quòd in eodē contractu expressè venditori detur facultas, quòd ipsum annuū cēsum, in toto, vel in parte, pro eadem summa denariorū, quā ab emptore recepit, quādcunque velit libere (absque alicuius requisitione, aut contradictione) possit extinguere, vel redimere, & se ab ipsius censûs solutione ex tunc penitus liberare.

¶ Quarta, quòd ad redimendum annuum censum uenditor inuitus nullo modo obligari possit, sed liberum fuerit illi uel soluere censum, uel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia.

¶ Quinta, quòd si cōtingat aliquādo bona ipsa (domos, agros, aut alias possessiones, quæ obligatæ sunt ad solutionē censûs, & quorum facta est emptio) processu tēporis omninò destrui, & penitus interimi; ementes, pecuniam ipsam, quā dederunt pro prędictis bonis, repetere amplius nequaquā valebunt; qm emētis

periculo debet perire res empta:alioquin non fuit uera emptio, & venditio, sed contractus vsurarius.

¶ Sexta, non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res, & fructuosa. Et annuus census, ad cuius solutionem talis res est obligata, non debet excedere ualorem fructuum, quos ex re ipsa percipere solet, aut potest dominus rei. Si enim plus est in annuo cẽsu, quàm in fructibus rei uenditæ, iam destruitur emptio, & palliatur usura, & emens accipit rem ipsam in pignus suæ pecuniæ.

¶ Seruatis igitur antedictis conditionibus, vtcunque tolerandos iudico tales contractus; aliqua autem earum omissa, nulla ratione puto tolerandos.

¶ Aliæ uerò quamplures conditiones, & omnes quidem trutinandæ, & penitus ruminandæ pro animarum salute, ponuntur, luce meridiana clariores, in prædictis bullis Nicolai Quinti, & Pij Quinti.

## SVMMARIVM.

1 VSVRARIVS *manifestus, nulla præstita cautione de restituendo vsuras, non potest facere testamentum; & si facit, est nullum.*

2 *Vsurarij tenentur, & debent cauere in vita de restituendis vsuris, aliter testamentum eorum est ipso iure nullum.*

3 *Vsurarius, vbicunque non esset vsurarius cum omnibus necessariò à iure requisitis, & ea manifestatione, quæ requireretur ad reddendum eum intestabilem, & incapacem ecclesiasticæ sepulturæ, posset nulla cautione præstita condere testamentum, idque valeret, & teneret.*

4 *Cautio præstanda per vsurarium de restituendis vsuris, debet esse idonea.*

5 *Vsurarius manifestus, nulla præstita cautione de restituendo vsuras, non potest condere testamentum, nisi reliquerit procuratorem super præstanda ipsa cautione post mortem.*

6 *Vsurarius manifestus, licèt testari nequeat, tamen posset donare causa mortis absque cautione de restituendo vsuras: secundùm communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, vt explicatur sub num. 7.*

7 *Donatio causa mortis æquiparatur contractui.*

8 *Iudæi, etiam quòd sint publici fæneratores, possunt testari nulla cautione præstita.*

9 *Iudæi possunt testari, vt Christiani.*

10 *Vsurarius manifestus potest donare inter viuos, nulla cautione præstita de restituendis vsuris.*

11 *Vsurarius manifestus dicitur probatione legitima concurrente, & fama publica.*

12 *Vsura, seu consuetudo fænerandi, potest probari per testes singulares.*

13 *Vsurarius non dicit ille, qui tenet pecunias in mõte.*

14 *Vsuræ sunt permissæ in viginti casibus, remissiuè.*

15 *Vsurarius reputatur, uendens rem plusquàm valet.*

16 *Vendens carius, quàm res valeret, & quòd generaliter res emi, uendique possit iusto pretio, incurreret peccatum mortale, & teneretur ad restitutionem.*

17 *Vendens rem plusquàm ualeret, ob dilationem emptori factam de soluendo tempore futuro, non incurreret vsuram: nec contractus iste diceretur usurarius, nisi tribus requisitis interuenientibus.*

18 *Vsurariorum bona non sunt tacitè hypothecata pro restitutione usurarum.*

19 *Vsura dicitur in mercatore de interesse ante moram restituendæ pecuniæ paciscente, dato, quòd mercator ipse tantum lucrum in loco mutui uerisimiliter facturus esset.*

20 *Vsurarius dicitur quis, quamuis cesset à fænerando.*

21 *Vsurarius tenetur edere actori rationes suas pro intentione eius fundanda, quando agitur de vsuris, uel ex causa respiciente usuras, aliàs non.*

22 *Vsurarius est infamis.*

23 *Debitor ultra sortem principalem soluens creditori, ac fæneratori usuras promissas, & eum posteà absolueret per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem, & confiteretur sibi plenariè fuisse satisfactum, non posset amplius repetere ipsas usuras.*

## OPINIO M. LIII.

1 VSVRARIVS manifestus, nulla cautione præstita de restituendis usuris, non potest facere testamentum. c. quanquã, de usuris, lib. 6. Zabarell. consilio 91.

2 Et necesse est ad testamenti validitatem, quòd ipsi vsurarij caueant in vita, aliter testamentum est ipso iure nullum: secundùm Gio. in Clemen. eos, de usuris, & in d. c. quanquã, in uer. Mandauerint. quam sequuntur communiter omnes Doct. ibi, & in c. quia in omnibus, de vsuris. præsertimque ibi Augustinus Berous num. 52. & sequen. quamuis, quò ad pœnam sepulturæ, contrarium velit Gloss. in Clemen. 1. de vsur. in uer. Manifestos. *Cõis opin.*

3 Benè tamen uerum est, quòd vbicunque quis non fuisset vsurarius cum omnibus necessariò à iure requisitis, & sic ea manifestatione, quæ requireretur ad reddendum eum penitus inrestabilem, & incapacem ecclesiasticæ sepulturæ, testamentum conditum tunc ab eo, nulla cautione præstita, ualeret, & teneret: vt consuluit doctissimè, & cumulatissimè Ang. cons. 10. In Dei nomine amen. In causa prędicta est hoc ordine procedendum, vt recta possit sequi decisio.

4 Sed

4 Sed aduerte, quòd ista cautio præstanda
per vsurarium ipsum, deberet equidem esse
idonea:nec nuda, & simplex fideiussio suffice
ret:secundùm Glos.in d.c.quanquàm,in uer.
Cōis Idoneè, communiter ab omnibus approba-
opin. tam,attestante Couarru.in lib.3.resolut. c. 3.
num.6.& Iulio Claro in tract.de testam.lib.3.
quæst.26.

5 Limitaturq; ista conclusio non procede
re,quando vsurarius decesserit nulla præstita
cautione, dimisso tamen procuratore ad prę-
standam eam post mortem,qua quidem prę-
stita iustificatur testamentum absque dubio
aliquo ut latè disputant Canonistę, & multi
hoc firmant in d.c.quanquàm.Confirmatque
hoc Idem Cardinalis,in c.significauerunt, de
testib.& in Clemen.prima,quæst.uigesimater
tia, de sepul. vbi meminit fuisse decisum pu-
blicè Ferrariæ,quòd valeat prælibatum testa
mentum. eumque sequitur Ioan. Dilectus in
tract.de arte testandi,tit.primo,cautela 7. Fe
lyn.in c.ad hęc,colum.1.de rescrip.& in c.quo
niam frequenter,colum.4.vt lite non contest.
Cōis istamq; asserunt communem opinionem,Gas
opin. par de Cald.& Anchar. inter consilia Cardina
lis, consilio 40. in facto aliàs prædictæ consti-
tutionis,col.2.

6 Claudicat etiam antedicta conclusio se-
cundo loco, quòd licèt vsurarius manifestus
non possit testari, nisi prius cautione præsti-
ta;nihilominus benè, & rationabiliter potest
donare causa mortis absque prędicta cautio-
ne:vt voluit Bal.in l.executorem.C. de execu.
rei iud.col.2 & cons.298.vol.2.ubi refert col-
legium Medolanense sic consuluisse. Idemq;
tenet Ang.in disputatione incip. Astensis Mi
les.Roma.& Imol.in l.tam his, in princ. ff. de
donat.causa mortis,Pau.de Cast.cons.283.in
antiquissimis,Capra consilio 92. col. 2. Dec.
consil. 196. colum fin. Probus in d. c.quan-
quàm,in add ad Ioan.Mona.Guliel.Benedic.
in c.Raynutius,de testa. in ver. Testamētum,
Ripa in l.2.num.7.ff.de leg.1.ubi audacter as
Cōis serit hanc esse communem opinionem,& post
opin. eum Soc.Iun.num.22.

¶ Et fundatur talis conclusio ista optima
ratione,quia text.in d.c. quanquàm, corrigit
ius antiquum,quo usurarij testari poterant.l.
eius qui in prouincia,in princ.ff.si cert.pet.&
tradit Baptista de Sancto Blasio in tract.con-
tradictionum iuris ciuilis,& canonici,contra-
dic.18. statuitque specialiter, vt omissa cau-
tione sint nulla, nec de contractibus quicquā
dixit: ergò in eis locum non habet.l.verba cō
traxerunt.ff.de uerb.sign.& sic d. c.quanquā,
editum in pœnam, non vtique extenderetur
ad contractus,vel distractus: vt uoluit etiam
eleganter Ang. cons.100. Ser Ioannes mutua
uit Francisco centum sub usuris.

7 Secundò comprobatur quoque ea ratio-
ne,quòd antedicta cautio de vsuris restituen
dis respicit ordinationem, & solennitatem te
stamenti, quo respectu donatio causa mortis
æquiparatur contractui: secundùm commu-
nem opinionem, de qua testatur Ripa in l. 2.
ff.de leg.1.num.10.& Illustris D.Guliel. Pon-
tanus Perusinus,præceptor meus,nu.32.

¶ In contrariam uerò partem titubantèr,
& sibi parùm cònstans, inclinauit Bal. consi-
lio 294.uol.2. Lapus in alleg. 125. post Ioan.
Calderinum in disputatione exordiente, Ca-
nonica institutione. Steph de Feder. in tract.
de interpret.iur.in 1.parte,num. 42. Lauren.
de Rodul.in tract.de usuris,quæst. 100. Ioan.
de Ana.in c.quia in omnibus,num.15. de usu
ris,Benedic.Perusinus in rub. de testam. in 6.
Dec.sibi contrarius,in l.discretis. C. qui testa.
face.poss. & ante ipsum Alex. in princ.qui fa-
tetur expressè istam esse communem opinio- Cōis
nem.Ioan. Dilectus in tract. de arte testandi, opin.
tit.1.cautela 7.Soc.in d.l. 2. & post eum Rui-
nus,latè col.17.cum duabus seq. ubi ad satu-
ritatem usque respondet omnibus ferè fun-
damentis pro contraria parte citatis, &
adductis.

¶ Sed in ista ambiguitate, & in tam uariis
nostri interpretum sententiis quid concludē-
dum? Dico, quòd casu eueniente,ego semper
consulerem, & iudicarem pro ista vltima sen
tentia negatiua, isto potissimum argumento
inter alia. Nam,qui non habet factionem te-
stamenti passiuè, non potest etiam ex dona-
tione causa mortis capere.l senatus,in princ.
ff.de dona causa mortis Ergò pari modo, qui
nō habet liberam factionem testamenti acti-
uè,sicut usurarius,nō debet posse donare cau
sa mortis. & eandem opinionem reperio se-
quutum fuisse, tanquàm magis communem,
magis tutam,atque animæ fauorabilem, Iul.
Clarum in tract.de Donat.lib.4 q.7.

8 Choarctatur tertiò etiam ista conclusio,
seu dispositio,d.c.quanquàm, non habere lo-
cum in testamento Iudæi:secundùm Ioan. Di
lectum,in loco supra citato. qui quidem Iu-
dæi,licèt sint publici fœneratores, nihilomi-
nus possunt testari,nulla prius cautione prę-
stita:vt per Arct.consil. 158.Copiosè,in 2.du
bio.& in hoc sunt melioris conditionis,quàm
Christiani vsurarij.d.c. quanquàm,& not. A-
lex.consilio 3.in causa,& lite,volu. 2.Soc. con
silio 62.in pręsenti consultatione,col.4.& con
silio 70.in præsenti,colum.1.volu. 1. & Cora-
sius in miscellaneis iuris ciuilis,libr.5.cap.16.
in fin.Imol.consilio 1. circa fin.cum 2.seq.

9 Vbi dicit,quòd Iudæi possunt,vt Christia
ni,testamenta condere.& Corn.cons.114. Li-
cèt primò,col.fin.vol.1 & Cotta in memorali
in uer.Vsuræ trientes,circa fin.

10 Limitatur itidem quarto loco non proce
dere præallegata cōclusio in donatione inter
viuos

viuos: vt per Bald. consilio 198. quæritur, libro 2. & Ioan. Dilectum in præcitata cautela 7.

¶ Quintam uerò limitationem ponit quo que satis vtilem, & communem, Clarus in d. quęst. 26.

11 Vndè his accedit utiliter, quòd vsurarius manifestus dicitur probatione legitima concurrente, & fama: vt per Abb. consilio 34. attingam, libro 1. & consilio 2. libro 2. Imò probatur etiam vsurarius ex fama, & quibusdam indiciis: vt post Glos. tradunt Innocen. & alij in c. cùm diœcesi, de usuris, cum concordantibus, vt per Fulgos. cōsilio 138. visis præcepto. & tradit Gemin. in c. 1. §. & quia, colum. fin. de vsur. lib. 6. nec non cum aliis utilibus, & necessariis requisitis, positis per Ang. in d. consilio 10. colum. 1. & uers. Nunc ergo ad quęstionem propositam descendamus.

12 Et usura ipsa, seu consuetudo fœnerandi, potest per testes singulares etiam probari: secundùm magis communem opinionem, quā citat, & sequiturque Grauet. post alios ibi, per eum relatos, cons. 73. nu. 32.

Cōis opin.

13 Et accedit etiam prędictis, quòd vsurarius nō dicitur ille, qui tenet pecunias in monte; quoniam non potest petere quando vult capitale: secundùm communem scholam, & opinionem omnium Scribentium, quam allegat, & sequi videtur Alex. in l. item quia. §. 1. num. 2. ff. de pactis, & Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rub. 4. §. 23. nu. 38.

Cōis opin.

14 Vbi à num. 22. vsque ad num. 53. recensuit viginti casus, in quibus vsuræ permissæ sunt.

15 Item occurrit præmissis quoque, quòd vendens rem plusquàm valet, censetur vsurarius. c. in Ciuitate, & c. nauiganti, extr. de vsuris, & ista est communis opinio. vt latè consuluit Abb. consilio 5. in fi. nu. 5. uol. 1.

Cōis opin.

16 Imò in foro poli etiam peccatum esset vēdere carius, quàm res ualeret, & quòd generaliter res emi, ac uendi posset iusto pretio: vt voluit Ferrarien. in sua pract. Papien. in forma libelli in causa uenditionis, in summario, seu uers. Pro pretio florenorum centum, numero 2. & ibi Glossator in litera A. & Berous in d. c. in c. in Ciuitate, num. 6. cum aliis seq. vbi concludit etiam, quòd talis venditor ad restitutionem occasione peccati tam de iure canonico, quàm ciuili cogi posset.

17 Sed aduerte, quòd vbicunque quis vendere rem plusquàm valeret ob dilationem emptori factam, & concessam de soluendo tempore futuro: tunc contractus iste non censeretur vsurarius, nec aliquo modo crimen vsurarum contineret, nisi tribus requisitis necessariò interuenientibus: vt firmauit Berous consilio 168. in præsenti causa videtur prima facie dicendum, nu. 22. vol. 1. Sanctus Bernardinus Protector noster, in sermonibus suis de Euangelio æterno, in serm. 34. artic. 1. c. 3. & Roma cons. 419. num. 1. & eruditus, & disertus D. Hor. Mādosius, in add. ibi, vbi ait, quòd uenditor iste, hoc casu, non incurreret peccatum, habita ratione lucri cessantis. sed demū procedendo religiosè, more suo, aduertit, prout consuluerunt etiam omnes Canonistæ in d. c. in Ciuitate, quòd tutius esset pro salute animæ, vt ab huiusmodi celebratione cōtractuum abstinere deberet.

18 Similiterque nostro proposito conueniunt, quòd bona vsurariorum minime pręsumuntur pro vsurarum restitutione tacitè hypothecata: secundùm Ioan. And. & alios Canonistas communiter, in d. c. quanquam. quā quidem communem sequuntur, simul ac citant Moder. ibi, & Ant. Negusan. de Fano, in tract. de pignoribus, & hypothecis, in 1. par. 4. membri, num. 155. & Alex. de Neuo cons. 92. num. 1. & seq.

Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem, & sententiā inclinauerunt Glos. in c. tua nos, de vsur. & in d. c. quanquam, in uer. Facultates. & similiter Couarru. cum aliis aggregatis per eum in d. c. 3. sub num. 6. uidelicet, quòd bona usurarij non sint tacitè hypothecata pro restitutione ipsarum vsurarum. Sed ipse non audeo, me opponere contra torrentem Doctorum, & communem opinionem præmemoratam, quicquid in contrarium fabulentur præcitati scribentes, cuius quidem communis opinionis veritatem demonstrat Alex. de Neuo in d. cōsilio 97. num. 2. & cons. sequen. sub num. 12. vbi eam meminit in practica seruari.

19 His prælibatis ponam od præmissorum intelligentiam, quòd usura dicitur in mercatore de interesse ante moram restituendæ pecuniæ paciscente, esto quòd ipse mercator tantum lucrum in loco mutui uerisimiliter facturus esset: secundùm communem opinionem omnium Scribentium, quam expressè citat, & amplectitur Grauet. consilio 87. numero 5.

Cōis opin.

20 Et huc spectat etiam, quòd vsurarius aliquis dicitur, quamuis desierit fœnerari: secundùm doctrinam Bar. in l. prętor ait. §. is etiam. ff. de edendo, & in l. quis sit fugitiuus, in prin. ff. de ædil. edic. communiter, & concorditer approbatam ab oībus Doct. attestante Dec. in c. ex epistolæ, n. 99. de pbat. vbi eam declarando nonnihil conatur sustinere, & à pluribus contrariis amouere, ac diuellere. Et eidem opinioni, tanquàm magis communi, tutioriq; animæ, inhæret Clarus in tract. de testamen. lib. 3. quæst. 26. uers. Item quęro.

Cōis opin.

21 Nunc uerò rerum ordo expostulat, vt suadeam, quòd vsurarius teneatur actori edere rationes suas pro intentione eius fundanda, quādo agitur de usuris, vel ex causa respiciente vsu-

te usuras. Secùs autem si contra vsurarium ageretur ex contractu venditionis, vel ex alia simili causa, quæ usuras non respiciat: vt notat, & tenet Auchar. & Cardin. in Clemen. 1. §. cæterùm, de vsuris, & Bal. in c. clerici, col. fi.
Cōis opin. de uita, & honest. cler. quorum opinionem ad mittit communem esse Dec. in d. c. ex epistolæ, num. 101. cum seq. de probat.

21 Postremò non prætereundum illud fore arbitror, quòd usurarius est infamis. l. improbum, vbi Bar. Paul. de Cast. & alij communi-
Cōis opin. ter per illum tex. C. de infam. Matthesil. in no tab. 49. incip. Nota. Cotta in memorali, in uer. Vsurarij, vbi hoc limitat, & declarat.

¶ Modò verò disquirendum foret, non intempestiuè quidem, quòd si debitor vltra sortem principalem solueret creditori, ac fœneratori vsuras promissas, & postea absolueret eum, ac liberaret per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem &c. & confiteretur sibi plenariè fuisse satisfactum: tunc equidem in foro iudiciali sublata esset omnis obligatio: nec posset ipse debitor, seu eius hæredes repetere dictas vsuras: vt consuluit doctissimè Ang. d. consilio 100. vbi in foro conscientiæ in hoc eodem casu aliter distinguit, & resoluit.

## *SVMMARIVM.*

1 *VXOR per maritum relicta in testamento suo domina, massaria, & usufructuaria omnium bonorum, filijs hæredibus institutis, potest habere alimenta sibi condecentia solummodò cũ quadam præheminentia, & honore, ut habebat uiuente marito.*

2 *Maritus, quem uxor relinqueret dominum, usufructuarium, & massarium, omnium bonorum, filijs extantibus, posset consequi ex hoc legato solum modò alimenta.*

3 *Vxor relicta usufructuaria intelligitur de prima uxore, quam maritus habebat tempore testamenti, non autem de secunda uxore, quam tempore mortis superstitem reliquit.*

4 *Vxor usufructuaria relicta per eius uirum omnium bonorum, qui instituisset heredes uniuersales fratres carnales, & filias dotasset, præferendo in institutione fratres ipsis filiabus, posset percipere solum modò alimenta, non autem usumfructum.*

5 *Vxor relicta domina, massaria, & usufructuaria omnium bonorum per eius maritum, filijs heredibus institutis, uigore istius legati accipere posset alimenta propria authoritate sine consensu hæredis.*

6 *Vxor, cui à uiro relicta sunt alimenta, non tenetur operari pro herede, sed ad eius propriam utilitatem.*

7 *Vxor, cui relictus est usufructus à testatore, filiis extantibus, ipsis defunctis posset consequi solummodò alimenta ab illis, qui succederent ipsis filijs ex pupillari substitutione, seu ab intestato.*

8 *Vxor relicta domina, massaria, & usufructuaria à testatore, filijs extantibus, ipsis defunctis, relicto substituto extraneo, plenum consequitur vsumfructum.*

9 *Vxor domina relicta toto tempore uitæ suæ, donec uidua, & casta uixerit, stantibus filijs, tunc si decederent ipsi filij tractu temporis, haberet plenum usumfructum.*

10 *Vxor, cui relictus est usufructus à testatore, filijs extantibus, ipsis defunctis, ac remanentibus filijs alterius matrimonij, non consequitur plenum usumfructum, sed solummodò alimenta.*

11 *Vxor relicta usufructuaria aliquarum rerum singularium, uel particularium per maritum, debet habere usumfructum ipsarum rerum etiam extantibus filij.*

## OPINIO M. LIV.

1 VXOR per maritum relicta in testamento suo domina, massaria, & vsufructuaria omnium bonorum, filiis hæredibus institutis, potest habere alimenta sibi condecentia solummodò cum quadam preheminentia, & honore, prout habebat vinente marito: secundùm Bar. Paul. de Cast. Imol. & Cuma in l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. Bar. Cyn. Alberi. Bal. & Saly. in auth. hoc locnm. C. si secundo nup. mul. Alex. consilio 29. in princ. uol. 4. Bertran. consilio 85. ponitur in facto, quòd dudum de anno, scilicet Domini, in prin. volu. 6. Corn. consilio 257. num. 6. & 12. uol. 1. & consilio 308. numero 3. uol. 4. Bellonum conf. 6. nu. 12. Capram consil. 72. num. 17. & consilio 154. punctus, quidam Sanctes de Aquila, num. 1. Soc. Iun. consilio 94. num. 2. uol. 1. vbi prorumpit hãc Cōis
esse communem opinionem, & conf. 96. cod. opin.
uol. Corn. in precitato consil. 257. & Dec. cõs. 54. num. 1. & idem consuluit idem Soc. cons. 99. volum. 1.

2 Et hoc idem concludendum est in uiro, quem si vxor relinqueret dominum, vsufructuarium, & massarium, vtique non posset habere nisi alimẽta, uigore legati huius, propter identitatem rationis, quę par est in vtroque. ita uoluerunt Bal. Cuma. & Flori. in d. l. Titia. §. fin. Ias. consil. 112. colum. pen. volu. 1. Curt. Sen. consilio 11. colum. pen. & Curt. Iun. consilio 6. colum. 12. & Bald. in d. authen. hoc locum.

3 Sed aduertendum est, quòd ista vxor relicta usufructuaria, intelligeretur de prima uxore, quam maritus habebat tempore testamenti, non autem de secunda uxore, quam tẽpore mortis

mortis superstitem reliquit: vt uoluit Bald. in l. fin. colum. pen. C. de indict. uid. toll. quem sequitur cum aliis aggregatis per eum, Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. sign. numero 104 & seq.

¶ In contrariam uerò partem uidetur inclinare consulendo optimè, & vtilissimè Bertran. in d. cons. 85. colum. 2. & Alex. cons. 171. colum. 2. vol. 2. Ideò aduerte, quòd Alexã. loquitur quando quis relinqueret alimenta alicui, & eius vxori. quo casu militarent rationes ipsius Alex. vt latè prosequitur Soc. Iun. consilio 172. nu. 25. & seq. uol. 2. verùm istas rationes autumarem nõ militare in casu Bal. diuerso, superius recitato.

4 Aduertendum est etiam, quòd ubicunq; uir relinqueret vxorem suam dominam, massariam, & vsufructuariam omnium bonorũ, & fratres carnales institueret hæredes uniuersales, & filiam dotaret, præferendo in institutione fratres ipsi filiæ: tunc etiam vxor esset duntaxat alimentaria, & sic alimenta, non autem vsumfructum percipere posset: vt consuluit Capra. consilio 158. subscripsi me cuidam consilio.

5 Et ista alimenta potest accipere, ac sumere vxor propter huiusmodi præeminentiam propria authoritate, nec expectare debet, vt sibi ab hærede præstentur: vt voluit Ioã. Aud. in add. Specul. in tit. qui fil. sint leg. §. 1. Ang. in l. 1. ff. rerum amotarum. Alexã. in l. nemo potest, colum. 6. ff. de leg. 1. & fuit de intentione Bar. & aliorum in d. auth. hoc locum, Alex. num. 15. Ias. num. 37. Crot. num. 26. Ruin. col. 17. & cęteri communiter in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Picus, in d. l. Titia, num. 116 & 133. Dec. consilio 418. num. 3. & seq. Paris. consilio 21. num. 2. volu. 2. Gozad. cons. 95. num. 11. & Soc. Iun. consilio 86. num. 7. vol. 1. *Cõis opin.*

6 Imò ipsa mulier, cui à viro relicta sunt alimenta, non teneretur operari pro hærede, seu ad eius vtilitatem: secundùm Bar. Pan. Castr. & alios omnes in l. diuortio. ff. sol. mat. & Gratum, cum aliis relatis per eum, cons. 87. Inuocato diuino suffragio, Dominus Ferraldus de Ferraldis artium, & medicinæ Doctor, sub numero 21. cum aliis sequen. volu. 2. ubi docet istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

7 Et sic etiam defunctis filiis, qui prius extabant, non debet consequi, nisi alimenta ab illis, qui succedunt filiis ex pupillari substitutione, seu ab intestato: quia quum viuente filio, legatum cœperit habere vires, & consequenter alimenta tantùm deberentur, non debet in plus teneri hæres, quàm teneretur filius. l. si fundum. §. filium. ff. ad leg. Falcid.

8 Sed si filij morerentur, etiam quòd habeant substitutum, maximeque extraneum, vxor prædicta debet habere integrum vsumfructum: vt per Bar. & alios, in d. l. Titia. §. fin. Imol. Alex. & Aret. in l. & si contra tabulas. ff. de vulg. & pup. Ang. in auth. hoc locum. C. si secun. nup. mul. & cons 97. Viuianus, circa fi. & cons. 199. in dicto testamento, Roma cons. 516. num. 1. 3. & 8. Bar. consil. 56. Bartolus, & cons. 171. Nicolaus. & Alex. cons. 40. in prmc. lib. 1. & istam esse commemorat magis communem opinionem Ias. in l. si fundum. §. si paterfamil. colum. 2. ff. de leg. 1. & in l. sed & si contra tabulas, num. 6. ff. vulg. & pup. Paris. consil. 94. circa primum, num. 44. vol. 2. Soci. Iun. cons. 85. num. 21. & ibi quoq; Dec. in subscriptione, seu consil. seq. num. 5. vol. 1. & idẽ Soc. Iun. in d. cons. 94. num. 2. post medium. & ita consuluit Alex. in d. consilio 29. num. 1. cũ aliis sequen. *Cõis opin.*

9 Quòd vxor relicta domina, & vsufructuaria, stantibus filiis, donec uidua, & casta viueret, tunc si decederent filij tractu temporis, inciperet habere plenum vsumfructum.

10 Ampliatur, & declaratur hoc etiam procedere, ubicunque filius eiusdem matrimonij moreretur, ac decederet stantibus filijs alterius matrimonij; tũc similiter matri debetur integer vsusfructus: quia dicta cõsuetudo Bulgari, habet locum duntaxat superstitibus filiis primi matrimonij. ita eleganter tenuit Bal. in d auth. hoc locum, & Ang. Aret. in tractatu de testam. fol. 31. Tamen Bal. reuocando sententiam in melius tenuit contrarium, in d. l. Titia §. fin. uidelicet, quòd hoc casu vxori prædictæ debeantur solummodò alimenta, secundùm consuetudinẽ Bulgari, quem sequitur ibi Imol. & ita consuluit. Ruinus co[illegible] 41. num. 4. & 9. uolu. 3. vbi dicit hanc opinionem esse ueriorem.

11 Interpretatur hoc postremò etiam procedere, vbicunque vxor ipsa relicta esset vsufructuaria non omnium bonorum mariti, sed aliquarum rerum singularium, uel particularium: tunc enim deberet habere vsumfructũ dictarum rerum, nec esset locus consuetudini Bulgari: vt consuluit Bertran. in d. consilio 85. colum. 3.

## SVMMARIVM.

1 VXOR *succedit in quarta parte bonorum uiri sui, si liberi non sint ultra tres; aliàs succedit in virili portione quò ad vsumfructum, proprietate liberis ipsis reseruata.*

2 *Vxor, non extantibus filijs, succedit in quarta parte bonorum mariti, etiam in dominio, & proprietate.*

3 *Vxor pauper, si nullus descendentium, uel ascendentium extet, sed solummodò transuersales, lucratur quartam partem bonorum mariti sui, etiam quò ad dominium, & proprietatem.*

4 *Mari-*

4 *Maritus pauper uxori suæ diuiti succedit in quarta parte bonorum suorum.*

5 *Legatum factum coniugi non tollit quartam partem bonorum, quæ sibi debetur, sed computatur in partem.*

6 *Vxor uiro defuncto succedit in quarta parte bonorum suorum, quando matrimonium est sine dote, vel cum parua dote.*

7 *Dos dicitur parua, quando non sufficeret ad alimoniam vxoris.*

8 *Vxori pauperi post acquisitionem quartæ partis bonorum mariti, si superuenirent diuitiæ, deberetur iisdem ipsa quarta.*

9 *Testator etiam expressè non potest prohibere in testamento vxori suæ pauperi detractionem quartæ partis bonorum suorum.*

10 *Statutum disponens. vxorem pauperem non posse detrahere quartam partem bonorum mariti, & econtra, non valet.*

11 *Marito inopi, præmoriente uxore locuplete, debetur quarta pars bonorum uxoris suæ, tam condito testamento, quàm ab intestato, & contra voluntatem vxoris.*

12 *Vxor indotata, seu habens paruam dotem, viro defuncto testato cum prohibitione perceptionis quartæ partis bonorum mariti, potest consequi ipsam quartam, conditione ex lege, vt debitum necessarium.*

13 *Maritus inops, mortua eius uxore testata vel intestata, accipit quartam partem bonorum uxoris à se ipso propria authoritate, vt hæres, utendo iure retentionis pro eadem quarta in bonis mulieris diuitis, non expectata aditione facienda per institutos, vel hæredes venientes ab intestato.*

## OPINIO M. LV.

1 VXOR, seu mulier succedit in quarta parte bonorum viri, & sic mariti sui, si liberi non sint vltra tres; aliàs succedit in uirili portione, quò ad vsumfructum, proprietate liberis ipsis reseruata: secundùm indubitatã, & communem opinionem omnium Scribentium, in auth. præterea, per text. ibi. C. vnde uir, & uxor. Si uerò filij non extent, tunc succedit etiam in dominio, & proprietate. §. quia verò legem dudum posuimus, in auth. ut liceat matri, & auiæ. *Cõis opin.*

2 Si autem nullus descendentium, vel ascẽdentium extet, sed solummodò transuersales: tunc similiter mulier superstes laborans inopia lucratur quartam partem bonorum, etiã quò ad dominium, & proprietatem: vt voluit Glo. in d. §. quia uerò legem dudum posuimus, in uer. In talibus, in fi. & in d. auth. pręterea, in uer. Non extantibus, vbi omnes ita firmant.

3 Et ista conclusio ita, & taliter enucleata, ampliatur procedere etiam in uiro, qui tanquam pauper uxori suæ defunctæ diuiti succedit in quarta parte bonorum suorum: ut est tex. in §. fin. aliàs quoniam uerò ad clementiam, ante fin. in authẽ. de exhibendis reis, & ibi Glos. in uer. In illius descendentis. & Ias. sub numero 1. & alij omnes in dicta authen. præterea.

¶ Sed allegando d. §. quoniam, in Curia nostra de mense Septẽbris præsentis anni 1573. in facto, in causa Magnifici D. Fabij Conerij, Iurisconsulti Aquilani, prætendentis quartam in bonis suæ uxoris diuitis defunctæ absque liberis; perspicacissimus D. Iosephus de Rusticis, aduocatus partis aduersæ, tunc asserebat, d. §. quoniam, allegari non potuisse tanquàm correctum, cui ex tempore respondendo, replicabam nunquàm talem legem inuenisse correctam.

4 Et quòd d. §. quoniam, remaneat in sui uiridi obseruantia, & quòd non corrigatur aliquo modo per d. §. quia uerò legem dudum posuimus, voluit, & constanter firmauit specificè, & expresse Glo. ibi in uer. In talibus.

5 Imò legatum factum coniugi non tollit dictam successionem, sed computatur in partem. tex. est in d. auth. præterea. C. undè uir, & vxor.

6 Ista uerò successio, nota, habet locum, quando matrimonium est absque dote, vel cum parua dote: vt declarat Alexã. & Ias. post alios Doct. communiter, in d. auth. præterea. *Cõis opin.*

7 Et dos ista intelligitur parua, quando nõ sufficeret ad alimoniam uxoris, & ista est communis opinio: vt constat ex congestis, relatisque per Barba cons. 74 Scriptis, lib. 4. *Cõis opin.*

8 Quod quidem procedit, etiam si coniugi, post acquisitionem huiusmodi quartæ, superuenirent diuitiæ. Nam post effectum cõsumatum, cessante causa, non cessat effectus. l. fin. C. unde lib. & latè per Dec. consilio 24. pro virili.

9 Amplianturque prædicta ultimo loco similiter procedere, si testator expressè prohiberet vxori suæ in testamento detractionem istius quartę: nam testator non potest prohibere dictam detractionem: & sic ita debetur ipsa quarta ex testamento, & contra voluntatẽ mariti, sicut ab intestato: secundùm Glos. in §. fin uerò expressim, in uers. Hæredem, in auth. de hęred. & falcid. cum qua sentiunt omnes Doct. communiter: ut patet ex congestis per Alex. in d. auth. præterea, & per Scriben. in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. solut. matr. & sequitur etiam, & communem dicit Deci. in d. consilio 24. sub numero 6. Corn. consilio 4. sub numero 3. volum. 4. Rolan. à Valle consilio 72. statuto Ciuitatis Casalis disponitur, uolum. 1. Ioan. Bapt. Plotus cons. 168. Iesus Rex æternæ gloriæ *Cõis opin.*

gloriæ, num. 45. posito inter consilia ultimarum uoluntatum, uol 1.

10 Vbi hoc ampliat in casu statuti contrarium disponentis procedere etiam. Et confirmatur hoc ex dictis per Bal. in l. filium quem habentem, colum. 10. ver. Deindè quæritur. C. famil. ercisc licèt Saly. & malè in d. authē. prætereà, teneat contrarium.

11 Interpretantur prędicta ulterius, quòd illa quarta, quę debetur ex dispositione d. auth. prætereà, marito inopi, præmoriente uxore locuplete, locum habeat, tam condito testamento, quàm ab intestato, & sic contra uoluntatē vxoris: secundùm Doct. omnes in d. auth. prętereà, & istam ait esse communem opinionem Corn. consilio 4. colum. 2. & 3. uolu. 4. & Soc. consilio 121. colum. 4. vol. 4. & Dec. in d. cons. 24. sub num. 6. Cōis opin.

12 Et tunc uxor indotata, uiro suo defuncto testato, cum prohibitione perceptionis quartæ, posset consequi prædictam quartam bonorum viri conditione ex lege vt debitum necessarium: secundùm Glos. in d. §. fin uerò expressim, in uer. Hæredem. Paul. Castr. Bal. Roma. Alex. & alios in d. auth. prætereà.

13 Sed ubicunque mulier moreretur testata, vel intestata, tunc maritus inops accipit ipsam quartam à se ipso, propria authoritate vt hæres, utendo iure, & actione retentionis pro eadem quarta in bonis mulieris diuitis, non expectata aditione hæreditatis facienda per institutos, vel hæredes uenientes ab intestato. d. §. quoniam uerò ad clementiam, & ibi Gloss. in uer. In illius. Corn. in d. conf. 4. sub num. 5. & sub num. 7. & Natta, cum aliis coaceruatis per eum, consilio 605. manifesta est iuris nouissimi dispositio, nu. 9. vol. 4. & ita obtinui de pręsenti mense Septembris. 1573. in Curia nostra, in causa prælibati D. Fabij Conerij, qui post mortem D. Paulæ Antoniæ suæ vxoris, retinuit eius domum pro quarta sibi spectante, & petiit conseruari in possessionem dictę domus, pro molestia, quę sibi inferebatur ab hæredibus transuersalibus ab intestato eiusdem mulieris. fuit iudicatum in Curia prędicta per D. Iudicem, D. Bartholomæum de Gorioſtriola Hyspanum, uirum insignis literaturę, antedictum D. Fabium, simul cum aliis hæredibus mentionatis, conseruandum esse in possessione domus memoratæ.

## SVMMARIVM.

1 *HAERES mariti defuncti lucratur, uxore superstite, fructus dotis rerum mobilium tempore anniculæ dilationis: sed bona immobilia dotalia statim, mortuo marito, tradere tenē ipsi uxori.*

2 *Hæres mariti defuncti, etiam quòd esset diues, & haberet facultatem statim restituendi bona mobilia dotalia, non teneretur ea tradere, ac restituere infra annum.*

3 *Hæres mariti ita lucratur fructus bonorum mobilium uxoris infra tempus anniculę dilationis, vt nec illos post anni dilationem cum ipsis bonis mobilibus restituere teneatur.*

4 *Vxor uidua alenda est ab hęredibus mariti durante cursu anni luctus, dum mobilia dotis non restituuntur, si ipsa non haberet undè se alere posset.*

5 *Hæres primi mariti, vxori suę conuolanti ad secunda uota infra annum luctus, non tenetur mobilia reddere infra annum ipsum, nec alimenta præstare.*

6 *Consuetudo, quòd bona mobilia post mortem mariti statim restituantur per hęredes mariti uxori suæ, valet, & tenet.*

## OPINIO M. LVI.

1 VXORI hęredes mariti defuncti iure dotis bona immobilia statim tradere tenetur, mobilia uerò intra annum. l. unica. §. exactio. C. de rei vxor. act. uot. in cap. 3. de donat. inter uir. & vxor.

2 Etiam si hęredes ipsi essent diuites, & facultatem haberent statim restituendi dotem prædictam: vt per Bartol. & alios omnes, in l. diuortio. In princ. ff. soluto matrimonio, & Iason. in §. fuerat, columna 8. instit. de actionibus, vbi admonet istam esse communem opinionem. Cōis opin.

3 Imò, & fructus ipsorum mobilium efficiuntur absque dubio aliquo ipsorum hęredum, nec illos post anni dilationem cum bonis mobilibus restituere tenentur: secundùm Gloss. & omnes communiter, in l. diuortio. ff. soluto matrimonio, Glos. & cęteros omnes in d. §. exactio.

¶ Et licèt Paul. Castren. senserit contrarium in dicta. l. diuortio, & eius opinionem Alexan. ibi, numero 18. ueriorem esse docuerit, atque illam satis constanter defenderit Zasi. libro 2. responsorum. c. 3. Nihilominus spretis prædictorum Doct. suasionibus, primę sententię ipsius Gloss. & communi tanquàm tutissimę in iudicando, consulendoque libenter inhæremus.

4 Sed interim durante cursu dicti anni luctus, dum mobilia dotis non restituuntur, uxor uidua ab hæredibus mariti alēda uenit, si ipsa non habeat undè se ipsam alere possit. iuxtà Glos. Bart. & reliquos communiter, in dicto. §. exactio. Glos. & cęteros omnes, in d. l. diuortio, in princip. vbi Alexan. colum. 5. istā opinionem communem esse demonstrat, & con-

consil. 27. Viso themate suprascripto, in prin. vol. 4. & Bertran. etiam consilio 19. Quamuis secundum communem opinionem, uol. 6. atque eam ait æquiorem esse Abb. consil. 39. vol. 2. idemque tenet Cyn. & Doct. in l. fin. C. de bonis mat. Zas. in d. c. 3. in fin. & Ant. Capic decis. 24 In causa Lucentis, num. 1. vsque ad num. 6. & Rolan. à Valle consilio 55. Siue consideremus dispositionem iuris communis, num. 4. & seq. uolu. 2. Quamuis, & malè Paul. Cast. in d. l. diuortio, & Abb. in d. cons. 39. inclinauerint in contrariam partem.

5 Si uerò uidua ipsa intra annum ad secundas nuptias conuolaret, seu transiret: tunc hæredes primi mariti ei minimè tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimenta præstare: ut uoluerunt Cyn. in d. l. fin. Ferrarien. in practica Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, uer. Ac etiam alimenta. & Ias. in §. fuerat, numero 25. instit. de actionibus.

6 Sed antedicta regula in principio posita, ita & taliter enucleata, claudicat non procedere, ubicunque extaret consuetudo in contrarium, quòd bona ipsa mobilia, soluto matrimonio, statim restituerentur mulieri, prout talem consuetudinem extare meminit in Ciuitate Bari Vincentius Maxilla in consuetudinibus Bari, in consuetudine, Dos à patre profecta, nu. 183. tit. de iure dotium, fol. 89.

## *SVMMARIVM.*

1 *VXORES duas accipiens, & habens simul & semel, est infamis, & tenetur pœna stupri, non autem pœna capitis, de iure ciuili.*

2 *Matrimoniales causæ spectant ad iudices ecclesiasticos.*

3 *Anathema est asserens matrimoniales causas nō spectare ad iudices ecclesiasticos.*

4 *Vxori nuptæ cum uiro habente eodem tempore aliā vxorem, de iure canonico sunt incidendi capilli, & panni anteriores, & posteriores.*

5 *Vxorem secundam ducens per errorem, uel per facilitatem ætatis, uel non secuta copula, uel quando primū matrimoniū fuisset nullū, puniri non potest.*

6 *Ignorantia unius ex coniugibus de matrimonio inualido, facit, quòd filij ex tali matrimonio nati, legitimi sint, & succedant in bonis.*

## OPINIO M. LVII.

1 VXORES duas habens uir, siue uxor duos maritos eodem tempore, & simul & semel, efficitur infamis, & tenetur pœna stupri, quæ est publicatio partis dimidiæ bonorum, si honestus fuerit; si autem humilis, pœna coërcionis cum relegatione. l. eum qui duas. C. de adult. & §. item lex Iulia, instit. de publ. iudic. Et ideò Ang. Aret. in tract. de malef. in uer. *C'hai adulterato la mia donna*, num. 65. meritò affirmat errare iudices, qui capitaliter puniunt capientes duas uxores, tanquàm adulteros. & hoc concedunt etiam Bald Cyn. Ang. & Saly. in d. l. eū qui duas, Angust. Arim. in add. ad Ang. in d. uers. *C'hai adulterato la mia donna*, sub numero 65. qui reprehendit Roma. in sing. 537. Tu scis, quæ pœna sit de iure ciuili. asseuerantem de iure ciuili, in præsenti casu, infligēdam esse pœnam capitis. Et contra Roma. quòd pœna stupri imponenda equidem sit in casu hoc, firmat etiam Carrer. in trac. de homicid. §. 6. num. 313. Ioan. de Neuizan. in sua Sylua Nuptiali, lib. 4. sub n. 43. Ang. Aret. in §. affinitatis, num. 3. instit. de nupt. & ita in propriis terminis consuluit Alex. cons. 165. uisis, & ponderatis statutis, uol. 7.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd ducens dolosè duas uxores simul & semel, dignus sit morte, inclinauit consulendo Grammat. uoto 17. qui meminit ita aliàs iudicatum fuisse in magna Curia Vicariæ, & executum contra uirum, qui eodem tempore cū quinque honestis mulieribus, omnibus quidem superuiuentibus, matrimonium contraxerat. & idem firmat apostil. ad Alex. in d. consilio 165. in litera C. Roma. in d. sing. 537.

¶ Sed prima opinio uidetur communis, at testante Iulio Claro in pract. crim. in §. Fornicatio, uer. Dicitur autē, circa medium: à qua si recedere uellem, esset quodammodò ponere os in cœlum; prout ab ea minimè dissentit Boss. in pract. crim. in tit. de coitu punibili, & damnato, num. 78. referendo ibi Senatum Mediolanensem sæpissimè fustigari fecisse tales delinquentes. Cōis opin.

¶ Et licèt extet decisio magnæ Curiæ Vicariæ contra ducentes duas uel plures uxores eodem tempore uiuentes, ut is damnari debeat ultimi supplicij pœna: tamen uit ipse nō extitit aliter condemnatus ob matrimonium cum duabus uxoribus contractum eodem tēpore, sed potius ob matrimonium contractū cum quinque honestis mulieribus, omnibus tunc superuiuentibus: & sic condemnatio ad vltimi supplicij pœnam emanauit in eadem magna Curia Vicariæ contra uirum ob iterationem criminis, & non aliter, vt planè discernitur ex allegationibus Gram. in d. uoto 17.

2 Sed recolo in anno 1575. extitisse inquisitam, & pariter accusatam coram D. Angelo de Nobilibus de Ciuitate Ducali, Gubernatore tunc meritissimo Terræ Amatricis, ueritatis diligētissimo inuestigatore, & mihi uti fratre colendissimo; Adrianam de Ciuita Nuttiæ, per Ciamarram eius primum uirum; quę cōtraxerat, durante ipso primo matrimonio,

aliud secundum matrimonium cum altero ui ro. Et dum idem D. Gubernator determinaue rat, seruatis de iure seruandis, condemnare prædictam mulierem, tanquàm eodemmet tempore habentem duos uiros; extitit petita remissio causæ ad iudicem ecclesiasticū cōpetentem cōcessa, & sic ad Reuer. D. Vicariū Asculanum, ad quē meritò ea causa fuit remissa.

3 Nam causas ipsas matrimoniales spectauisse, & spectare ad iudices ecclesiasticos compertum est. Imò asserentem causas matrimoniales ad iudices ecclesiasticos non spectare, anathemam fore decernit sancta synodus Tridentina, sess. 24. de sacramento matrimonij, canone 12. Et dum aliàs tractabatur, annis proximè decursis in Sacro Concilio Neap. de nullitate matrimonij, illudque contractum inter affines, causa similiter remissa extitit per ipsum Sacrum Concilium ad iudicem ecclesiasticum, attestante unico nostri sæculi lumine, & sydere fulgentissimo Sacri Concilij Neapol. D. Vincent. de Franchis, decis. 52. Donna Catherina de Cardines, in prin.

¶ Et quanquàm uir contrahens matrimonium cum duabus mulieribus uno, eodemq; tempore, puniri queat, vt supra ostēdimus ex communi opinione: tamen eademmet pœna absque dubio aliquo puniendo foret tunc etiam mulier, cum qua contraxerat secundū matrimoniū, si notitiam habuisset primi matrimonij. Vndè mulier, quæ contraxit matrimonium cum viro habente vxorem, ut dicatur inscia primi matrimonij, utiliter explicat, & discurrit Pet. Albignanus consilio 67. Leonardus, num. 23, inter consil. mat. uol. 1.

¶ Quodque in tantùm etiam ampliatur, ut matrimonium cum secunda uxore contractum, uiuente prima, nō ualeat, neque teneat: adeò, quòd, etiam mortua prima vxore, vir nō teneatur, nec possit ullo modo adhærere secundæ. vt consuluit Nicol. Superantius consilio 65. inter cons. matrim. uol. 1. & Pet. Albignan. in d. cons. 67.

4 Cæterùm isthæc communis ita approbata, limitatur primò procedere absque scrupulo aliquo de iure ciuili; secus autem de iure canonico. Nam eo iure, in præsenti casu, uxori debent incidi capilli, pannique anteriores, & posteriores. textus est in c. benedicto. 32. q. 1. secundùm communem interpretationem Glo. & omnium ibi. cui accedit etiam Roma. in d. sing. 537. Abb. in c. cùm haberet, colum. 2. de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult. August. Ariminē. in add. ad Ang. Are. in d. tractatu de malef. in uer. *C'hai adulterato la mia donna*, sub num. 65. Pet. Albignanus cons. 67. Leonardus, sub num. 12. posito inter consilia matrimonialia, lib. 1. & Ioan. Neuiza. in d. Sylua nuptiali, lib. 4. sub num. 43.

Cōis opin.

5 Claudicatque etiam secundò eadem communis non sortiri aliter locum, vbicunque ad esset causa iusti erroris. Nam quando foret matrimonium contractum per errorem, uel fuisset nullum, & inualidum primum matrimonium, vel per facilitatem ætatis, seu non extitisset copula secuta: tunc secundum matrimonium indubitanter, & indiscriminatim contrahi posset. ita Port. in d. §. affinitatis, instit. de nupt. & Ioan. Neuizan. cum aliis aggregatis per eum in d. Sylua nuptiali, libro 4. numero 44.

6 Imò ignorantia ipsa alterius parentis solummodo de matrimonio contracto, operatur, quòd filij ex huiusmodi matrimonio nati, legitimi equidem sint, & succedant in bonis; & consequenter propter ignorantiam, etiam vnius ex coniugibus, filij censentur legitimi quo ad utrunque ipsorum. c. ex tenore, & c. cū inter, qui fil. sint legit. & notat Glos. in c. 1. de eo qui dux. in mat. & c. cùm inhibitio, de clād. despons. & l. qui contra, C. de incest. nup.

## SVMMARIVM.

1 VXOR quicquid acquirit constante matrimonio, acquisiuisse præsumitur de bonis mariti, ratione turpis quæstus euitandi.

2 Filius quicquid acquirit, præsumitur ex bonis paternis acquirere, patre existente diuite; secus existente paupere, & negligente.

3 *Monachus, Rector, seu prælatus in dubio præsumitur acquisiuisse de bonis ecclesiæ.*

4 *Concubina præsumitur acquisiuisse ex bonis concubinarij.*

5 *Concubina non dicitur, nisi quæ retinetur in domo.*

6 *Officialis in dubio præsumitur acquisiuisse de bonis Principis: sed hoc declaratur.*

7 *Vidua quicquid acquirit post mortem sui viri, infra annum luctus, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.*

## OPINIO M. LVIII.

1 BONA quæsita per uxorem, constante matrimonio, censentur ex bonis uiri quæsita, ut euitetur suspitio turpis quæstus. l. Quintus. ff. de donat. inter uirum, & uxorem. Bald. Angel. & Paul. Castrens. in l. cùm oportet. C. de bonis, quæ liber. Guil. de Cun. in authen. licentiam. C. de episco. & cler. Feder. de Sen. consilio 57. Videtur, in 3. dubio. idem Bald. in Margar. uer. Prælatus, uers. 11. Alexand. consilio Vxor

lio 24.Visis dubiis,numero 2.uolumine 1.cõsilio 82.Perspectis, numero 13. uolum. 2. & consilio 31.Viso testamento, volum. 3. Paul. de Roma in tract. de pensione ecclesiastica, cap.7.in 1. notab. incip. Postquàm uisum est de beneficio,numero 2.folio 25.Cremens.sin gul. 6.Ias. consilio 5.numero 21.uolum. 1. Deci.consilio 237.In casu proposito, numero 8.Ioan.Lupi in rubric.de donationib.inter ui rum, & vxorem. §.11. sub numero 6. & §.60. numero 1.Grauet.consilio 71.numero 7. Alciat. in tractatu de præsumpt. regul. 3. præsump.26.numero 1.Rip.l bro 1.respons cap. 4.& libro 3.cap.3.Bellon. consilio 17. numero 10.Neuizan.in sylua nupt. libr. 4. numero 20.& Octauian. Cacher. decis. 140. Maritus, numero 9.vbi in medium teseruauit istam esse communem omnium interpretationem.

Cõis opin.

2 Imò isthæc regula, concorsque omnium opinio, & interpretatio est adeò uera, vt ea procedat indubitanter etiam in filio, vt is in dubio præsumatur acquisiuisse de bonis paternis.ita Soc.consil. 16.In causa,col.1.vol.3.

¶ Sed hoc utique de plano procedit,patre existente diuite; secus uerò ubicunque foret pauper, & negligens, & nihil sciret operari: tunc etenim quæsita per filium,præsumuntur ex proprio ipsius filij patrimonio, seu artificio quæsita:secundùm Gloss.in d.l. cùm oportet.& Roma.consilio 159.super eo quo quæritur,sub numero 5.& consil. 346. in hac causa Basiliensi,num.20.

3 Secundò amplificatur quoque memorata regula, vt sortiatur locum etiam in monacho, & in rectore Ecclesiæ, ut is censeatur in omnem euentum acquisiuisse ex bonis ipsius ecclesiæ, & sui monasterij. teste Roma. in in d.consilio 159 colum.2.Barbac.in d.c.1.de pecul.clet.Neuizan.in d.sylua nupt.lib.4.sub numero 20.& Ioan.Lupi in d.rub.de dona. inter uir.& vxor.§.60.num.2.

4 Tertiò ampliatur similiter regula isthæc locum obtinere etiam in amasia, & concubina,vt ea nempè præsumatur acquisiuisse de bonis concubinarij.ita Bald. in l.prima.C. de natu.lib.& in l.etiam.C.de donationib. inter uirum,& vxor.Cremens.in d.sing.6. post medium,Cotta in memorali,in uer.Concubina, in princ. Neuiz.in d sylua nup. libr.4.sub nu. 20.& Iacob.Philipp. Port.seu potius Ant. Gabriell. in conclus. 14. in 1. ampliat.libro 1.

5 Et de hoc vtique mirandum non est. Nam concubina ea dicitur, quæ retinetur in domo ab vxore parùm distans.l. fin. ff. de concubi. Bal.in l.eam quam,colum.10.C.de fideicom mis.cum aliis aggregatis supra in Opin. 315. Filij naturales,num.8.lib.1.fol.293.

6 Quartò ampliatur quoque regula antedicta, ut extédat radices equidem suas etiam in officiali, vt is præsumatur acquisiuisse de bonis Principis. ut uoluit Barbac.consilio 69. colum.penult.volum.3.& in d.c. 1. de pecul. cler.Glos.in l.defensionis,aliàs facultas.C.de iure fisci,libr.10.& Bald.in l.1.colum.fi.C.de hæred.uel act.uend. Et licèt Gul.de Cuneo,& Pet.de Bellapert in d. authẽ. licentiam.C. de episc. & cler. inclinauerint in contrariam partem:tamen Cotta in d.memorali,in uer. Concubina,sub limit.6. studet, conaturque affabrè quidem reducere opiniones ipsas fœdere distinctionis ad optimam consonantiam, & concordiam.

7 Quintò ampliatur regula hæc etiam, vt itidem procedat in uidua.ita Bal.in d.l.cũ oportet,nu.1.Alex. consil.62.Serenissimus,numero 14.uol.4.Ioan.Lupi in d.rub. de donat. inter uirũ.& uxor.§.60. num.15. Alciat. in d. tract.de præsump.reg.3.præsump,26. numero 4.Bellon.consil.17.In casu proposito, numero 12.& Dec.cum aliis cateruatim relatis per eum, cons. 237. sub nu. 9. vbi reddit rationẽ.

¶ Cæterùm hoc de plano procedit, quando statim mortuo marito acquisiuerit:secundùm Cremens.in d.sing.6. Alber. in d. l. etiã, & Ang.consil.41.ubi adiicit quoque,quòd dicitur statim quæsiuisse, ubicunque quæsiuit infra annum luctus. cui innititur Ioan. Lupi in d.rub.de donat.inter uir.& uxor.§.60. sub num.15.& Neuiz.in d.sylua nup.lib.4.nu.21.

¶ Sed istam regulam ita amplificatam limitat utiliter quidem etiã in quàmplurimis casibus,Neuiz.in d.sylua nupt.lib.4.num.22. cum aliis seq.Ant.Gabriell. in d. conclus. 14. lib.1.Paris.cons.80.num.12.uolu.1. Cotta in d.memorali,in uer.Concubina, Natta consil. 30.Depositum factũ,& cõs. 147. Nobilis,sub nu. 10.uol.1. Dec.in d.cons.237.nu.9. Rip.in lib.3.respons.cap.4.Diaz.in reg. 9. Coras.lib. 3.miscel.c.5.&Riminal.iun. in §.1.num. 27. & seq. & nume. 192. institut. per quas pers. nob.acquir.

*SVMMARIVM.*

1 *VXOR de bonis dotalibus facere nequit eleemosynam,nisi uiro consentiente tacitè, vel expreßè.*

2 *Vxor eleemosynã de bonis mariti facere poteſt,pro anima uiri,et pro anima propria,uiro consentiẽte.*

3 *Eleemosyna de rebus alienis licitè fieri non potest.*

4 *Furans,auferensque res auari, seu alterius nil boni agentis,illasque elargiens,ac distribuens inter pauperes pro eleemosyna, potius peccatum addit, quàm minuit,*

5 *Mala non sunt facienda,ut ueniant bona.*

6 *Mala facienda esse, vt ueniant bona afferentes,tanquàm blasphematores sunt damnandi.*

7 *Vxor habens alia bona vltra dotem, de illis licitè eleemosynam facere potest.*

## OPINIO M. LIX.

1 VXOR eleemosynam facere non potest de rebus, bonisq; ue dotalibus, nisi consentiente marito tacitè, seu expressè. ita Hostiens. in summa, de pœnit. & remiss. §. quibus, uers. Quid de agentibus pœnitentiam, & Abb. in c. si quis, de furt. quia dominium rei dotalis pertinet ad maritum constante matrimonio. l. doce. C. de rei uend.

2 Et quemadmodum vxor ipsa eleemosynam elargiri nequit de dotalibus: ita etiam de bonis propriis sui uiri. Nam vxor eleemosynam facere quidem posset pro mariti anima, & etiam pro anima propria, uiro permittente. l. uel uniuersorum. ff. de pignor. act. & l. 1. ff. quod cum eo. & est Gloss. communiter ab omnibus approbata, in c. manifestum. 33. quæst. 5. Bartol. in l. si sponsus. §. concessa. ff. de donationibus inter uirum, & vxorem, & Barbac. in capitulo, cæterùm, de donat.

*Cõis opin.*

3 Et ratio ea est: nam non est elargienda eleemosyna de alieno. c. non est putanda, & ibi Doct. 1. quæst. 1. nec vllus vnquam de alieno licitè largiri potest. ut firmat Barth. Soc. consilio 91. visa, colum. 11. uol. 1.

4 Vndè à proposito quolibet iniusto numerosæ illæ, quæ promulgatæ sunt leges quemlibet deterrere possent, atque deberent. Nam reperitur pulcher textus August. in c. fortè 14. quæst. 5. sic intonans: Fortè aliquis cogitat, & dicit: multi sunt Christiani diuites, auari, cupidique: non habebo, nec contraham peccatum, si illis suum abstulero: & cùm illi nil boni agant, mercedem quippè habere, recipereque potero, sed utique talis cogitatio diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat hoc pauperibus, quod abstulerit, potius peccatum adderet, quàm minueret. teste August. in lib. contra mendacium, cuius uerba refert Magister sententiarum libro 11. distin. 41. cap. 3. Ex quo deducitur, quòd non licèt facere paruum peccatum, ut ex eo sequatur maius bonum.

5 Non enim sunt patranda mala, vt inde veniant bona. ita Gloss. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccles. & in cap. magna, ne cleri. uel mona.

6 Vndè Apostolus ad Romanos cap. 3. scribit, quòd illi, qui aiunt mala esse facienda, vt veniant alia bona, sunt damnandi tanquam blasphamatores Dei.

7 Sed si mulier haberet alia bona ultra dotem, tunc indubitanter de illis eleemosynam facere posset, tuta conscientia: quia maritus in illis se intromittere nequit, contradicente uxore. l. hac lege. C. de pact. conuen. inter uirum, & uxorem, & l. maritus C. de procur. & ita firmant Hostiens. & Abb. in locis præcitatis.

### *SVMMARIVM.*

1 *VXOR perdit dotem propter adulterium commissum, & uiolatam pudicitiam.*

2 *Vxor perdit propter adulterium etiam donationem propter nuptias, si maritus eam accusauerit, & sententiam reportauerit quò ad separationem thori.*

3 *Vxor propter adulterium amittit paraphernalia.*

4 *Vxor vt priuetur dote propter adulterium est necesse, quòd adulterium uerè probetur, & non præsumptiuè.*

5 *Mulier ob osculum luxuriosum amittit dotem, sicut per adulterium ipsum.*

6 *Osculum luxuriosum est peccatum mortale, remissiuè.*

7 *Mulier patiens se osculari, ipso facto perdit, in toto Regno Neapolitano, omnes dotes receptas, & recepturas: & priuatur etiam paterna, & materna successione. & osculans mulierem per vim punitur pœna ultimi supplicij, & confiscationis omniũ bonorum mobilium, & stabilium.*

8 *Osculum, quod in signum pacis, & ueri amoris præstatur, non solùm peccatum non est, sed potius virtutis, sicut & pax ipsa, cuius est signum.*

9 *Osculum, quod causa sollicitantiæ carnis p̃stattur, non solùm non est peccatum, si coitus ille ad quem dirigitur licitus est, vt in coniugibus contingit, sed potius est uirtutis, sicut, & ipse coitus est actus iustitiæ.*

10 *Vxor putatiua, seu de facto, ita perdit dotem propter adulterium, sicut uera uxor, ne plus tribuatur uxori putatiuæ de facto, quàm ueræ uxori.*

11 *Clericus de facto contrahens matrimonium, ita priuatur beneficijs, sicut legitimè contrahens.*

12 *Curator uerus sicut non potest accipere donationem ab adulto, ita nec putatiuus.*

13 *Vxor propter adulterium non priuatur dote, si maritus tacuisset.*

14 *Mulier committens adulterium, marito ignorante, ab eius hæredibus accusari posset ad dotis amissionem.*

15 *Mulier committens adulterium, & transiens ad secunda uota superstite filio de hoc non conquerente, non priuatur eius hæreditate si decederet: quia filius non conquerens de matre, uidetur iniuriam sibi factam per eam remisisse.*

16 *Vidua stuprum committens post mortem mariti, non solùm amittit legata sibi à marito relicta, sed etiam*

*etiam propriam dotem, secundùm communem scholam Doct. licèt altera opinio contraria similiter communis sit.*

17 *Mulier committens adulterium, existensque in patria potestate tempore perpetrati delicti, non potest in dote patri nocere.*

18 *Mulier sui iuris effecta amittit dotem ex adulterio prius commisso.*

19 *Maritus fornicans, etiam si sententia diuortij lata sit propter adulterium, cogitur uxorem in consortium coniugale admittere.*

20 *Vxor suspecta de adulterio, uel de morte uiri sui non potest priuari dote de facto, nec per uim, sed requiritur causæ cognitio; & si spoliaretur, ante omnia restitui deberet.*

21 *Mulier adultera si ex adulterio filium conciperet, & pareret, quem uir eius credebat esse suum, non teneretur hoc ei reuelare, vbi imminerent scandala hìc expressa.*

22 *Mulier adultera, si ex adulterio pareret filium, quid agere debeat pro exoneratione suæ conscientiæ, & an teneatur reuelare adulterium marito, seu alijs personis extra confessionem. & an teneatur hoc reuelare filijs spurijs ad exonerandum conscientiam suam, & ad conseruandos legitimos hæredes mariti sui indemnes, & illæsos.*

23 *Matri dicenti filium non esse mariti non creditur: intantùm quòd si filius non haberet sufficientem causam, & rationem, hoc credendi nullo iure teneretur bona percepta, seu percipienda à patre putatiuo restituere; secus si filius crederet indubitanter se spurium ex assertione matris.*

24 *Mulier adultera ad euitandum præiudicium filiorū legitimorum, quæ remedia adhibere debeat pro collocandis filijs spurijs.*

25 *Mulier adultera patrimonium habens, ex quo possit commodè legitimis hæredibus mariti damnum illatum resarcire, tenetur id omninò facere: cùm restitutio hæc satis fieri possit sine iactura famæ, & honoris adulteræ.*

26 *Adulter sciens, uel uerisimiliter credens filium esse suum, tenetur patri putatiuo ad refectionem expensarum erogatarum in educatione talis filij, secundùm posse suum; secus si dubitaret.*

27 *Adulterij grauitas, & peccatum, implicat in se innumera ferè inconuenientia, à quibus infælicissimæ mulieres ex adulterio concipientes raro se debitè absoluunt, siue propter ignorantiam agendorum, siue propter euitandum scandalum.*

## OPINIO M. LX.

1 VXOR perdit dotem propter adulterium commissum, & uiolatam pudicitiam. c. plerunque, extra de don. inter uir. & vxor. tenet Glo. in auth. sed hodie. C. de adult. & Salyc. communiterque Doct. ibidem, prout de dicta communi attestantur Scribentes in rubr. extra de iud. & Bolognettus in rub. C. de eden. numero 29. *Cōis opin.*

2 Quæ profectò ampliatur eatenus procedere, vt mulier perdat etiam donationem propter nuptias, si maritus eam accusauerit, & sententiam reportauerit quò ad separationē thori. l. consensu. C. de repudiis.

3 Licèt Glos. in d. c. plerunque, expressè uelit, quòd amittat duntaxat paraphernalia. quam quidem Glo. dicit communiter approbari ab omnibus Scribē. uariis in locis, Boer. in decis. 338. num. 2. & Couarru. in epit. de matrimonio, in 2. par. c. 7. §. 6. num. 2. fol. par. 135. & sequitur Gerar. sing. 48. & singularem inquit Roma. sing 311. Ias. in l. 2. ff. sol. matr. & Marsil. in l. pater marito, nu. 3. ff. de quæst. *Cōis opin.*

4 Sed aduerte, quòd ad hoc, vt mulier dote priuetur propter adulteriū, necesse est, quòd uerè probetur adulterium, non autem per cōiecturas, & præsumptiones: vt consuluit Pet. de Anchara. cousilio 409. Prolata tanti uiri sententia.

5 An autē mulier amittat dotem propter osculum luxuriosum, uel tactum mammillarum, seu partis inferioris, sicut per adulteriū ipsum? hoc latè, abundeque ad partes discutitur nouissimè per Bolognettum in rubric. de eden. num. 2. cum seq. & per Ant. Guibertum in tract. de dotibus, & earum iure. c. 6. numero 35. & seq. & per Vincentium Maxillam in consuetudinibus Ciuitatis Bari, in rubr. de donat. inter uir. & vx. nu. 71. Sed Bal. in c. tuæ, de procur. tenet quòd sic. idemque firmat Gloss. in l. 1. ff. de uariis, & extraord. crimin. Ripa, in rub. de iud. colum. 3. Ioan. Baptista Ferrettus cōsilio 389 Redemptoris nostri inuocato suffragio, in causa Nobilis D. Catherinæ de Medicis, sub nume. 7. cum aliis sequen. volum. 2. Ozerius in §. est autem, numero 2. cum aliis seq. instit de hæred. institucn. Vrsillus in addit. Afflicti, decisione 61. sub numero 5. circa fin. dicti numeri. Curt. Iun. & Bellon[illegible]s in d rubr. C. de eden. numero 81. vbi scribit simul cum aliis Moder. opinionem istam Baldi communem fore, & Couarru. in d. §. 6. numero 3. & æquam, substentabilemque uocat, eam amplectendo, Berous in rub. de iudiciis, numero 21. & sequen. & Sylua Nuptialis cum aliis aggregatis ibi, libro 4. sub numero 76. cum aliis sequentibus. *Cōis opin.*

6 Vbi etiam, numero 26. firmat, & probat, osculum ipsum libidinosum esse peccatum mortale.

7 Imò communis opinio hæc obseruatur in Regno, ob cap. Regis Roberti. 262. Vt fine. in quo statuitur, mulierem patientem se osculari, ipso facto perdere omnes dotes, tam receptas, quàm recepturas, atque penitus spoliari, priuarique paterna, & materna successione;

ne;& osculantes mulieres ipsas per uim, puni ri vltimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum tam mobilium, quàm stabilium pœna.& dictũ.cap.262. Vt fine, obseruatur in toto Regno, secundùm pragmaticam: Philippus Dei gratia, ampliantem ipsum c. specificè, & expressè.

8 Sed hoc procederet duntaxat in osculo, quod ad sollicitandum carnem dirigeretur, non autem in quolibet alio osculo: quoniam osculum, quod in signum pacis, & ueri amoris præstatur, tale non solùm non est peccatũ, sed potius est actus uirtutis, sicut & ipsa pax, cuius est signum. Christi enim Discipuli, se inuicem osculantes, signum pacis, & ueri amoris osculo præbebant. Quapropter Iudas hoc signum Iudæis dederat dicens: Quemcunque obsculatus fuero, ipse est, tenete. Nam cùm Discipuli Christi aliundè remeabant ad Christum, osculum ori illius in signum pacis infigebant. hoc fecit & Iudas, ut tali signo proderet Christum: ideò Christus dixit illi: Osculo filium hominis tradis? & hanc limitationem sequitur Cagnolus cum aliis Moder. in d.rub. C. de eden. sub num. 34.

9 Prætereà, nec omne osculum, quod causa sollicitandæ carnis præstatur, peccatum est, præcipuè, si coitus ille, ad quem dirigitur, licitus est, vt in coniugibus contingit. Si enim exigat à uiro, vt coeat cum ea, ut hoc debitum vxori præstet, uir osculatur uxorem, vt uidelicet per hoc excitetur caro ad reddendum debitum, quod aliàs reddere non posset: non solùm non est peccatum tale osculum, sed etiam virtutis actus: sicut & ipse coitus est actus iustitiæ, cùm per illum uir reddat uxori quod illius est. & Beguinæ, & Begardi asserentes contrarium, huiusmodi osculum esse peccatum, ut hæretici damnati extitere in Concilio Viennensi sub Clemente. V. celebrato. Cuius concilij diffinitio habetur in c. ad nostrum, de hæreticis.

10 Item limitatur mentionata opinio Bald. & sequacium communis, in tribus aliis casibus traditis per Cagnolum in d.rub. de eden. numero 34.

¶ Sed ipsa conclusio in princip. posita, ita & taliter explicita, fallit in vxore putatiua, seu de facto, quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium, sicut uera: secundùm Glos. in dicta. l. consensu, in uersiculo, Sibi. quam simpliciter sequitur Alexan. in l. secunda. aliàs si cùm dotem. §. fi. colum. secunda. ff. soluto matrimonio, Bertach. in suo repertorio, in uerb. Adulter, uers. 43. in uer. Maritus adulter, uer. 3. & in uer. Vxor adultera, uers. 7.

¶ Et ista Gloss. comprobatur per dictum Calder. post Lapum, in Clemen. 1. colum. 2. quæst. 3. de priuileg. vbi aiunt, quòd illa Clemen. puniens religiosos, non habet locum in religiosis de facto, quorum religio est reprobata: quia eis non conuenit qualitas religionis. quod dictum sequitur Felyn. in cap. ascendentes, colum. tertia. de præscriptionibus. Pro d. Gloss. quoque uidetur facere dictum Calder. consilio 1. in titulo de hæret. ubi ait, quòd excommunicans inquisitorem confiscantem bona Ecclesiæ, non habet locum in inquisitore, qui de facto distribuit certos libros Fratrum Minorum damnatorum de hæresi.

¶ Sed tamen in contrariam partem inclinauit Gloss. in dicto. cap. plerunque, ubi affirmat, quòd uxor putatiua, ita perdit dotem propter adulterium, sicut uera uxor, ne plus tribuatur vxori putatiuæ de facto, quàm veræ uxori. quam sequitur Paul. de Castro consilio 147. & consilio 154. colum. 2. uolum. 2. vbi dicit idem esse in tutore putatiuo, & minus legitimo, quòd ita puniatur non reddendo rationem administrationis, sicut verus tutor. Tandem fatetur Paulus de Castro, quòd Doct. in d. cap. plerunque, hanc opinionem communiter tenent. Nam Doct. ibi considerant intentionem mulieris, quæ secundùm eius intentionem adulterium commisit, ut ibi per Innocen. in fin. & per Abb. dicentem, sententiam Gloss. ibi esse communem. & communem pariter inquit cum aliis citatis per eum, Couarruuias in dicto. §. 6. numero primo. Vndè non mirùm si fieret extensio de vxore uera, ad eam, quæ uerè vxor non est, sed de facto: quia nisi fieret præfata extensio, sequeretur hoc absurdum, & inconueniens, quòd vxor putatiua & de facto, esset melioris conditionis, quàm uera uxor, quod esse non debet. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter uir. & vxor. ubi ait etiam tex. quòd etiam vxori putatiuæ donari non potest. *Cõis opin.*

11 Et ista communis comprobatur etiam per dictũ Io. And. Abb. & aliorũ, in c. 1. de cleric. coniug. ubi aiunt, quòd clericus de facto contrahens matrimonium, ita priuatur beneficiis, sicut legitimè contrahens, ne alias sit melioris conditionis de facto agens, quàm legitimè: & tamen qualitas matrimonij non cõuenit, sed satis est eum matrimonium contraxisse quò ad eius intentionem, & quantùm in eo fuit. sequitur Anchar. consilio 3. & 4. colum. 3. Roma. consilio 443. colum. secunda. Quoties enim actus de sui natura est licitus, ex actu nullo pœna imponitur. l. nemo martyres. C. de sacrosanct. eccles. iuncta Glo. in l. eum qui duas. C. de adult. Dec. in c. ex tenore, colum. 3, de rescrip.

12 Similiter curator putatiuus non debet esse melioris conditionis, quàm uerus, ob id, sicut uerus curator non potest donationem accipere ab adulto, ita nec putatiuus: secundùm

dûm Paul. de Castr. consilio 352. Curator, colum. 2. libr. 1.

13 Secundò limitatur præallegata conclusio, quòd non priuetur dote uxor propter adulterium, si maritus tacuisset: secundùm Baldum, & Doct. in l. fin. C. de adult. Bartol. Bald. Angel. & alios in l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. solut. matrimo. Alexand. consilio 189. uo lumine 6. & latè Bermondus de publicis concubinariis, in rubr. de adulteriis, numero 72. & ante, istorum sententiam communem fore inqnit Alexan. in d. l. rei iudicatæ, colū. 1. Ant. Abb. & Præposi. in dicto. cap. plerunque, & Ias. in l. sororem, in fine. C. de his quib. ut indignis.

Cōis opin.

14 Sed marito ignorante adulterium committens, ab eius hæredibus ad amissionem dotis accusari posset. ita Cyn. in l. finali. C. de reuocat. donat. Anchar. & Abb. colum. tertia, in cap. fin. de donationib. Præpos. in dicto. c. plerunque, columna secunda. Roma. & Aret. colum. fin. in dicto. §. hæredi, Marsil. in l. unica, numero 67. C. de rap. virg. Tiraquel. in lege si unquàm, uer. Susceperit, numero 176. C. de reuoc. donat. & Ant. Guibertus in tractatu de dotibus, & earum iure, capite 6. sub numero 28. & sequentibus. & opinionem hanc scribit communem esse Ripa in dicta lege finali. C. de reuocan. donat. quæstio. 61. & seruari in practica ait Alexand. in dicto. §. hæredi.

Cōis opin.

15 Idem uidemus quoque in matre, quæ transiuit ad secunda uota superstite filio, de hoc non conquerente. his stantibus si filius decedat, non priuatur eius hæreditate: quia filius non conquerendo de matre, uidetur iniuriam sibi factam per eam remisisse per dictum transitum. vt tradit Bald. in authen. ex testamento, colum. secunda. C. de secund. nupt. Deci. consilio 206. colum. secunda. Ripa, in l. fin. C. de reuocan. donat. quæst. 61. columna 2.

16 Tertiò choarctatur dicta conclusio non procedere in uidua, quæ non priuatur dote propter stuprum in uiduitate commissum: secundùm Alexand. & Ias. in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. Brunum in tractatu, quòd stantibus masculis, art. 6. numero 305. & sequen. Vincentium Maxillam in consuetudinibus Ciuitatis Bari, in rubr. de donationib. inter uirum, & uxorem, numero 72. Ariū Pinelum in l. fin. sub numero 9. & sequen. C. de bonis mater. & Roland. à Valle cum cæteris aggregatis per eum, consilio 86. numero 20. cum aliis sequen. uolum. 2. vbi consuluit pro ista parte, atque affirmauit eam esse communem.

Cōis opin.

¶ Licèt Paul. de Castr. in l. sororem. C. de his, qui. vt indig. in d. l. fideicommissum, & cō silio 147. volum. 1. Præpos. in d. c. plerunque, colum. 3. Fely. in c. pastoralis, de iudic. Gerar. singul. 48. Marsil. sing. 416. & in dicta. l. vnica, num. 53. & Ias. in l. 2. numero 5. ff. solu. matr. Ioan. Lupi in repet. rubr. de donationib. inter uirum, & uxorem. §. 67. numero 6. cum aliis sequen. & ibi etiam Bernardus Diaz in addit. in litera A. Laurent. Syluanus, cons. 2. numero 37. & consilio 6. Aemilio bona sibi à Plautio patre testatore relicta, num. 17. asseruerint cōtrarium, uidelicet, quòd uidua, mortuo marito, stuprum committens, perindè dotem amittat, ac si uiuente marito adulterium commisisset. Et quamuis hoc non ausus sit firmare Ruin. consilio 155. numero 2. volum. 3. propter discrepantiam tantorum patrum. tamen mihi magis placet opinio Paul. de Cast. omissis disputationibus, cæterisque rationibus, quę ad confirmationem prædictæ sententię Paul. Castr. adduci possent: quia per se se patent, & emicant. quam sequuntur etiam, asseruntq; magis communem cum relatis per eos Alcia. in c. omnis, nu. 8. de pœnit. & remis. Michael Cifuentes super leges Tauri, in l. 14. num. 4 Iulius Clarus in pract. crim. in §. stuprum, in uers. Sed nunquid vidua, & Ant. Guibertus in tract. de dotibus, & earum iure. c. 6. nu. 30. cum aliis seq. ubi tollit ferè omnia obstacula cōtraria. & ita consuluit Bertran. consilio 119. si post mortem probi quondam uiri. volum. 8. & Ant. Galeatius Maluaticeus in cō silio 85. Vidua, per totum, posito inter consilia matrimonialia diuersorum, collecta per Ioā. Bap. Zilettum, uol. 1. & similiter apparet magis communis ex citatis per ipsum Rolan. in d. conf. 86. nu. 1. & 19. Arium Pinelum in d. l. fi. C. de bon. mater. nu. 9. & per Ant Galeatiū Maluaticeū. in d. cons. 85. nu. 11. cum omnibus aliis seq. & ita iudicari uidimus aliquibus uicibus in Regno, & statu Ecclesię in non nullis causis, quæ silentio supprimuntur.

Cōis opin.

17 Quartò claudicat dicta conclusio in muliere existente in patria potestate tempore perpetrati delicti, quę sic adulterando, non potest in dote patri nocere: secundùm Speculatorem, in titulo de dote post diuor. restit. §. formatis, uersiculo, Quid si filia. Dyn. Bal. & alios in l. secunda. §. quòd si in patris, per illum textum. ff. soluto matrimonio, & Bartol. in d. §. uoluntatem, eadem l. & Doctores omnes communiter in c. ex literis, de pignor.

Cōis opin.

18 Si uerò mulier sit sui iuris effecta, & sic actio de dote sit in eam consolidata. l. unica. §. uideamus. C. de rei uxor. actio. amittit dotem ex adulterio prius commisso: vt eleganter per Bartol. in præallegato. §. quod si in patris, circa finem. & Paul. de Castr. ibidem, in uers. Item si uoluntate.

19 Quintò fallit in hoc etiam casu, videlicet, quòd si sententia diuortij lata foret propter adulterium uxoris, & uir fornicetur, cogitur vxo-

vxorem in consortium coniugale admittere. text. est singularis, secundùm Abb. ibi, in c. ex literis, de diuort. Glos. Anchar. Ant. & Anan. in c. fin. de adulter. vbi Abb. recitat istam esse communem opinionem. sequiturque Prepo. in d. c. ex literis, & communem dicit Fely. in c. lator, num. 9. de re iudic. atque sequitur, & æquiorem prædicat Guliel. Maynerius, in l. in ambiguis pro dote, num. 207. ff. de regulis iuris.

Cōis opin.

20 Fallit quoque in uxore suspecta de adulterio, uel de morte uiri sui, quæ ob hoc non potest priuari dote de facto, nec per vim, sed requiritur causæ cognitio; & si spoliaretur, ante omnia restitui deberet. casus est. in l. si maritus, *la prima*, ubi Bal. in specie hoc notat. C. de donat. inter uirum, & uxorem. & sequuntur alij signati per Fely. in c. Rodulfus, colum. 29. de rescript.

21 Sed aduerte, quòd ipsa mulier adultera, si ex adulterio filium conciperet, ac pareret, quem vir suus crederet esse suum, non teneretur aliquo modo hoc reuelare marito, ubi immineret aliquod sequentium periculorum.

¶ Primum equidem periculum esset infamia sui ipsius: nam hoc reuelando, si prius erat bonæ famæ apud uirum suum, ipso facto inciperet esse malæ qualitatis, & famæ apud eundem, & consequenter seipsam diffamaret, & scandalizaret etiam turpissimè. Et de hoc scandalo complura ad propositum utiliter scribit Couarruuias, in reg. peccatum, in 1. parte, in princip. numero 4. uers. Illud sanè primo loco, fol. paruo 13. Hęc autem diffamatio foret valdè periculosa, & signanter in muliere. Nam, ut habetur Prouerbiorum 22. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.

¶ Secundum periculum est odij mortalis: quia propter adulterium aliqui uiri adeò exosas habuerunt uxores suas, quòd ipsas occiderunt vnà cum adulteris suis.

¶ Tertium periculum est dimissionis: nam, vbi hoc innotesceret uiro, posset de facili uxorem suam derelinquere, vel à se abiicere. quo facto uterque posset faciliter adulterari. Insuper ex tali dimissione possent maxima odia oriri inter parentes mulieris, & virum suum.

¶ Quartum periculum dicitur improbabilitatis. in tali enim casu, nec uir, nec filius, nec etiam publicus Iudex tenetur credere mulieri hoc reuelanti: nisi forsitan probet dictum suum per infallibilia signa, aut per violentas probationes, siue per idoneos testes, & sic adderetur scandalum scandalo.

22 Quid ergò agere debet talis mulier adultera pro exoneratione suę conscientię? ad hoc dicunt communiter Theologi, quòd si pręmoriatur uiro suo, debet hoc dicere suo confessori extra confessionem, etiam in pręsentia aliquorum, si uideretur sibi bonum, & expediēs; cum hac conditione, seu expressa promissione, & protestatione pręmissa, quòd isti non uellent eam scandalizare, si rediret ad sanitatem, & quòd ea mortua, hoc factum notificent uiro suo; ad hoc, ne filius putatiuus occupet in toto, uel in parte hęreditatem patris putatiui in pręiudicium uerorum hęredum.

Cōis opin.

¶ Dicit tamē S. Antoninus in sua summa, in 2. par. tit. 2. cap. 7. uers. 4. quòd mulier adultera teneretur in tribus casibus reuelare mentionatum factū marito suo, seu aliis personis extra confessionem.

¶ Primus igitur casus est, si ipsa foret apud maritum suum, & alias personas uehementer, & grauissimè suspecta de adulterio.

¶ Secundus casus est, si uehementer, aut valdè tuta esset, aut probabiliter crederet, quòd nullum de supradictis periculis sequeretur, vtpotè si uir eius sustinuit, siue consensit in adulterium eius. Nam aliqui (& signanter pauperes) libenter hoc sustinent; quinimò quandoque tradunt vxores suas diuitibus, vt ab eis sustententur. & ista est communis opinio, & ab omnibus Doctoribus Theologis, & Canonistis concorditer recepta. vt deducit Couarruuias in d. regula, peccatum, in 1. par. in prin. sub num. 4. uers. Tertium constat omnium sententia, fol. par. 38.

Cōis opin.

¶ Tertius casus est, si firmiter pręsumat, quòd filius spurius cederet bonis mariti sui: & talis filius ex uerbis matris crederet indubitanter se spurium. Tamen, vt inquit, seu aduertit Scotus, qui quàm optimè discurrit hàc materiam, in 4. sententiarum, distin. 15. q. 2. paucos reperiri, qui sint ita perfecti, vt uelint, paratique sint, pro conseruanda iustitia in foro Dei, dimittere magnas possessiones, quas possunt retinere iure fori, id est in exteriori foro, & qui insuper uelint spurij reputari: & ideò matres non teneantur hoc reuelare huiusmodi filiis, nisi sint multum expertæ de bonitate talium. non enim debent se exponere periculo diffamationis apud filios suos propter euentum incertum. vt firmat Couarruuias, ubi supra, uers. Secundò illud est obseruandum. Vbi ergò ista tria concurrerent, quod difficillimum est, talis adultera deberet, tenereturque dictum factum marito, siue tutoribus filiorum suorum post mortem patris reuelare, ad exonerandum conscientiam suam, & ad conseruandum legitimos hæredes mariti sui indemnes.

23 Nec tamen debet manifestare adulterum, propter periculum personę uitandum, & ne infametur, siue scandalizetur.

¶ Resolutiuè ergò concludendum est, quòd

quòd si talis filius ex assertione matris credat indubitanter se spurium, tenetur omnia bona, quæ habuit à patre putatiuo, restituere cæteris filiis, seu hæredibus ipsius patris. & ad hoc tenetur secundùm Deum, siue iure poli, non tamen iure humano, seu iure fori: quia filius matri hoc asseueranti credere non tenetur: secundùm Gloss. in l. si posthumus. §. fin. ff. de liber. & posthum. & in c. officij, de pœnit. & remiss. etiam si sciret matrem adulterium
Cõis opin. commisisse. quod omnes Doct. communiter fatentur, in l. filium ff. de his qui sunt sui. & in c. per tuas, de probat. Vbi autem ipse filius non haberet sufficientem causam, & rationem hoc credendi: tunc nullo iure teneretur huiusmodi bona percepta, aut percipienda à patre putatiuo, restituere. Et insuper si ante dictam manifestationem talis filius putatiuus iam aliqua consumpsisset de bonis mariti sui, ipsa teneretur (inquantum posset) satisfacere, potissimè si haberet paraphernalia, aut de lucro suo, & huiusmodi.

24 Cæterùm quid agere debeat mulier adultera in casu præmisso, ubi antedicta remedia non prodessent, aut locum habere possent? respondet Scotus ubi supra, assignans triplex remedium.

¶ Primum est, quòd quantum potest, debitis, & honestis remediis inducat talem filium ad religionis ingressum, vbi tamen regulariter uiuitur, ne scilicet cupiens uitare Charibdim incidat in Scyllam.

¶ Secundum remedium est, ut fiat clericus, & quod cautè prouideatur sibi de dispensatione, tum ad sacros ordines suscipiendos, tum ad ecclesiastica beneficia acceptanda, & percipienda. quibus perceptis, meritò iam contentus dimittat hæreditatem patris putatiui legitimis filiis in sæculo remanentibus. Si tamen per nullam persuasionem honestam mulier hæc flectere posset cor talis filij, vt hæreditatem dimitteret, non uideretur, quòd debe ret se prodere illi; cùm certa nō sit, quòd talis ab ea impersuasibilis, in aliis tam licitis, & honestis flecteretur ex illa reuelatione; imò tenacius fortè retineret hæreditatem, ne spurius putaretur, maximè, cum talem notam caueāt multùm male nati.

¶ Tertium remedium est, quòd ubi talis filius nollet intrare religionem, nec fieri ecclesiasticus, laboret ipsa mater quantum potest, ne veri hæredes defraudentur hæreditate sua, siue in toto, siue in parte, ita scilicet, quòd laboribus, & sudoribus suis supereroget super illud, quod tenetur ratione uinculi matrimonialis, vel etiā de paraphernalibus, si habeat, aut de dote sua reuersa in sua potestate, seu in manibus suis. Per talia ergo remedia studeat antedicta mulier reddere tam uirum suum, quàm legitimos hæredes indemnes.

25 Siquidem Theologi, ac Canonistæ communiter, & concorditer uidentur hoc firmare, quòd adultera ipsa patrimonium habens, ex quo possit commodè legitimis hæredibus mariti damnum illatum resarcire, teneatur id omninò facere: cùm restitutio hæc satisfieri possit sine iactura famæ, & honoris ipsius adulteræ, prout testatur Couarru in d reg. peccatum, in 1. par in princ. sub num. 4. vers. Primum quidem Theologi, fol. par. 36. Sed si nec hoc modo, nec alio modo prouidere possit eadem adultera casui mentionato, tunc doleat, quòd non potest aliter satisfacere, proponendo, quòd si quandoque peruenerit ad pinguiorem fortunam, melius ageret, spreta cautela, seu remedio tradito per Alciat. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 37. reiecta similiter à Couarru. vbi supra, uers. Nec mihi placet cautela, fol. par. 40. Cõs op n.

26 Et licèt ipsa adultera recompensare nequeat sufficienter expensas, quas eius filius spurius fecit in domo patris putatiui; nihilominus tunc adulter sciens, vel uerisimiliter credēs, dictum filium esse suum, teneretur patri putatiuo de huiusmodi expensis factis in educatione talis filij, secundùm tamen possibilitatem suam: vt concludit S. Anton. nus in d. summa, in 2. par. ti. 2 c. 7. §. 4. Et huius ratio est, quia ipse adulter dedit causam efficacem tali damno: & sic dans causam damni, damnum dedisse videtur. c. sicut, de test. & attest. & c. si culpa, extra de iniuriis, & dam da. l. nihil interest. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præs. Si uerò ipse adulter de hoc dubitaret, fortè ex eo, quòd mulier esset leuis, & cum aliis adulteraretur, vel quia eadem adultera dubitaret, utrùm talis filius esset mariti sui, vel adulteri: tunc relinqueretur iudicio Dei, cui omnia nuda sunt, & aperta. Nec, stante huiusmodi dubietate, uidetur obligari ad restitutionem. Nam indecens est, vt in re dubia certa detur sententia c. habuisse. 33. distin. Et sic patet diffusè quomodò mulier, quæ ex adulterio concepit, teneatur ad restitutionem bonorum, quæ consumit, aut percipit filius eius spurius. Patet etiam quomodò debeat prouidere suæ saluti, & vt reddat filios suos legitimos indemnes, quòad hæreditatem patris.

27 Patet similiter grauitas peccati adulterij, quòd implicat in se multa incontinentia, à quibus infœlices, & infœlicissimæ mulieres ex adulterio concipientes rarò se debitè absoluunt, siue propter ignorantiam agendorum, siue propter euitandum scandalum. Aduertendum ergò est, quòd aliena, si qua sunt, efficaciter, integraliter vè, aut saltem pro posse, restituantur: vt nobis ab omnipotenti Deo remittantur debita nostra. Nam si pro posse aliena restituerimus bono, & pio affectu, resti

tuet

tuet etiam nobis Dominus gratiam suam in præsenti, & tandem conferet gloriam in futuro.

¶ Ecce, Doctores charissimi, anni uiginti-duo expleti sunt: gratias agamus Deo, à quo eruditi sumus, & cuius auxilio interpretationem huiusce suscepti negocij, totius ferè corporis Canonici, & Ciuilis, ad compendium, si nemque perduximus; quam in horreum omnipotentis Dei, ad communem mortalium utilitatem, vt in canone. Præcipitur, inferimus. Si nęuus aliquis apparebit, aut error uobis occurret; humanæ fragilitati, meęque imbecillitati imputabitis. si quid autem boni hic erit, laudetur ille, à quo omnia bona procedunt, & qui eius benignitate etiam iniustis, & peccatoribus doctrinam, & gratiam intellectus elargitur.

# LAVS DEO.

COMMVNIVM OPINIONVM Doctorum vtriusque censuræ, Authore Francisco Viuio, Iurisconsulto Aquilano,

LIBRI TERTII ET VLTIMI

FINIS.

*Terentius Turcanicus I. V. D. Aquilanus corrigebat.*